http://rcin.org.pl

http://rcin.org.pl

http://rcin.org.pl

XVIII. 2, 33
http://rcin.org.pl

Ec. 4.

# ORDINATIONES VISITATIONIS APOSTOLICÆ

Pro Provincia Polona Clericorum Regularium Pauperum Matris DEI Scholarum Piarum.

---

ANNO DOMINI MDCCLIII.

Archivi Collegii Regii Varsaviensis S.P.

Pars IV.

http://rcin.org.pl

Fundacji im. J. I. Michalskich * Ze zbiorów

XVIII. 2. 33

http://rcin.org.pl

# ORDINATIONES VISITATIONIS APOSTOLICÆ

Una cum Collectione Capitulorum Provincialium, auctoritate ejusdem Viſitationis Apoſtolicæ Ordinationibus inſertorum & approbatorum

Pro Provincia Polona Clericorum Regularium Pauperum Matris DEI Scholarum Piarum.

## PARS I. II. III.

---

ANNO DOMINI MDCCLIV.

http://rcin.org.pl

Ze zbiorów
XVIII. 2. 33
http://rcin.org.pl

# BENEDICTUS PP. XIV.

## *Ad perpetuam rei memoriam.*

CUm alias Nos per quasdam Noſtras in ſimili forma Brevis die XXIV. Aprilis MDCCL. expeditas literas, dilectum filium Cyprianum Komorowſki à S. Marco, Clericum Regularem expreſsè Profeſſum Congregationis Pauperum Matris DEI Scholarum Piarum nuncupatorum, in Viſitatorem Noſtrum Apoſtolicum Provinciæ Poloniæ ejuſdem Congregationis deputaverimus, & conſtituerimus, ad hoc, ut Inſtitutum ejusdem Congregationis, quod magnam utilitatem ipſi Regno in edocendis, inſtruendisque adoleſcentibus afferre accepimus, quò majora in dies ſuſciperet incrementa, eaque omnia ad regimen, curam, & adminiſtrationem Domorum Regularium, Collegiorum, & Scholarum, Novitiatûs, Profeſſoriorum, Studiorum, totiusque Provinciæ, & ad meliorem Adoleſcentium Congregationis præfatæ Profeſſorum curæ commiſſorum, in omnibus erga Deum, totamque Patriam in bonis artibus ſcientiisque inſtitutionem, regularemque ac Scholaſticam diſciplinam confirmandam, abuſusque, ſi qui de ſuper irrepſiſſent, quam celerrimè evellendos, neceſſaria, & utilia in Domino judicaret, omnia cum Seniorum Congregationis & Provinciæ hujusmodi conſilio, ad majorem DEI gloriam ordinaret, & conſtitueret; modum tradendi ſtudia bonarum artium, Philoſophiæ, Matheſeos, ac Theologiæ, ad inſtar illius, quò Collegia memoratæ Congregationis in Jtalicis Provinciis ere-

 cta

http://rcin.org.pl

ćta utuntur, præſcriberet & inſtitueret; inſuper, ut nova ſtatuta pro electione Præpoſiti Provincialis, Aſſiſtentium, Conſultorum, Vocalium, Rectorum, aliorumque Superiorum, atque Judicum, quibus de triennio in triennium Præpoſiti Provinciales adminiſtratæ Provinciæ rationem reddere tenentur, pro tempore facienda, præſcriberet, & de novo conderet; Regularia demum Congregationis & Provinciæ hujusmodi inſtituta, ubi opus eſſet, interpretaretur, explicaret, & ampliaret, reſervatâ tamen Nobis & huic Apoſtolicæ Sanctæ Sedi, approbandi, vel reprobandi interpretationem, explicationem, & ampliationem dictorum Inſtitutorum, ſeu Conſtitutionum facultate, & aliàs, prout in dictis Literis, quarum tenorem præſentibus pro expreſſis haberi volumus, uberius continetur, ſeu dicitur contineri. Nuper vero accepimus, quod dictus Cyprianus Viſitator à Nobis, ut præfertur, deputatus Viſitationẽ tam perſonalem, quam localem Religioſorum omnium, & Domorũ Regulariũ, abſolverit, ac quædã quæ ipſi adhibito Seniorum Provinciæ præfatæ conſilio, eidem Provinciæ neceſſaria, & utilia in Domino viſa ſunt, circa præmiſſa omnia, nempe dictæ Provinciæ regimen, gubernium & adminiſtrationem, regularem in illius Domibus Regularibus diſciplinam à Rectoribus, omnibusque Regularibus perſonis obſervandam, Præpoſitorũ Provincialium, percepta & expenſa, rationesque ab iis reddendas, Congregationum Aſſiſtentium, & Conſultorum methodum; deinde Scholas omnes, ſcientiasque tradendi, & docendi, Ordinem temporis in Studiis, Scholis docendis, & Magiſtratibus ſervandum; capſam Provinciæ adminiſtrandã, Typographiam in Collegio Varſavienſi comparatam, resque alias dictæ Provinciæ œconomicas dirigendas; Novitiatûs, Profeſſoriorum, & Studiorum pro dictæ Provinciæ Alumnis, & Profeſſoribus meliorem diſciplinam; mittendisque ex iiſdem

Alu-

http://rcin.org.pl

Alumnis juxta perpetuam fundationem ad præmiſſum effectū jam factam, duos dictæ Congregationis Profeſſores pro peragendis Studiis in Jtaliam aliasque Catholicas nationes; Collegii Nobilium dictæ Civitatis Varſaviæ, ſimiliumque impoſterum Collegiorum inſtitutionem; denique circa Capitulorum Provincialium celebrationem, atque in iiſdem faciendas electiones, ſtatuta, ſeu Ordinationes, diligenter, opportunè, prudenterque præſcripſerit, ac conſtituerit, & in Capitulo Provinciali ejusdem Provinciæ die prima Auguſti proxime præteriti celebrato legi, & publicari fecerit; Decreta vero, ſeu Ordinationes publicata, ſeu publicatæ. (reſervata nobis & Apoſtolicæ Sedi facultate approbandi & reprobandi) ſunt inter cætera quæ ſequuntur, nempe: Primò, ut immediatè, ſeu pridie ante quodcunque Capitulum Provinciale ceſſet authoritas Provincialis, qui tamen intereſſe debeat Capitulo, ut alii Vocales cū Privilegio & titulo Ex-Provincialis, ac Capitulum poſt Electionem Præſidis Capituli ingrediatur, ejus verò loco eligatur à Capitulo Præſes, ita tamen, ut hujusmodi electio fiat ſemper de conſenſu, & expreſſa facultate P. Generalis, qui eam ſemper exprimet in literis ſuis, quibus facultatem Capitulorum Provincialium celebrandorum, concedit. Secundò ut Provinciales Poloniæ non tardiùs, quam Menſe Octobri deinceps in Polonia conſtituantur, quorum regimen duret triennio, minus tribus fere Menſibus excluſivè ad novi Capituli Provincialis Congregationem; poſt Capitulum verò ad novi Provincialis inaugurationem Primus Aſſiſtens Provinciam regat, cum expreſſa facultate Patris Generalis toties, quoties, exprimenda itidem in literis, quibus PP. Generales Capitula Provincialia intimare ſolent. Tertiò. Ut Provincialis immediatè præteritus, nec Candidatus ad munus Provincialis, nec Præſes



http://rcin.org.pl

Capituli, nec Vocalis Romam, nec Aſſiſtens, aut Conſultor Provinciæ, niſi poſt tres annos à Provincia poſſit eligi. Quartò Ut pro rationibus adminiſtratæ Provinciæ, à præterito Provinciali reddendis, eligantur à Capitulo duo, qui una cum futuro Provinciali, Aſſiſtentibus, & Conſultoribus Provinciæ, dictam rationem ab eo exigant, circa puncta deſcripta per Viſitationem Apoſtolicam, & circa alia majoris momenti, quæ prævideri nequierint. Quintò. Ut circa percepta, & expenſa Provincialium, item circa vota deciſiva Aſſiſtentium, & Cõſultorum Provinciæ, Ordinationes per Viſitationem Apoſtolicam factas, Provinciales in perpetuum exactè obſervent. Sextò. Ut ſit in facultate Provincialis ejusque Aſſiſtentium, ac Conſultorum, prævio tamen ſcitu & conſenſu P. Generalis, pro tempore differre ſolennem profeſſionem alicui Novitio, ſive Clerico, ſive Operario, poſt expletum novitiatus biennium, ſi majori experimento eum indigere judicaverit, etiam extra Novitiatum, emiſſis interim ab eodem Novitio votis ſimplicibus, abſque eo, quod iterare debeat formalem Novitiatũ ad vota ſolemnia, id quod alias etiam expetivit Provincia Poloniæ à Capitulo Generali MDCCXLII. quod ex triginta quinque, triginta duobus votis concordibus affirmativè reſpondit; adjunxit tamen ſupplicandum eſſe Summo Pontifici, pro hujusmodi facultate ſpecialiter obtinenda. Nos felici proſperoque dictæ Provinciæ regimini, atque gubernio, quantum nobis ex alto conceditur, conſulere cupientes, dictique Cypriani, aliorumque Provinciæ præfatæ Profeſſorum ſingulares Perſonas, à quibusvis Excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliisque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibusvis quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præ-

ſentium

http://rcin.org.pl

ſentium tantũ conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus ejusdem Cypriani nomine, Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, attentis informatione & voto dilectorum Filiorum Cajetani Bonlieti à S. Joanne Baptiſta Vicarii Generalis, ac Congregationis Generalis, ſeu Aſſiſtentium Generalium memoratæ Congregationis die xxx. Januarii nuper elapſi Nobis factis, præinſerta Capitula, ſeu Ordinationes, ac omnia, & ſingula in Viſitatione à Nobis, ut præfertur, demandata, per memoratum Cyprianum acta, geſta, & præſcripta, Auctoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque & ſingulos juris & facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus, & ſanamus. Decernentes eaſdem præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuosque plenarios & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis ad quos ſpectat, & pro tempore quandocunque ſpectabit, pleniſſimè ſuffragari, & ab eis reſpectivè, inviolabiliter, & inconcuſsè obſervari, ſicque in præmiſſis per quoscunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis, Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenus opus ſit Congregationis, & Provinciæ hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & Conſvetudinibus, Privilegiis quoque, Jndultis & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis & innovatis; Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter,

ex-

http://rcin.org.pl

expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumquè. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris, die xv. Februarii MDCCLIV. Pontificatus Noſtri Anno Decimoquarto.




*A. Cardin: Paſſioneus.*

http://rcin.org.pl

# LITERÆ ENCYCLICÆ

Reverendiſſimi P. Cypriani Komorowſki à S. Marco, Schol: Piarum Provincialis per Poloniam, ad omnes PP. Superiores & Communitates datæ.

# CYPRIANUS à S. MARCO
# KOMOROWSKI,

## Scholarum Piarum per Poloniam Præpoſitus Provincialis.

QUoniam Ordinationes Viſitationis Noſtræ Apoſtolicæ, una cum collectione Capitulorum Provincialium à nobis iiſdem inſerta, & in ſimul approbata, de rebus ad gubernationem Provinciæ generatim ſpectantibus, de obſervantia domeſtica, de educatione Noſtræ Religioſæ Juventutis, de Scholis Publicis, Collegioque Nobilium Varſavienſi, & de aliis quibusdam Provinciæ negotiis, primùm à Congregatione Łovicii Seniorum Patrum celebrata diligenter perpenſas, tum Romam ad Congregationem Generalem, pro requirendo in iis, in quibus oportebat, ejuſdem lumine, & conſilio transmiſſas, ibidemque trutinatas, deinde in Capitulo ultimo Łovicienſi omnibus relectas, Denique à Sanctiſſimo Domino Noſtro BENEDICTO XIV. Summo Pontifice, cujus Apoſtolicum Breve ad calcem operis annectitur, Anno 1754. Die 15. Febr: clemen-

http://rcin.org.pl

mentiſſime approbatas, in tot exemplaria, quot pro commodo Provinciæ, Domorumque uſu neceſſaria ſunt, deſcribi perdifficile eſſet, proinde ut typis pro uſu duntaxat noſtro, ſub reviſione, & correctione Patrum Antonii Konarſki à B. Cunegunde, Feliciani Mąkolſki à S. Simone, Aſſiſtentium Provinciæ, Stanislai Konarſki, à S. Laurentio, Ex-Provincialis, Placidi Piotrowſki à S. Joſeph Conſultoris Provinciæ, Auguſtini Orłowski à Sancto Stanislao Rectoris Collegii Nobilium, Varſaviæ manentium, adhibitô etiam aliorum Patrum conſiliô, & diligentiâ, imprimerentur mandavimus, uti jam ſubminiſtratis à Collegio Veteri Varſavienſi pro hoc opere expenſis, tertia earundem Ordinationum pars, ſub prælo finitur: Proinde cum dicta Domus Varſavienſis expenſas ſuas jure repetat, & pro finiendo opere exigat, Statutum ſuper hac re Capituli Provincialis ultimi Anno 1753. Lovicii celebrati, Præſentibus literis, omnibus Patribus Domorum Rectoribus, ac Superioribus magnopere commendamus, ut prout idem Capitulum de pecunia pro hoc Typo neceſſaria providit, & ſanxit, non differendo, ad executionem deducant, ut tam tres Partes jam Typis impreſſæ Domui Varſavienſi ſolvantur, quam reliqua imprimi typis poſſint. Quarum literarum Noſtrarum exemplar, longa infirmitate detenti, ac coram DEO precibus Reverentiarum Veſtrarum nos commendantes, manu noſtra Subſcribimus Varſaviæ. 1755. Die 4. Aprilis.

*Cyprianus à S. Marco Komorowſki, S. P. Præpoſitus Provincialis*, mpp.

*Felicianus à S. Simone Mąkolſki, Aſſiſtens Provinciæ, Secretarius.* mpp.

# BREVE
## SUMMI PONTIFICIS

Foris: *Dilecto filio* CYPRIANO KOMOROWSKI à S. MARCO *Clerico Regulari Congregationis Pauperum Matris DEI Scholarum Piarum nuncupatorum, expreſsè Profeſſo.*

## BENEDICTUS PP. XIV.

DILECTE FILI ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Apoſtolicæ Auctoritatis ac providentiæ partes, in utilitatem & incrementum Collegiorum, in quibus tum adoleſcentes ad pietatem, & Sacrarum Doctrinarum ſtudia formantur, bonisque moribus imbuuntur, tum Religioſi viri (qui ſub ſvavi religioſæ vitæ jugo mancipati uberes in Eccleſia DEI fructus adſpirante Superni favoris auxilio proferre jugiter ſatagunt, tam in eorumdem adoleſcentium eruditione, quàm in aeterna animarum Chriſti fidelium ſalute procuranda laborantes,) commorantur, ſalubriùs collocatas eſſe intelligentes, non ſine ingenti animi noſtri laetitia, cum a Nobis petitur, libenter interponere, & conferre geſtimus, ſicut ad Omnipotentis DEI gloriam, Religionis incrementum, & animarum ſalutem in Domino expedire arbitramur. Cum, ſicut ac-



http://rcin.org.pl

cepimus, dilecti filii Clerici Regulares Congregationis Pauperum Matris DEI Scholarum Piarum nuncupati Provinciæ Poloniæ, magna cum totius Regni Poloniæ & Ducatûs Lithvaniæ utilitate ſuam in inſtruendis, edocendisque Adoleſcentibus, tum in pietate, tum in bonarum literarum ſtudiis operam navare pergant, quò eorum Inſtitutum majora in dies ſuſcipiat incrementa, permulta, tum ad meliorem Adoleſcentium præfatorum ſuæ curæ commiſſorum, in omnibus erga Deum ac Patriam Officiis, deinde in bonis artibus, ſcientiiſque inſtitutionem, tum ad regimen, curam, & adminiſtrationem Domorum Regularium, Collegiorum & Scholarum, totiuſque Provinciæ hujuſmodi directionem neceſſaria conſtituerint, ac conſtituere intendant, Nos ex injuncto Nobis Divinitus Paſtoralis Officii debito præmiſſa omnia, quo firmius, perpetuò, ac inviolabiliter ſubſiſtant, & ſerventur, ac omnia ad Divinum cultum adaugendum, regularem ac ſcholaſticam diſciplinam confirmandam, procurandamque æternam animarum ſalutem conſtabiliantur, ac abuſus, ſi qui deſuper irrepſerint, quàm celerrimè evellere, eamdemque Provinciam, illiusque membra in charitatis, pacis & unionis compage conservari, & Eccleſiaſticam regularemque diſciplinam hujusmodi, ubi benedicente Domino viget, firmius, conſtantiuſque perſeverare, ſic ubi vero excideret, opportunis rationibus redintegrari cupientes, Teque à quibusvis Excommunicationis, Suſpenſionis, & interdicti, aliisque Eccleſiaſticis Sententiis, cenſuris, & pœnis, à jure vel ab homine quavis occaſione, vel cauſâ latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtis, ad effectum præsentium tantùm conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, motu proprio, ac ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine Te, etiam repugnantem, de cujus fide, prudentia, dexteritate, doctrina, charitate, vigilantia, & Religionis zelo plurimùm in Domino confidimus, Viſitatorem Apoſtolicum dictæ Provinciæ Poloniæ Congregationis Clericorum Regularium Pauperum Matris DEI Scholarum Piarum hujusmodi, cum facultatibus neceſſariis & opportunis tenore

nore

nore præſentium ad Noſtrum, & Sedis Apoſtolicæ beneplacitum duraturum, conſtituimus & deputamus, ac Tibi motu, ſcientiâ, & poteſtatis plenitudine paribus committimus, & mandamus, ut eandem Provinciam, illiuſque Præpoſitum Provincialem, Superiores, Officiales, Clericos Regulares, & perſonas quascunque, cujusvis Statûs, gradûs, qualitatis, conditionis, præeminentiæ, & dignitatis exiſtentes, nec non Domos Regulares, Collegia, Scholas, & Eccleſias tam in capite, quàm in membris viſites, ac in illorum ſtatum, vitam, mores, ritus, diſciplinam, & ſtudia diligenter inquiras, nec non Evangelicæ, & Apoſtolicæ doctrinæ, Sacrorumque Canonum, & Conciliorum Generalium decretis, & Sanctorum Patrum traditionibus Regularibusque respective eorum Inſtitutis inhærendo, quæcunque reformatione, mutatione, judicio, correctione, emendatione, revocatione, & renovatione indigere cognoveris, quæque juxta datam Tibi à Domino prudentiam, & Seniorum Provinciæ conſilium, ad majorem Dei gloriam conſervandam, fovendamque expedire Tibi videbuntur, reformes, mutes, judices, corrigas, revoces, renoves; ac etiam de novo condas, ac condita Sacris Canonibus, & Concilii Tridentini decretis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, Regularibusque Inſtitutis quatenus non repugnantia confirmes, abuſus quoſcunque tollas; Regulas, Inſtitutiones, & Eccleſiaſticam, Regularem, Scholaſticamque diſciplinam, ſi fortaſſe exciderint, modis congruis reſtituas, & redintegres, dicti Concilii Tridentini decreta cuſtodiri præcipias, & mandes, Studia bonarum artium, Philoſophiæ, Matheſeos, Theologiæ, ordines, ac modum illa docendi, & tradendi ad inſtar illius, quo Collegia dictæ Congregationis in Italicis Provinciis erecta utuntur, & quavis ratione, & methodo utiliore, ac faciliore inſtituas, Novitiatum, & Neo-Profeſſoria, modosque omnes meliores pro educatione Novitiorum, & adoleſcentium Magiſtrorum ordines, illiusque Domorum Regularium & Collegiorum regimen, & gubernium: nova Statuta pro electione Præpopoſiti Provincialis, ac Conſiſtorii Provincialis, Rectorum, Vocalium, aliorumque Superiorum,

ac

http://rcin.org.pl

ac Judicum juxta formam, & diſpoſitionem cujusdam Conſtitutionis fel: record: Clementis PP. VIII. Prædeceſſoris Noſtri, & formam meliorem conformiter ad Sacros Canones pro celebrandis, ordinandis, dirigendisque Capitulis, quorum Provinciales,& omnes Superiores rationem adminiſtratæ Provinciæ Domorum, & munerum demandatorum in quovis Capitulo de triennio in triennium habendo, reddere teneantur, ſemper in Provinciali Capitulo omnino eligendorum, & conſtituendorum, præſcribas ac condas, Regularia Congregationis & Provinciæ hujusmodi Inſtituta, Conſtitutionesque interpreteris, explices,& amplies, reſervata tamen Nobis, & Apoſtolicæ Sedi facultate approbandi, vel reprobandi interpretationem, explicationem, & ampliationem dictarum Conſtitutionum; & quidquid ſtatueris, & ordinaveris, obſervari volumus. Inobedientes per censuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque juris & facti remedia compeſcas; Præpoſitum Provincialem, Rectores, Aſſiſtentes Provinciæ, Vice Rectores, Magiſtros Novitiorum, ſeu quoſcunque alios ab eorum reſpective Officio, ſi culpabiles & inobedientes repereris, amoveas, voce activa, & paſſiva, ac Officio, ſervato tamen ſummario proceſſu, prives, alioſque Superiores in locum amotorum ad tempus Tibi bene viſum ſubroges, & deputes, aliaque facias, atque decernas, quæ pro Majori Divini Cultûs augmento, ac disciplinæ Regularis & Scholaſticæ propagatione magis in Domino expedire judicaveris. Ac inſuper motu, ſcientiâ, & poteſtate ſimilibus Te in Capitulo Provinciali Provinciæ hujusmodi per Te prius unà cum Capitulis Localibus indicendo, Noſtrum, & Sedis Apoſtolicæ Præſidentem cum Auctoritate, facultatibus, jurisdictione, honoribus & oneribus hujusmodi Præſidentibus competentibus, ac alias ſolitis, & conſvetis facimus, conſtituimus, & deputamus. Teque in Domino hortamur, & monemus, ut Capitulum hujusmodi fideliter regere, ac in illo omnia, quæ ad proſperum Clericorum Regularium prædictorum regimen, & gubernium pertinent, decerni, ſtatui, & ordinari cures, & facias, ac Præpoſitum Provincialem, alioſque Officiales, & Provinciæ hujusmodi

Su-

http://rcin.org.pl

Superiores, quos magis idoneos, & Ordinationum præfatarum obſervantes, eximiisque virtutibus præditos, & ad regularem diſciplinam ad bonum ſtatum redigendam, & regimen, guberniumque dictæ Provinciæ juxta cor noſtrum, explendum, habiles eſſe judicaveris, eligas, deputes, & conſtituas, electiones, deputationes, & conſtitutiones, diſpoſitionesque Perſonarum, & munerum earum, ac Scholarum & Domorum rite facias. Mandantes propterea in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac ſub indignationis Noſtræ pœna omnibus & ſingulis Superioribus, Generali, ejusque Congregationi Generali, Provinciali, Rectoribus, Aſſiſtentibus, aliisque omnibus Clericis Regularibus Provinciæ Poloniæ, & Congregationis hujusmodi, ut Te in Viſitatorem Apoſtolicum à Nobis deputatum recognoſcant, & reverenter recipiant, & admittant, ac Tibi in omnibus ad Viſitationem hujusmodi ſpectantibus, & pertinentibus omnino pareant & obſequantur, ac in dicta Provincia Poloniæ tua monita, & mandata humiliter ſuſcipiant, & efficaciter adimplere procurent, alioquin ſententiam, ſive pœnam, quam in quoscunque dictæ Provinciæ Clericos Regulares ritè tuleris, ſeu ſtatueris, in rebelles ratam habebimus, & faciemus Authore Domino usque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari. Decernentes eaſdem præſentes literas firmas, validas & efficaces exiſtere, & fore, ſuosque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit in futurum pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari, ſicq; in præmiſſis per quoſcunque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Apoſtolicis, ac in Univerſalibus, Provincialibusque & Synodalibus Conciliis editis generalibus vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, nec non Congregationis, Provinciæ, ac Domorum Regularium, Collegiorum, & Eccleſiarum hujusmodi etiam juramento, Confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate

alia

http://rcin.org.pl

alia roboratis Statutis, & Conſvetudinibus: Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis & innovatis; Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice duntaxat ſpecialiter & expreſsè derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem, quod earumdem Literarum præſentium tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis,& ſigillo Perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ adhiberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, ſub annulo Piſcatoris Die XXIV. Aprilis MDCCL. Pontificatûs Noſtri Anno Decimo.

*D. Cardinalis Paſſioneus.*




ORDI-

# ORDINATIONES VISITATIONIS APOSTOLICÆ

## Pro Provincia Polona Cler: Reg: P. M. D. Scholarum Piarum.

## PARS I.

### *De rebus ad gubernationem Provinciæ generatim ſpectantibus.*

CYPRIANUS KOMOROWSKI à S. Marco Scho: Piarum Viſitator Apoſtolicus.

CUm Sanctiſſimus Dominus Noſter BENEDICTUS XIV. Nobis & inſcijs, & deinceps ubi cognovimus, ob imbecillitatem virium Noſtrarum tam grave onus ſincere deprecantibus, munus Viſitationis Apoſtolicæ in Provincia Noſtra Poloniæ ſupremis ſuis mandatis, per Breve Apoſtolicum *Anno* 1750. die 24. Apr. datum demandaverit, infinitas imprimis gratias DEO Optimo Maximo pro ſingulari Ejus erga Provinciam noſtram Providentia reddere nos omnes par eſt, deinde ſupremo in terris Chriſti Vicario cum humillimis Apoſtolicorum pedum oſculis perpetuam tanti beneficij recognitionem profiteri, ac ſempiternam ad poſteros Jllius memoriam conſecrare nos decet. Hoc ſane fine, in præſentibus, quas Authoritate Viſitationis Apoſtolicæ cum conſilio Patrum Seniorum confecimus ac præſcripſimus, ordinationibus, in perpetuum valituris, perenne Actorum Viſitationis Ejusdem Provinciæ huic monumentum relinquimus.

Jam ex ſupradictis mox Sanctiſſimi Domini Noſtri literis notum Vobis eſt, quam Summus Eccleſiæ Princeps ample clementerque nobis poteſtatem conceſſerit, nova ſtatuta pro electione Præpoſiti Provincialis, pro celebrandis, ordinandis, dirigendisq; Capitulis condere ac præſcribere, Congregationisq; ac



http://rcin.org.pl

Provinciæ Inſtituta ac Conſtitutiones interpretari, explicare & ampliare, reſervatâ Sedi Apoſtolicæ facultate, interpretationem, explicationem & ampliationem approbandi vel reprobandi; proinde imprimis ea, quæ neceſsaria, ſaluberrima, ac undequaque utiliſſima, circa ejusmodi electiones, & Congregationum Provincialium celebrationem, circa Provincialium & Congregationis eorundem regimen & Auctoritatem condenda ac præſcribenda nobis videbantur, præſcribimus ac definimus. Deinde cum graviores in hac Provincia Viri peroptarent, ut quæ hactenus a Provincialibus, Capitulis, atque in Viſitationibus Provincialium diverſis locis & temporibus quo ad utramq; diſciplinam regularem & Scholaſticam utiliter condita & ſancta fuerunt, cum ijs diſperſis uti perdifficile ſit, vixq; in tanta rerum diverſitate ſciri aut memoriâ teneri poſſint, in unum nunc opus colligerentur, & Auctoritate Viſitationis Apoſtolicæ confirmarentur; itaque permulta ex his quæ perutilia videbantur, ex libris Capitulorum ac Viſitationum Provincialium excerpta, collecta & digeſta, præſentibus Ordinationibus Noſtris inſerimus, ac Provinciæ huic inſtar patriæ, municipalisq; legis, perpetuo obſervanda tradimus, & auctoritate Viſitationis Apoſtolicæ præcipimus.

## §. I.

## *De celebratione Capituli Provincialis.*

1. Ab electionibus itaque Provincialium, & modo celebrandorum dirigendorumq; Capitulorum, Ordinationum noſtrarum initium ſumimus. De cauſis gravibus ac legitimis, a nobis circa hæc ſtatuendorum, ſatis ſuperque nobis ac Senioribus in Provincia Patribus conſtitit: quibus permoventibus ordinamus imprimis, ut Capitula Provincialia, cùm à P. Generali concedentur ordinaria, incipiant celebrari ſemper a die ultima Julii.

2. Pater Provincialis immediati ante Capitulum triennii, pridie Kal: Auguſti, eſſe Provincialis definet, & mox Ex-Provincialis ab omnibus appellabitur: nec jam Provincialis nomine aut munere, ſed duntaxat jure Ex-Provincialis Capitulum, mox ſui regiminis finem ſubſequens, intrabit.

3. Jtaque Die 31. Julij Aſſiſtens *1mus* Provinciæ, ad valvas aulæ Capitularis ſcripto ut moris eſt mane appenſo, poſt meridiem, Capituli apertionem intimabit: Horâ vero ſecundâ a meridie Patres convenient: Aſſiſtens primus invocato Spiritu Sancto, literas imprimis Patris Generalis, quibus Capitulum, quod celebratur, conceſſum eſt, leget. Tum Patres Capitulares pro more brevibus alloquetur. Deinde mox intimabit ut omnes vocem habentes literas & inſtrumenta producant, quorum vi Capitulum ingrediuntur. Quodſi alicui legitimum aliquod impedimentum opponeretur, nec illud tolli poſſet, ex aula Capituli, Patris Aſſiſtentis primi ac Conſiſtorij Provincialis declaratione, egredietur, ac Seſſio in craſtinum ſolvetur.

4. Jam Calendis ipſis Auguſti, privatis Sacris præmiſſis, ubi Patres convenerint, invocato Spiritu Sancto per primum Aſſiſtentem: deinde aſſidentibus menſæ utroq; Aſſiſtente, Ex-Provincialibus & Conſultoribus, electio Præſidis fiet: quam

http://rcin.org.pl

quam Aſſiſtens primus intimabit ita: *Patres, procedemus ad electionem Præſidis Capituli noſtri:* in qua electione Præſidis Conſultores duo, vices Secretariorum agent, chartulas diſtribuent, & more aliarum electionum Præſes eligetur.

5. Si poſt *5tum* ſuffragiorum jactum unum ſupra medietatem nullus habuerit, tum ille ſalutabitur Præſes Capituli, qui etiam dicto quinto iactu ſimpliciter plura aliis ſuffragia habuerit. Deinde Secretarius & Adjunctus celebrandi totius Capituli per eandem pluralitatem eligentur.

6 Qui poſſint in Præſidentem Capituli eligi, iſti in perpetuum determinantur: Aſſiſtentes, Conſultores Provinciæ, Ex-Provinciales, & Rectores omnes præſentes, & nemo alius. Jn Secretarium verò & Adjunctum, poſſunt eligi etiam ex Vocalibus.

7. Ex Provincialis, qui immediatè ante Capitulum deſiit eſſe Provincialis, nunquam omnino Præſes Capituli, aut Secretarius, aut Adjunctus eligetur, neque in hoc primo poſt finitum Provincialis munus, mox ſubſequente Capitulo Candidatus ad regendam Provinciam, nec Aſſiſtens, nec Conſultor, nec Vocalis Romam eligetur; quod intelligitur de ſolo Capitulo Provinciali immediatè regimen illius ſubſequente, non verò de futuris Capitulis.

8. Eodem modo Præſes Capituli electus, ad hæc ipſa, quæ mox de Ex-Provinciali immediato recenſita ſunt, munera, in Capitulo ſolo, cui præſidet, eligi nunquam poterit.

9. Cum verò extra Capitulum Candidati pro regendis domibus eligantur, tam Præſes Capituli cui præſidet, quam immediatus Ex-Provincialis in Candidatos ad regendam quamcunque domum, poſſunt eligi.

10. Die 2*da* Auguſti præmiſſo de more Sacro Votivo de Spiritu Sancto, ad electionem Candidatorum pro Provinciali munere Præſes Capituli, Capitulumq; deſcendet; electionibus Candidatorum ad Provinciam regendam abſolutis, eodem die & actu procedent ad alias electiones.

11. Jam ex graviſſimis rationibus in perpetuum Auctoritate Viſitationis Apoſtolicæ ſtatuimus, ut Aſſiſtentes Provinciæ, item Conſultores Provinciæ ad complendam perfectam Provincialis Congregationem, in Capitulis Provincialibus, ſecretis, ut Candidati ad regendam Provinciam ſuffragiis, ſemper in poſterum de triennio in triennium debitè eligantur & approbandi confirmandiq; ad P. Generalem ejusq; Congregationem unà cum Candidatis ad regendam Provinciam, ac Rectoribus, ſemper in poſterum mittantur.

12. Conſultores Provinciæ ita electi, locum & vocem habeant in Capitulis omnibus Provincialibus poſt Ex Provinciales; in noſtris verò domibus Provinciæ hujus, locum habeant poſt Aſſiſtentes.

13. Horum electionibus finitis, eodem die & actu procedetur ad alias, ſi quæ erunt neceſſariæ, ut Vocalium Romam deputandorum, Procuratoris Ærarioli Provinciæ, & ſi quæ aliæ, quæ uno die omnes abſolventur, aut ſi id aliquando fieri non poſſet, mox tertio die, ſeu tertia Auguſti; qui dies intelliguntur Feſtis non impediti.



http://rcin.org.pl

14. Poſt ſupradictas electiones expeditas in quovis Capitulo ſecretis ſuffragijs ut alij, duo Commiſſarij & unus eorum Subſtitutus eligentur ad recipiendas à P. Provinciali perceptorum & expenſorum, & adminiſtratæ Provinciæ rationes: ( de qua re infra ) qui ipſi erunt & Candidatores pro eligendis Candidatis ad Domorum regimen, de quibus itidem infra.

15. Nunquam etiam Vocales Romam, ſimul & Candidati ad regendam Provinciam eligentur eædem quæcunq; ſint, ſed ſemper ſeparatæ ad unũ & ad alterum hoc munus perſonæ.

16. Pro omnibus in Aula Capitulari ac Capitulo Provinciali fieri ſolitis electionibus, talis modus in perpetuum ſecretorum Suffragiorum præſcribitur. Ad Rectorem domûs noſtræ Varſavienſis, à ſingulis domorum Rectoribus nomina electorum in eorum domibus Vocalium, illico ut electi fuerint, mittentur.

17. Rector Varſavienſis Nomina Aſſiſtentium, Conſultorum, Ex-Provincialium, Rectorum ac Vocalium, ſeu eorum indicem in Octavo imprimi per alphabetum curabit, hoc ſimpliciter modo: *Pater Jgnatius Zawadzki a S. Staniſlao Aſſiſtens Provinciæ*, ita nomina cæterorum omnium & nihil amplius.

18. Diſtantia linearum inter Nomen unius & alterius erit uno digito. A parte dextra ſchedæ ſpatium vacuum, medietate fere minus relinquetur pro inſcribendis obſigillandisq; eligentium nominibus.

19. Cum verò extra Patres prædictos Capitulares poſſunt & alij forte per Provinciam reperiri, qui ad aliquod ex tot ſupradictis, munus idonei eligendiq; viderentur; proinde mox Provincialis ab omnibus Domorum Rectoribus de electis in quavis domo Vocalibus edoctus, ſi viderit ſupereſſe & alios per Provinciam, qui idonei ad munus Aſſiſtentium, Conſultorum, Vocalium Romam, Procuratoris Ærarioli Provinciæ, atq; etiam Candidati ad regendam Provinciam viderentur, & non eſſent electi Vocales, tum cum ſua Congregatione Provinciali tales Perſonas præmiſsâ gravi deliberatione connotabit, & Patri Rectori Varſavienſi mittet, qui æque eorum ac ſupradictorum nomina in Alphabeto diſpoſita, typis imprimi curabit.

20. Exemplaria quingenta vel plura talis indicis imprímentur, & ad locum Capituli deportabuntur, ut ſaltem 25. vel tricena ſingulis Capitularibus dari poſſint, cùm ſingulæ electiones ad quinque jactus pervenire poſſint.

21. Aſſiſtens primus Provinciæ curam habebit ut ſingulis Capitularibus in Aula Capitulari certus numerus exemplarium horum indicum præparetur. Jndices hi ita ante ingreſſum aulæ capitularis diſcindantur inter lineas typis impreſſas, ut in utraque extrema parte cohæreant, facile autem manu poſſint avelli: ante ſingulos itaq; Capitulares, tales indices majore ſolio iuvoluti deponantur ut moris cum calamis & atramentariis, vel poſt quælibet ſuffragia diſtribuantur a Secretariis.

22. Præſes Capituli ad quamcunq; electionem accedit, intimet voce clarâ omnibus, idq; ter: *Patres, modo accedemus ad eligendum primum Candidatum ad Provinciale munus.* Hoc dicto, ſinguli Capitulares Nomina ſua in vacua ſchedæ parte ſcribent, & partem Nomine ſuo inſcriptam bene plicabunt & obſigillabunt, relin-

http://rcin.org.pl

relinquendo typis impreſſum ejus Nomen, qui cuivis eligendus videbitur. Tum Secretarius & Adjunctus interrogatione factâ, utrum jam omnes parata ſuffragia habeant? a ſingulis in urnam conſequenter obambulando ſchedas recipient, & ut moris apertè in conſpectu omnium, cum debita inſpectione Præſidentis, Aſſiſtentium, ExProvincialium & Conſultorum, ſchedas in menſam effundent, ſingulas elevando & demittendo numerabunt, videntibus ſupradictis, clarè legent, qui ſuffragia omnes notabunt, alijq; quibus libuerit.

23. Simili modo ſecundi Candidati, ſimili modo aliæ ſubſequentes electiones a Præſidente Capituli intimabuntur, ac proclamabuntur, ac à Capitularibus fient.

24. Si uno jactu ſuffragiorum electio alicujus non ſuccedit, in omnibus alijs jactibus eodem modo procedetur. Cætera omnia juxta canones & conſvetudinem.

25. Si aliquis in indice typis impreſſo nomen alicujus, quem eligere vellet pro aliquo munere non reperiret, liberum eſto illi, etiam nomen eligendi ſcribere, ſuo obſigillato nomine.

26. Jn Capitulis localibus pro eligendis domorum Vocalibus tales indices manu una ubiq; deſcribentur, & eodem modo, ut mox dictum eſt de Capitulis Provincialibus, omnia circa ſecreta ſuffragia peragentur.

27. Terminatis electionibus, Præſes Capituli cum Aſſiſtentibus antiquis & Conſultoribus, Patres Capitulares in diverſas Congregationes ut moris eſt diſpeſcet, ac indices ita diſtributorum in ſuas Congregationes Capitularium in aula Capitulari legi & publicari, ac ad valvas appendi juxta morem faciet.

28. His ita præmiſſis, reliqua omnia juxta conſvetudinem in Provincialibus Capitulis uſitatam peragantur.

29. Die 9. Auguſti non impedita, vel priùs non poſterius electiones Candidatorum ternorum vel binorum pro domorum Rectoribus fient, ut omnia quantocyùs Romam poſſint transmitti. Definimus in perpetuum electionem horum Candidatorum ad domos regendas ſpectare ad Præſidem Capituli, ad duos ut vocant Candidatores per Capitulum Provinciale ut ſupra, ſemper eligendos, ad duos Aſſiſtentes, & duos Conſultores Provinciæ.

30. Jus verò proponendi Candidatos ad Domos regendas, penes Præſidem Capituli eſt. Si verò ipſemet Præſes Capituli ad regendam domum aliquam proponendus eſſet, conſvetudine veteri & uſitatâ ſeipſum proponere poteſt.

31. Prima mox poſtâ diem 9. Auguſti conſequente, electiones factæ Romam ad P. Generalem per P. primum antiquum Aſſiſtentem Provinciæ transmittantur, qui P. Generalem & ejus Congregationem ſemper in ſua petet epiſtola, ut medijs Septembris Provincialem novum, Aſſiſten: Conſul. & Rectores ex miſſis Candidatis confirment, & conſtituant, moxq; in Poloniam expediant, ut ante medios Octobris Varſaviæ poſſint recipi: utq; expeditio hæc a P. Generali ad manus ſuas primi Aſſiſtentis Provinciæ mittatur, quatenus quantocius Provincialem, circa medios ſemper Octobris inaugurare, & novus Provincialis mox Rectores per Domos,

http://rcin.org.pl

Domos, Congregationemq; ſuam Provincialem promulgare poſſit.

32. Quod vero ſpectat ad ea, quæ neceſſario celebrationem Provincialis Capituli antecedunt, ita in perpetuum ordinamus. Provincialis Anno *3tio* regiminis ſui, in menſe Januario ad P. Generalem ſcribet, petendo pro more facultatem celebrandi Provincialis Capituli.

33. Obtentâ Româ facultate celebrandi Capituli, eam non tardiùs unquam, quàm Menſe Martio per omnes Provinciæ Domos, ſuis literis ut moris eſt, denuntiabit, ac diem celebrandorum ſimul in omnibus domibus localium Capitulorum pro eligendo ex quavis Vocali primam ferialem vacantem a Scholis, poſt quintam Junij præfiget, quæ Capitula nunquàm deinceps alio, quàm præfixo à Provinciali die prædicto, ac præſenti lege in perpetuum conſtituto, ullibi celebrentur.

34. De loco quoque Capituli Provincialis ſingulis triennijs celebrandi, ſic in perpetuum ordinamus, ut in Capitulo Provinciali Præſes, locum futuri poſt triennium Capituli proponat, & communibus omnium ſuffragijs aut pluralitate deſignetur. Quod ſi intervallo triennii caſus aliquis omnino non prævíſus præpediret, ut domus illa, quæ deſtinata erat, Capitulares non poſſet excipere; vel ſi aliquis pro celebrando Capitulo inſigniorem impenſam offerret in alio loco, tum res P. Provincialis cum ſua Congregatione deciſioni relinquitur, prævio tamen, ſi minus uno anno ſuperſit ad tempus Capituli, conſenſu Rectoris in cujus domo Capitulum celebrandum erat.

35. Pro ſingulis domibus Rectori Domûs, in qua Capitulum celebrabitur, ſolventur floreni octo Polonici in ſingulos dies, etiamſi caſu aliquo unus tantùm è domo aliqua adeſſet: neceſſe enim eſt, ut Rector qui tractabit Capitulum pro certa, non prò incerta pecunia, præparanda præparet. Pro qua quidem à domibus penſione etiam ExProvinciales ſuſtentabuntur in domo Capituli. Provincialis verò pro 4 perſonis Conſiſtorij, ut & infra dicetur, ternos in diem florenos pro uno numerando, duodecem florenos Polonicos pro quavis die Capituli ſolvendos, cum reliqua pecunia P. primo Aſſiſtenti pridie Capituli conſignabit. Superiores Reſidentiarum 4. pro ſe florenos in diem ſolvent. Extra-capitulares hoſpites Rectori Domûs prout cũ eo convenient, vel Rectores domorũ pro iis, ſolvent, quos ſecum adduxerint. Capitulum tamen è communi lege, abſq; juſtiſſima cauſa, & abſq; expreſſa facultate Congregationis Provincialis nemo accedet. Pro his penſionibus debitam commoditatem in alimentis, cubiculis, & lectis, Patribus Capitularibus P. Rector Domûs providebit. Hæc ſolutio tempore Capituli Provincialis ſive augenda, ſive minuenda videbitur, Provinciæ arbitrio in futurum relinquitur. Capitulum jam à die ultima Julij ad *unam* Auguſti non amplius diebus duodecem duret, & quo ad fieri poterit citius terminetur. Qui ante vel poſt Capitulum in domo Capitulari manſerint, ſolvent. Rector Domus ubi celebratur Capitulum, pro iis Rectoribus, qui id tempeſtive ab illo petierint, fænum & avenam tempeſtive, minore quàm poterit pretio coemi curet, quæ eodem pretio PP. Rectores ſolvent, uti & ſuos famulos ipſimet ſuſtentabunt.

36.

http://rcin.org.pl

36. Pro via verò ad Capitulum Patrum ad Congregationem Provincialem pertinentium, & eorum reditu, id eſt Aſſiſtentium, ExProvincialium,& Conſultorum, Rectores domorum, in quibus de ſamilia manent, impendent.

37. Jam deniq; cum inductiones aliorum, diurnæ nocturnæq; ſactioſæ tractationes, & ſimilia, ſeveris alias legibus ſub privatione vocis activæ & paſſivæ in Capitulo prohibeantur; aliundé verò ut Candidatos ad munus Provinciale, alicsq; Magiſtratus electuri ſe ſe mutuò intelligant, res ſit utilis, ne in ipſo electionis actu ſuffragia nimiùm diſtrahantur; ne tamen rebus inutilibus locus tempusq; detur, nunquam penitus poſteriùs, quàm ut ſupradictum die ſecunda Auguſti, feſto non impedita ( ante quam ſatis eſt ad tractandum temporis ) electiones Candidatorum ad regendam Provinciam aliæq; expediantur.

38. Scrutinia per Præſidem Capituli, ſeu quemcunq; alium penitùs prohibentur. Præſes Capituli ea tantum agat, quæ ad rite canonicam electionem Canones agenda & leges Pontificiæ ac noſtræ præſcribunt, quæ ut moris eſt, ante ipſum actum electionis Candidatorum à Præſide, Patribus Capitularibus perlegantur. Ad unionem animorum, magiſq; idoneas perſonas eligendas, & omnes & ſingulos pro ſua quemq; conſcientia Præſes obliget, neminem privatim commendet, neminem mordicus ſuſtineat, nullo partium ſtudio ſe notari permittat, neminem inducere ſatagat, paci quietiq; omnium conſervandæ invigilet, quæ in electionum cæteriſq; Capituli actibus ſervanda præſcribuntur, exacte adimpleat & adimpleri curet.

39. Finitô Capitulô Præſidis Capituli Auctoritas omnis mox finiet, & donec in Menſe Octobri Provincialis ex Candidatis a P Generali electus, Roma mittatur: primus antiquus Aſſiſtens Provinciæ, illis aliquot ſeptimanis Provinciam reget, vel caſu mortis ejus, ſecundus Aſſiſtens, vel caſu mortis utriuſq; ExProvincialis antiquior.

40. Si perſonæ aliquæ ex diſpoſitionibus a præterito Provinciali pro ſequente anno relictis ( de quo mox infra ) juſtâ causâ mutandæ videbuntur, idem primus Aſſiſtens mutabit: cæterum brevi hoc adminiſtrationis ſuæ tempore res tantùm neceſſarias, & quæ differri non poſſunt, aget cum antiquæ Congregationis Provincialis conſilio & voto, alia futuro Provinciali relinquet.

41. Ante medios Octobris ſemper ſe in eum locum Goram, Varſaviam, vel alium Varſaviæ propiorem mature conſeret, ubi Provincialis futurus pro munere ſuo inaugurabitur.

## §. II.
## *De Provincialibus.*

QUod imprimis attinet ad annuas perſonarum omnium ac ſtudiorum per Provinciam Diſpoſitiones pro perpetuis temporibus ita ſtatuimus.

42.

http://rcin.org.pl

42. Primum ut teſtimonia pietatis, morum, & literarum jurata de omnibus docentibus Scholas, de Concionatoribus, de Præfectis Schol: de Studentibus noſtris Humaniorum, Philoſ: Matheſ: ac Theol: de Præfectis & ſubpræfectis in Colleg: Nob: & de Novitiis, in omnibus domibus irremiſſibiliter quotannis ita fiant, ut in Junio ad manus Provincialis, ſive ad ejus Congregationem Provlem, Varſaviā deveniant, quod ſummæ Rectorum ac Provincialium ſolicitudini commendatur.

43. Deinde ut Provinciales ita ſuas Viſitationes viasq; ordinent, quatenus ultimis Menſis Junij in eo loco reperiantur, in quo Congregationem ſuam Provincialem & diſpoſitiones Perſonarum ac Studiorum ſi non citius ſaltem primis Menſis Julij faciant, & nunquam omnino tardius, quàm medio Julio eaſdem ad omnes domos expediant, quâ debitâ perpetuaq; diligentia, plurimis, quæ hucuſq; obſervata ſunt, incommodis, retardationiq; tranſmittendarum perſonarum maxime obviabitur.

44. Mutatio ſubjectorum niſi urgentiſſima de cauſa non fiat à Vacationibus ad Vacationes; Capitul: Anno 1664. Et quantum fieri poterit, Subjecta ad propiores domos transferantur, nec tota familia ſimul uno immutetur anno.

45. Dum verò ſingulis ſenis annis hucuſque Provinciales Romam proficiſcantur, ſi infirmitate vel alia perquam legitima cauſa impediti, primis Julij in Poloniam redire non poſſent, eo caſu poſt ſecundum tertiamve Julij, Vice-Provincialis a diſcedente Romam P. Provinciali ejusque Congregatione electus, diſpoſitiones perſonarum faciet cum Congregatione Provinciali.

46. Patentes Obedientiæ literæ ſub nomine Provincialis omnes tum expedientur, & a Vice-Provinciali ſubſcribentur. Provincialis redux ſi indiſpenſabilem neceſſitatem viderit mutandi aliquam diſpoſitionem, ob juſtam cauſam, id illi erit liberum.

47. Patres Provinciales, ut quàm optimè ſervando in Profeſſoriis, in ſtudiis Noſtrorum, & in Magiſteriis, bono ordini conſulatur, ſemper omnes noviter Profeſſos immediate poſt Novitiatum ad Profeſſorium ſtudiumque Rhetoricum pro uno anno, poſt quem immediatè ad Profeſſorium ſtudiumque Philoſophicum pro biennio mandent, qua de re fuſiùs infra in ordine Annorum ſervando, & in Ordinationibus de Profeſſoriis.

48. Nunquam itaque è Novitiatu noviter Profeſſi ad Scholas docendas, ſed finito poſt Novitiatum, tum Rhetorico tum Philoſophico Studio applicentur, neq; ulla neceſſitas ab hoc ordine ſervando eos diſpenſare poſſit, præterquam in iis e Novitiatu vel ſtudio Rhetorico exeuntibus perſonis, quæ nec ad Studia Humaniora, nec ad Philoſophica unquam amplius appplicandæ, ſed mox ad inferiores Scholas, vel ad obſequia OEconomica convertendæ eſſe viderentur: circa quem perpetuò ſervandum ordinem maximopere conſcientia Patrum Provincialium Congregationisque eorum obligatur: ne nimirùm Juvenes per Profeſſoria nondū in virtute formati, & per ſtudia humaniora ac Philoſophiæ nondum firmati, aut in immatura ætate, Scholis docendis unquam admoveantur, contra præſcripta Summorum Pontificum. Patres Spirituales in Profeſſoriis è dignioribus Provinciæ,

http://rcin.org.pl

ciæ, Viroſque graviſſimos ac Profeſſores pro noſtris quàm optimos deligere, ſummæ curæ PP. Provincialium erit.

49. Directores è Noſtris, & Theologos in domibus quorumcunque Magnatum tollere perneceſſarium, ac perutile eſt Provinciæ: id quod maximæ curæ ac zelo PP. Provincialium commendatur.

50. Si graviſſimæ & indiſpenſabiles rationes aliquem è noſtris alicui concedendum juberent, tamen id quam rariſſimè, ſi aliter fieri non poteſt, permittendum eſt, cum conſenſu Congregationis Provincialis, neque illi vero ad aulas vel domeſticas directiones mittentur, qui nondum numerum annorum in Scholis docendis compleverint: cujus rei exacta obſervantia plurimis malis liberabit Provinciam, & hac ratione facile ac efficaciter hoc obſequium Congregationi noſtræ inutile recuſabitur.

51. Solutio præter ſtipendium perſonæ ad Ærariolum Provinciale pertinens, a quocunque præter actuales Fundatores, cui aliquis è noſtris concederetur, 100. pro anno imperial: pro erudiendis extrà noſtris junioribus, impēdēdorū in perpetuum præſcribitur, nec a Provinciali diminui poſſit, ſub pœna reſtitutionis.

52. Qui è noſtris talia procari obſequia notaretur, graviter à Patre Provinciali puniatur, qui meminerit non parum damni Provinciæ, Scholis, Collegiisq; noſtris, tali ad aulas Noſtrorum avulſione ſemper afferri, nullique fere emolumento eſſe. Patres Provinciales ijs, qui noſtros ad ſimilia obſequia petunt, punctum hoc Ordinationis Apoſtolica Viſitatione firmatæ excerptum transmittant. Intelligatur vero ſupradictam clauſulam *ſub pœna reſtitutionis*, tantùm propter externos eſſe poſitam, & ad hanc pœnam Provinciales non obligari.

53. Quilibet P. Provincialis Goræ reſidentiam habebit propriam juxta ſtatutum Capituli Łovicienſis 1741. confirmatū a Congregatione Generali An: 1742.

54. Cui Domui eo fine Summa in Studzianki incorporetur, à qua tria à centum Pater Rector Gorenſis, vel in parata pecunia P. Provinciali, vel ſi placuerit in rebus juſto pretio ad ſuſtentationem ejus proviſis, abſque ulla diminutione annuatim ſolvet. Patrum jam Capitularium petitis annuendo, Domûs Gorenſis deinceps Superiores ad Rectoris munus, titulum, & prærogativas veteres reſtitui declaramus; Arbitrio tamen Patrum Provincialium & Congregationis Provincialis relinquimus, ut ſi Domûs hujus rationes & proventus prout pro formali Domo convenit ſtabiliri non poſſint, ac exigua vel nulla incrementa ſumere videantur, ad ſtatum ſimplicis reſidentiæ Provincialis, ſublato Rectore, per Superiorem à Provinciali deſtinandum adminiſtrandæ, cum conſenſu Patris Generalis redigatur.

55. Domum tamen hanc Provinciales ſemper ſingulari curæ habebunt, & ex peculio etiam perceptisque eorum Provincialibus, eandem prout poterunt, juvabunt, atque in ea etiam Capſam Provincialis, adinſtar Capſæ Provinciæ, pro Provincialibus, quo ad poterunt, erigi curabunt.

56. Jn hac Domo mobilia omnia ad Provinciales pertinentia, quæ ipſis



http://rcin.org.pl

pro vijs non inſerviunt, relinquent, ut Succeſſori cum inventariis faciliùs tradantur, quæ conſervari ac pro commodo augeri procurabunt.

57. Archivum Provinciæ immediatus poſt publicationem harum Ordinationum P. Provincialis, Podolinio Varſaviam transportari intra tempus triennii ſui curabit: priùs verò Podolinii aliquem è noſtris Virum prudentem diligentemque deſtinabit, qui idem Archivum luſtret, componat, ſummariumque ejus exactè conſcribat. Armarium, præter alia, bene capax conficiatur pro rebus majoris momenti, & ab eo tres claves conſervabuntur, una in manu Patris Provincialis, altera in manu Patris Aſſiſtentis primi, tertia in manu P. Rectoris Varſav: Ex hoc armario nihil ſine conſenſu in ſcripto Provincialis, & totius ejus Conſiſtorii, cuiquam extradatur ſub gravi animadverſione in Cuſtodes clavium, ſi quid extractum, & per eos non receptum interierit.

58. PP. Provinciales in Capitulis localibus omnibus, præſertim verò in electionibus Vocalium plenam libertatem Patribus relinquant, nec perſonas eligendas directè vel indirectè per ſe vel per alios proponant, parumque religioſam hanc politicem vitent in diſpoſitionibus perſonarum per Provinciam, ita eas collocando, ut omnino quempiam tempeſtivè deſignatum eligi oporteat

59. Capitulum Chełmenſe Anni 1738. ordinavit, ut Provinciales perſonas quæ voce activa vel paſſiva carent, domibus ante Capitula localia declarent, quod intelligendum eſt de proceſſu & decreto infamante, ſeu in quas latum eſt Decretum privationis vocis activæ & paſſivæ, aut quibus datum eſt monitorium ad ejectionem.

60. P Provinc: quilibet imprimis contributiones Romanas durante ſuo triennio, poſtaſq; Romanam & in Polonia, ac ſi quæ alia in cauſis & negotiis Romã devolutis vel alicubi debentur, exactè ſolvat, ſolutorumque omniũ documentũ ſuo Succeſſori tradat: aut pecuniã paratã pro debitis relinquat, nec ijs Succeſſores oneret. Id quod Romam ſingulis annis pro Generalitate, & capſa ut vocant B. Patris, ſeu univerſim pro omnibus contributionibus a domibus quindecẽ mitti debet, facit ſummam ſcutatorũ Romanorũ 121. ſeu aureorum Hungar: 60. & dimidii, & quinque paulorum ſeu 10. ſextariorũ. *Capit: Gener:* 1742. Jam veró anni 1754. Capitulum Generale ad quindecem Domos adjunxit decimam ſextam Domum, & inſuper Reſidentias quatuor; itaque ad capſam B Patris ab his quinis locis, una nempe domo & quatuor Reſidentiis pro ſingulis ſolvi debent tria ſcutata ſeu aureus & dimidius, quod facit aureos ſeptem & dimidium: tota igitur nunc annua Romana contributio facit aureos 69. & ſextarios 10. præter poſtas, quæ a parte ſolvuntur.

61. Deinde cum pro itinere Romano ſingulis ut hactenus eſt ſexenniis conficiendo, neceſſarii ſint 220. Aurei pro tribus Perſonis, & pro victu Romæ, injuſtumque & pergrave ſit, ut talem Summam in uno triennio Capitulum Generale antecedente colligere unus Provincialis debeat, primi veró triennii Provincialis nihil contribuat: præſertim veró cum

nunc

nunc dimidio duntaxat anno ante Capitulum quodvis generale; munus ſuum Provinciales incipient, tantò magis impoſſibile eſt, ut intra menſes aliquot ſummam ejuſmodi pro via Romana conflare poſſint, proinde quilibet Pater Provincialis pro itinere Romano ſegreget in paratis centum decem aureos : ita quidem, ut qui Provincialis Romam non ſit diſceſſurus cum Vocalibus, imprimis hos centum decem aureos, a ſe eô fine collectos, Succeſſori Romam diſceſſuro tradat, & obſigillatos ſuaque manu chartam in eis ſubſcriptam relinquat.

62. Provincialis itaq; immediatè præteritus & pridie Capituli Ex Provincialis factus, quod attinet ad pecuniam, nulla excuſatione, cauſa, aut prætextu obſtante, pecuniam omnem & regeſtra perceptorum ac expenſorum ſecum ad locum Capituli afferat, & quàm primùm P. Aſſiſtenti primo allata ſecum omnia & pecuniam tam pro via Romana, quàm omnem aliam tradat, chartamq; quantùm reddiderit, ſubſcriptam ab eo recipiat, & hoc negotium omnino ante aperitionem Capituli finiat.

63 Pecunia verò, quæ a Patre Ex Provinciali ſemper ſit Patri primo Aſſiſtenti reddenda, hæc eſt: 1*mo* 110 aurei pro itinere Romano, ſuo triennio collecti: & alii 110 aurei, itidem pro itinere Romano a Provinciali primi poſt Capitulum Generale triennii collecti & ſigillati. 2*do*. Pecunia ſi quæ debetur Romam ex ſuo triennio pro p ſtis vel contributionibus. 3*tio*. Pecunia pro ſolvendis quatuor perſonis Conſiſtorii in Capitulo Provinciali, aurei 8. 4*to*. denique alia, ſi quæ ſupereſt ad ærariolum Provinciale pertinens pecunia.

64 Quod ſi P Ex Provinc: pecunias mox dictas tēpore præfixo nō reddiderit, inſtantibus Aſſiſtentibus & Conſultoribus vel quocunque ex Capitulo Provinciali, cum Patentes omnium literæ verificantur reſpondebit, & de eo, quod juſtum videbitur, Capitulum ſtatuet, ut legi huic omnino ſatisfiat.

65. Libros quoque omnes ad Capitulum, & ad diſpoſitionem Provinciæ neceſſarios, uti & currus, equos; reſque alias ad officium pertinentes, quas ſecum habuerit, eidem Patri Aſſiſtenti, ſeu ab eo delegato hoc ipſo tempore tradet. Curet imprimis ut rhedulam, currum, equos octo cum loramentis & neceſſariis, omnia bene reparata, & quibus bene adhuc uti ſucceſſor poſſit, eidem relinquat, & omnium, quæ ab eo recipiuntur, regeſtrum manu Patris Ex Provincialis, & Patris Aſſiſtentis ſubſcribetur.

66. Deinde res alias omnes ad Officium ſpectantes Goræ relictas, ſeu quocunque in loco, inventaria, libros reliquos poſt Capitulum Provinciale, præfixo à Patre Aſſiſtente die & loco eidem tradet, ut omnia ſimul primus Aſſiſtens futuro Provinciali cum inventario ſubſcripto poſt ejus mox inaugurationē tradat.

67 Provincialis itaque regimen ante Capitulum finiens, omnia ſua ita componat & ordinet, ut regeſtra, libros, pecuniam, res omnes ad tradendum Aſſiſtenti paratas habeat: & reſignationem muneris ſui cum debitis pro Succeſſore informationibus de rebus & negotiis conſcribat tempeſtivè.

68. Statuta denique & Ordinationes circa Noritiatum, Profeſſoria, ſtudia,



http://rcin.org.pl

ſcholas publicas, Rectores, omnemque religioſam in domibus obſervantiam, ut exactè cuſtodiantur,& executioni demandentur, ubique invigilare, & in Viſitationibus diligenter juxta puncta ſibi deſcripta examinare, modosque omnes ut ſerventur, adhibere Provincialis munus & Officium eſt, horumque continuam lectionem & cognitionem, & ſuper his rebus Conſilia, totam illius occupationem eſſe oportet.

## §. III.

## *De reddenda, adminiſtratæ Provinciæ, perceptorum, & expenſorum ratione.*

69. PAter Provincialis reſignans, pecuniam quidem regeſtra & res quas ſecum habuerit pridie Capituli primo Aſſiſtenti ut mox dictum conſignabit; at verò rationes perceptorum & expenſorum atque adminiſtratæ Provinciæ, non in Capitulo Provinciali, ſed inaugurato novo Provinciali cum Commiſſariis duobus ab immediate præterito Capitulo electis, & novis Aſſiſtentibus ac Conſultoribus Provinciæ in forma judicij aſſidentibus jam tum Ex-Provincialis reddet in loco ſibi aſſignato.

70. Qui omnes juramento præmiſſo in hanc formam: *Ego N. à S N. Teſtem invoco Jeſum Chriſtum, qui eſt Sapientia æterna, quod pro conſcientia recta & veritate, rationes à P. N. à. S. N. Ex-Provinciali, tam rejeſtrorum, quam adminiſtratæ Provinciæ recipiam, cauſaſque ſi quæ erunt judicabo.* De his rebus ad mentem Clementinæ rationem geſtæ Provinciæ à præterito Provinciali recipient. Primò regeſtra perceptorum & expenſorum ritè examinabunt, neceſſitatem & juſtitiam expenſarum obſervabunt, ac ea ſubſcribent.

71. Secundò, ſi à quocunque Rectore & Religioſo cauſa aliqua Provinciali intimatur, ad hanc novi Provincialis & Commiſſariorum Congregationem citatio, ſeu facienda Ex-Provinciali denunciatio prævenire debet, & in ea Ex-Provincialis reſpondere Intelligantur cauſæ, quibus aut Domùs alicujus, aut Provinciæ, aut Perſonæ alicujus inſignis injuria P. Ex-Provinciali objiceretur.

72. Tertiò. Reſpondere tenebitur Provincialis, ſi ejus negligentia Noviciatus ac Profeſſoria male gubernentur.

73. Si ob eandem, præſcripta Conſtitutionibus Apoſtolicis, Viſitatione præſenti Apoſtolica, Ordinationibus Capitulorum noſtrorum, Capitulorum generalium ac præteritorum Provincialium, non obſerventur.

74. Si Studia noſtrorum juvenum ob ejus incuriam perperam tractentur.

75. Si Scholæ publicæ ob ejus vigilantiæ defectum negligentiùs doceantur, Præfectique vel Magiſtri a Scholis avellantur, aut divagentur,

76. Si melior in docendo methodus, meliorque guſtus in artibus & ſcientiis tradendis in Provincia deſeratur, & deteriores, eo tolerante, irrepant abuſus.

77. Si vitia, præſertim ebrietatis omnimodis non curavit punire, tollere, & gliſcentibus, maxime in junioribus, mature obviare.

78.

http://rcin.org.pl

78. Si Rectoribus & ſubjectis plusquam opus ſit indulſerit, ac diſſimulaverit.

79. Si inſontes afflixerit.

80. Si diſpoſitiones Subjectorum debito tempore fecerit ac mandaverit, atque ut Rectores in exmittendis ijſdem cum obedientialibus exactiſſimi diligentiſſimique ſint, invigilaverit:

81. Si rectà ex Novitiatu non ad Profeſſorium & Studia Rhetorica, aut Philoſophica, ut præſcriptum eſt, ſed ad Scholam docendam aliquos mandaverit.

82. Si Novitiatum ter in anno per ſe, vel Commiſſarios non viſitaverit.

83. Si cauſas Provinciæ diligenter tractaverit.

84. Si Viſitationes Domorum omnium & quoties abſolvit.

85. Si in Viſitationibus ſecundùm præſcripta ſibi omnia puncta, de omnibus rebus ſerio inquiſiverit, omnia reviderit, omnesq; nemine excepto Religioſos, etiam Superiores ad ſcrutinium vocaverit.

86. Si libro Matriculæ, in quo quotannis omnium ſubjectorum ſtudia, diligentiam, negligentiam, defectus, moresq; omnes, fideliter & conſcientioſe inſcribere tenetur, inſcripſit, & librum hunc diligentiſſime conſervavit.

87. Si in Sæculares & Conſangvineos damno noſtro munificus non fuerit.

88. Si ultra præſcriptam inferiùs ſumptûs legem non exceſſerit, aut non convenienti Statui noſtro, ratione agendi & vivendi uſus non fuerit.

89. Si in Domibus Noſtris cum earum onere longiùs, quàm præſcriptum eſt, Viſitationes & moras non traxerit.

90. Si de ambitu aut factione pro relinquendo ſibi Succeſſore notatus non fuerit.

91. Si Capitulis Domorum, uti electionibus Vocalium alijsq; ſeſe affectate non immiſcuerit.

92. Si negotijs, bonis, ſummis, reditibus Domorum diſponendis, quæ ſine Capitulis Communitatum tractari non debent, ſe ingeſſerit.

93. Si ex Reſidentiis pecuniam, quæ in earum emolumentum omnino remanere debet, ad ſe non traxerit.

94. Si munuſcula in pecunia, alijsq; rebus a Noſtris acceperit.

95. Si oblata aliunde in rem Provinciæ, aut Officii, ſive in pecunia, ſive in rebus, regeſtris Provincialibus inſeruerit, uti & derelicta poſt mortuos cujuscunque generis.

96. Si Rectores, poſt demortuos, Romæ confirmandos, aut Vice Rectores, cum voto deciſivo ſuæ Congregationis delegerit.

97. Si votum deciſivum Aſſiſtentium & Conſultorum in iis omnibus, quæ præſcribuntur expetierit, conſiliumque ſequutus fuerit. Hæc & ſimilia ſi Provinciali objiciantur, dijudicabuntur.

98. Si Decreta, Familias, Suffragia, noviter Profeſſos, Encyclicas, Commiſſiones, Acta Congregationis Provincialis, Acta Capitulorum, Decreta de diligentia Magiſtrorum, promotiones ad Superiorum munera, Viſitationes Domorum,

negotia

http://rcin.org.pl

negotia Provinciæ graviora, regeſtra, inventaria, reſignationem regiminis Provincialis, & hujusmodi, ſuis libris & locis, ejus durante regimine, diligenter inſeribi fecerit.

99. A Commiſſariis omnibus Pater Ex-Provincialis benè geſtæ Provinciæ teſtimonium Actis Capituli futuri, poſtquam publicè lectum fuerit, inſerendum, gratesque Nomine Provinciæ debitas referet.

100 Si verò rationem perceptorum ac expenſorum dèbitè non deduxerit, reſtitutionem pro æquitate Judicium decernet vel pœnam; ſi item de gravioribus rebus objectis Pater Ex-Provincialis convinceretur, Sententiam, Decretumque, prout juſtum erit, feret.

101. Tam verò de perceptis & expenſis, quam de deductis objectis latam ſententiam, ſi ab ea P. Ex-Provincialis appellaverit, eo caſu P. Provincialis, totumque judicium Patri Generali ad examen, approbationemque cum debitis documentis transmittent, & Cõmiſſarium Generalem unum è Pòlonis, non ullomodo alius Provinciæ petent.

102. P. Provincialis Nòvus intra ſpatium 4*tor* Menſium, nulloque modo tardiùs ab inſtitutione ſua, has rationes cum præterito Provinciali ineat & terminet.

103. Tempus & locum conveniendi tam Commiſſariis, Aſſiſtentibus & Conſultoribus, quam P. Ex-Provinciali, & ſi quæ eſſet, parti cum eo litem habenti, P. Provincialis intimabit.

104 Qui itaque aliquid contra Patrem Ex-Provincialem agendum haberet, alicui ex Congregatione ſeu Judicio hoc Provinciali Commiſſario, Aſſiſtenti, & Conſultori, intra ſpatium unius Menſis ab inſtitutione novi Provincialis denunciabit; qui Aſſiſtens, Commiſſarius, vel Conſultor Provinciæ Patri Ex Provinciali intra ſpatium ſecundi ab inſtituto novo Provinciali Mènſis; nomine Provincialis, & cum ſcitu ejuſdem denunciabit; quatenus in reddendis rationibus ad hoc, quod ipſi ab aliquo opponeretur, reſpondeat, ſeu ſe ad reſpondendum paret. Talis denuntiatio facta Patri Ex Provinciali vim citationis habebit.

105 Si pars Actoris contra Patrem Ex-Provincialem præter documenta, inquiſitionibus egeret, mox ut novus Pater Provincialis ab Actore de re objecta præmonitus fuerit, intra ſpatium ſecundi à ſua inſtitutione Menſis, commiſſiones ubi opus erit, ad faciendas inquiſitiones mandabit, ac Patrem Ex-Provincialem commonebit, in talibus locis de eo faciendas eſſe, deindè poſtquam remiſſæ fuerint Patri Provinciali inquiſitiones, puncta eſſentialia earundem vel ſecundo, vel tertio a ſui inſtitutione Menſe, P Ex-Provinciali communicari faciet.

106. Sique P Ex-Provincialis pro ſua parte iridem inquiſitiones expetierit, eas fieri P Provincialis curabit; alioſque gradus ſummarij Proceſſus ſervabit, quibus ſervatis quarto menſe ad rei, ut ſupra, disjudicationem accedet.

107. Si autem cauſa aliqua gravior, in uno, intra quatuor Mènſes, Provincialis & ſupradictorum Judicio, finiri non poſſet, cum Provincialis alia ad regimen ſuum ſpectantia adimplere debeat, nec ut ſoli judicio vacet, tempus ipſi ſufficiat; proinde eo caſu, rem totam quarto Menſe ſui Provincialatûs a ſe aliiſq;

ſupra-

http://rcin.org.pl

ſupradictis judicialiter examinatam, ſi ad ejus ultimariam definitionem pervenire nondum poſſit, tum P. Provincialis rem brevibus, ad Patrem Generalem, ejuſque Congregationem deferat, & ab eo ſi cauſa id mereri P. Provinciali, ejuſque Conſiſtorio videbitur, Commiſſarium Generalem ex Noſtra Provincia, qui nihil ordinariæ Auctoritati & regimini Provincialis deroget, pro hac ſola cauſa deſtinari petat, ut ille inquiſitiones ulteriores, ubi opus eſt inſtituat, ſententiam ferat, etſi appellabit P. Ex Provincialis, eam P. Generali examinandam confirmandamq; mandet.

## §. IV.

## *De perceptis & expenſis Provincialium*

UT percepta & expenſa Provincialium melius dirigantur, ordinatione noſtra præſenti, Conſilio Patrum ſeniorum definiendum duximus, & in perpetuum definimus, quæ percepta Provincialium, naturâ ſuâ ad reieſtra Provincialium pertineant.

108. Pertinent itaq; Contributio trigeſimi aſſis, & quæcunq; aliæ contributiones Auctoritate Capituli Provincialis impoſitæ, aut quæ nullo modo ad Capitulum differri poſſent, & proinde in ſumma neceſſitate, ut pro Studio noſtrorum, juxta regulam ſuſtentando, vel pro graviſſima aliqua lite & cauſa imponerentur.

109. Item penſiones ab ijs, qui ad domeſticam educationem liberorum, vel ad aulam aliquam conceduntur.

110. Item pecuniæ poſt demortuos, & pro rebus eorum divenditis; quæ res ſeparato, ad idque omnino deſtinando libro, (à Rectoribus prius exactè conſcriptæ.) à Provincialibus inſcribantur, & pecunia pro divenditis rebus pecuniariis rejeſtris inſeratur. Lectiſternia verò, linea ſupellex & libri domui cedant, & in veſtiario ac Bibliotheca domus deponantur.

111. Item pecuniæ pro Miſſis à Provincialibus acceptæ, à quacunque domo, ſeu à quocunque è noſtris abſolvantur.

112. Item Confiſcationes proprietariorum, ſi quæ contingunt, ſive in nummis, ſive in quibuscunque rebus, ad obolum ad Provincialia rejeſtra ſpectant, qui res tales, eidem poſt demortuos rejeſtro ſeu libro inſcribent.

113. Pecunia induſtriâ comparata, ex quadam commerciolorum ſpecie, pro privato commodo, & ſtatu religioſo, & munere hoc, indigna omnino eſt. Si tamen exēpli gratiâ Provincialis ſubminiſtrata pecunia typis aliquid imprimi faciat, (præter proprium aliquod opus a ſe compoſitum,) & aliæ quæcunque ejusmodi perquam honeſtæ induſtriæ adhibeantur, omne ex ijs emolumentum, nullo prætextu aut ratione obſtante, etiam quod non ex Provinciali ærariolo impenſa facta ſit, ad rejeſtra Provincialia omnino pertinet.

114. A noſtris ſive Rectoribus, ſive quibuscunque ſubjectis contra Pontificia Decreta, omnemque juſtitiam & honeſtatem, dona ullo prætextu, aut ratione

parva

http://rcin.org.pl

parva vel majora in pecunia ſeu quibuscunque rebus Provincialem, ſeu quosvis Superiores accipere indignum eſſet, fonsque graviſſimorum malorum. Si quis verò ſive è Superioribus, ſive è privatis aliquid pro aliquo communi bono ſponte obtulerit, id mox Provinciali regeſtro inſeratur. Adeoque auctoritate Viſitationis Apoſtolicæ declaramus,, ut quidcunq; demum ſive in nummis, ſive in reculis, a quocunq; è noſtris Religioſis in majore vel minore quantitate, Provinciali datum, ab eoque acceptum eſt, ſi in regeſtris Provincialium non extet, pro re contra votum facta, & pœnis proprietariorum punienda habeatur. Eum enim cunctis Religioſæ paupertatis exemplo prælucere oportet, nec Magiſtratum lucro aut quæſtui eſſe, cuiquam fas eſt.

115. Circa aliqua, quæ à Benefactoribus dari contingit Provinciali, conſcientiæ ejus relinquitur, ut ſi quæ abſque dubio ſuæ perſonæ credet eſſe oblata, regeſtris Provincialibus non inſcribat. quæ vero certum ipſi erit non ſuæ perſonæ, ſed Provinciali muneri, proq; bono communi eſſe, ſive in pecunia, ſive in rebus tributa, in rationibus Provincialibus annotet, præſertim ea, quæ à talibus Benefactoribus offeruntur, ubi ſunt noſtri in quibuscunque obſequiis.

116. Pater Provincialis denique quidquid ſive ordinariè, ſive extraordinariè percipit, rationibus Provincialibus ſemper inſerendum eſt, & pecuniæ quidem pecuniarum, res verò ſeparatis rerum regeſtris. Provincialis pro Secretario Viſitationum ſemper unum è ſua Congregatione Provinciali, Comitem viæ, ac Viſitationum habeat, qui regeſtra expenſorum ac perceptorum fideliter ſcribat quovis die, & ſtrictum ſecretum ſub graviore à Provinciali animadverſione omnino teneat, eaque ſingulis menſibus, à Provinciali in libro Magiſtro ſubſcribantur.

117. Trigeſimus aſſis à floreno ſemper ſolvendus declaratur ex parata pecunia percepta: & nec tantum è parata pecunia, ſed etiam ex proventibus rerum, quæ è bonis immobilibus trahuntur; ut ita Domus, tam quæ in cenſu pecuniario, quam quæ in rebus è terra provenientibus, ſuſtentationem habent, æqualiter pendant.

118. Definimus itaq; in perpetuum, ut a quavis capitali Summa, ſive originali, ſive quacunq; alia in bonis in poſſeſſione noſtra exiſtentibus locata vel acquiſita, a ſingulis mille florenis unus tynfio pendatur, qui eſt fere trigeſimus aſſis ex proventibus, numerando proventus a ſummis Capitalibus tres tantum florenos Polonicales & dimidium a centum.

119. Jn regeſtris autem Domus exactè annotentur ubiq; nominatim *pecuniarij, ſi qui erunt, reditus ex pago vel villula*. Cumq; trigeſimus aſſis, a perceptis quibuſvis, in parata pecunia, ex generalibus regeſtris perceptorum Domûs, pro Provinciali numerari ſoleat, tum *excludantur* ex generali pecuniariorũ perceptorum regeſtro, *reditus percepti ex pago*, atq; his excluſis, aſſis trigeſimus a reliqua ſumma perceptorum ſolvatur, idq, ideo ne bis ex eodem pago trigeſimus aſſis extrahatur.

120. Hac proportione utendum in aliis ſummis locatis ſuper bona.

121. Rectores autem conſcientia, juſtitia, & honeſtate obligantur, ut reditus

http://rcin.org.pl

ditus pecuniarios è villulis, prædiis & ſimilibus provenientes fideliter notent, ſub graviore, ſi falſitas detegeretur, pæna; ac juſtè perpendant Provinciales magnis eſſe oneratos expenſis.

122. De prædiis & bonis, quæ à nobis poſſidentur, in quibus ſummæ diſtinctæ non ſunt locatæ, vel inſcriptæ, pretium talis poſſeſſionis conventione Provincialis ac Rectoris & duorum ex Communitate conſtituatur, ac Provinciali Capitulo conventio approbanda porrigatur, ſimilique, ut mox dictum eſt, proportione trigeſimus aſſis ſolvatur.

123. Ex perceptis pecuniis pure pro fabrica à Benefactore oblatis trigeſimus aſſis non ſolvitur, qua in re fides Superiorum & vigilantia Provincialium requiritur.

124. Ex Ærariolo ſeu (ut vocant) Capſa Provinciæ, pro ſubſidio pauperum domorum in fabricis, nullus unquam trigeſimus aſſis, nec ulla contributio exigatur; ex proventibus verò ad Reſidentiam Opolienſem ſpectantibus trigeſimus aſſis ſolvatur.

125. De Collegio Nobilium Varſavienſi & Convictu Łucovienſi, & ſi qui alii in aliis Domibus, juxta præſcribenda inferiùs, Convictores conſervarentur, non trigeſimus aſſis, ſed certum quantum, juxta quantitatem & numerum penſionum, prout Rector cum Provinciali ſemel pro ſemper convenerit, omnino ſolvatur.

126 De Reſidentiis, quales ſunt Sandecenſis, Lublinenſis, Cuninenſis, aliæque eſſe poterunt; in perpetuum declaramus, earum reditus præter duntaxat ordinarium trigeſimum aſſem, ad Provincialis reditus minimè pertinere, omnes vero ex ijs Proventus in ipſarummet Reſidentiarum commodum & augmentum verti omnino debere.

127. Contributionem vero trigeſimi ſeu cujuscunque aſſis ita firmiter in perpetuum communimus, ut neque Provinciali ſit liberum abſque voto deciſivo ſuæ Congregationis decretoque, eundem alicui Domui donare; cum hic ſit ſolus ſtatus, certusque Provincialium reditus, & expenſæ inſignes. Unde Superiores, qui convicti eſſent, quod trigeſimum aſſem exactè fideliterque non reddant, à Provincialibus gravius, etiam ſuſpenſione ab Officio puniantur.

128. Quidquid jam itaque pro ſua & perſonarum ad ſe pertinentium ſuſtentatione, veſtitione, juſtis commoditatibus, vijs, equis, curribus, mobilibus, pro Reſidentia Provinciali, pro manſione in domibus extra Viſitationem, medicinis, & ſimilibus Provincialis impendit, jure id facit, & contra hæc nihil in ejus rationibus dici oportet.

129. Hoc tamen loci de perſonis, equis, aliisque rebus ad Provincialis munus pertinentibus, ita in perpetuum ordinamus. Ob longiſſima & incommoda itinera, Provincialis ad rhedulam utatur equis quatuor, ad currum duobus vel quatuor; ſi verò ſine curru eſſe voluerit, arbitrio ejus relinquitur; nunquam tamen amplius ſupra 8. ne uno quidem equo, prætextu famuli ſeu quocunque alio, adhibendo, quæ commoda ditioribus relinquenda. Quodſi ſervum in equo pro commoditate præmittendum Provincialis putaret, currum tribus equis jungi faciat, & quarto famulum imponat. D 130

Im. I. I. Michalskich
Ze zbiorów
http://rcin.org.pl

130. Rhedula ſit modeſta exteriùs, interiusque commoda & benè clauſa, panno vel corio modeſtioris intus coloris obducta, abſque fimbriis, colore pariter non ex altioribus, abſque ulla auri vel argenti parte, lignis ſimpliciter depictis. Currus præterea commodus, lora & ephippia nigra & ſimplicia.

131. Pretium equorum aurei non plus unquam octodecem pro equo, cum boni forteſque eſſe debeant, ex ſola vera neceſſitate mutandi, ſemper tamen octoni ſucceſſori tradendi, niſi ſenis vel quatuor duntaxat toto triennio ipſemet Provincialis uſus fuerit Pretium majus pro equis, quam mox dictum, cum minore etiam boni poſſint emi, in rationibus Provincialibus admittendum non eſt.

132 Tempore Romani itineris in Reſidentia Provinciali, aut apud Vice-Provincialem cum debita proviſione relinquendi.

133. Quoniam verò Provinciales novi in principio eorum muneris, hæc commoda ſtatim reperire debent, proinde declaramus in perpetuum, nullum Provincialem rhedam aut equos quomodocunque proprios unquam poſſe habere, ut eos quocunque prætextu Succeſſori relinquere recuſet, ſed duntaxat ad munus ſuum pertinentes, & muneris proprios, pro qualicunque eos pecunia emerit, etiãſi aſſereret, non ex ærariolo Provinciali emptos, aut à quocunque quomodocunque oblatos, aut etiamſi ante Provinciale munus illos fortaſſe habuerit, quocunque caſu, quos vendat, & nullos alios conſervet niſi octo, ſi ſenis vel minus toto triennio ſibi utendum non judicet, totidem bonos, non miſeros & defectuoſos ſemper Succeſſori cum rhedula & curru aliisque rebus relinquendos.

134. Quod ad perſonas attinet, iſtæ duntaxat definiuntur in perpetuum neceſſariæ: Secretarius, Frater Operarius vel ſervus ſæcularis, item qui fercula aliqua præparare nôrit. Auriga ad rhedulam & alter ad currum.

135. Cum autem Viſitationum tempore in aliquibus domibus iiſque paucis pagi vel villulæ luſtrari, res œconomica ac regeſtra examinari omnino debeant, Provincialis intimata Viſitatione, adlectoque interim ex Communitate quam viſitat Viro idoneo, domum viſitet & ſcrutinia perſonarum expediat, Secretarium verò ex Commiſſione ſua, pro biduo triduove plus minus, ad pagi vel villæ luſtrationem mandet, ſuis equis & rhedula.

136. Pro tot itaque equis & perſonis expenſæ legitimæ ſunto. Item pro Reſidentia Provinciali, pro qua res omnes comparatæ debent Succeſſori relinqui cum ſuo inventario.

137. Aliæ expenſæ Provincialium ſunt: ſubſidia Romana, ut ſupra, poſta, cauſæ & negotia Provinciæ, ſubſidia etiam aliquando domorum ac perſonarum è Noſtris, Commiſſariorum expeditiones, ſeu quorumcunque pro re Provinciæ. Conſervatio & auctio librorum Provinciæ pro ſtudiis noſtrorum coemptorum & coemendorum, in Convocationibus ad Conſilia, Aſſiſtentium & Conſultorum ſuſtentatio, ſeu pro eis ſolutio, multæque aliæ dum juſtæ ſint, ſervatisq; ſervandis & clarè expenſorum regeſtris inſerantur.

138. Mos utilis & laudabilis mittendi aliquem è noſtris in Jtaliam Provincialibus

cialibus expenſis, ſi modus adeſt, Provincialibus commendatur, dum exacte ſolvenda perſolvant

139 Jam quamvis bene mediocre, ſuffecerit tamen hucuſque juſtis expenſis Provinciale ærariolum, neceſſarium eſt, ut Viſitationes eorum quod attinet ad domorum expenſas definiantur. Ordinamus itaque in perpetuum, ut in domo Nov tiatus, quatuor, vel quinque cum illum præſens ipſe viſitat, in Domibus ſtudiorum ac Profeſſoriorũ duas vel tres, in aliis domibus duas, in pauperioribus unã, Septimanas; in Reſidentiis dies aliquot Viſitatio Provincialis nunquam excedat, eoque duntaxat tempore Provinciales cum perſonis, equisque ad eos pertinentibus ſuſtententur, his vero diebus finitis aut diſcedant, aut quod juſtum eſt in diem Rectori ſolvant, aut ſe ipſos ſuſtentent; qua de re Rectores, ſive per ſe ipſos, ſive per Viſitatoris Secretarios, ſive per aliquem ex Communitate, Provincialem debita cum modeſtia præmonendi omnem habeant libertatem.

140 Men a ſit in communi ſemper Viſitationis tempore pro Provinciali & Secretario, nec ultra communes portiones, unquam plus duobus tribusvè ferculis augeatur. Cætera videantur de Rectoribus. Aurigæ in officio contineantur, ne ullam penitùs Rectori, aut aliis moleſtiam afferant. Hybernis menſibus, ſeu extra Viſitationum tempus, Provincialis in ſua reſidentia ſe, ſuos, equosq; ſuſtentet, recepto, quod illi à Domo Gorenſi, à Summa ex Studzianki levanda & locanda, ut ſupra, debebitur

141 Extra viſitationes nulla domus alia, quocunque alio tempore Provincialem ſuſtentare obligatur, nec prætextu humanitatis Rectores domorum, qui earum non ſunt domini, excuſare expenſas poſſint.

## §. V.

## *Congregatio Provincialis & vota deciſiva ejuſdem.*

142. CONſtitutiones noſtræ obligant Patres Provinciales, resque ipſa & ratio exigit, nihil ut abſque conſilio in majoribus præſertim negotiis agãt. Eædem in majoribus negotiis votum deciſivum, in minoribus verò votum conſultivum Aſſiſtentibus tribuunt; quæ res adeò neceſſaria, ut faciliùs ad executionem deducatur, præſcriptâ jam Aſſiſtentium & Conſultorum electione, hoc inſuper auctoritate Viſitationis Apoſtolicæ in perpetuum ſtatuimus: ut Aſſiſtentes duo, unusque Conſultor, vel ſi Aſſiſtens Viſitationum Provincialium Comes eſt, unus Aſſiſtens & duo Conſultores nunquam alibi, quam in Varſavienſibus Collegiis maneant, ut facile convocari aut convenire poſſint, nec unquam aliter de eorum perſonis à Provincialibus diſponatur.

143. Cum verò hæ duæ Domus Varſavienſes, aliquem ex Conſiſtorio Provinciali ſuſtentare debeant, Capitulum verò Generale Anni 1718 declaraverit eas domos ab Exprovincialibus pro eorum Reſidentia non poſſe eligi, quæ ab antiquioribus Ex-Provincialibus electæ fuerunt, proinde declaramus domos has ob

D2 camdem

http://rcin.org.pl

eandem rationem ab Ex-Provincialibus non poſſe pro ſua Reſidentia eligi, ex eo, quod jam eæ aliquem ex Conſiſtorio Provinciali per legem præſentem pro bono regimine Provinciæ gratis ſuſtentare teneantur. Provincialis, Aſſiſtentes, & Conſultores manſuros Varſaviæ, poterit deſignare Pœnitentiarios, Concionatores, Thliæ vel Phliæ Profeſſores, PP. Spirituales, etiam cum ſuffragio ſuæ Congregationis, Vice Rectores, ut onus eorum ſuſtentandorum levius reddatur Domibus.

144. Ex omnibus domibus abscnte Varſavia Patre Provinciali ad Congregationem Provincialem, ſeu ad aliquem ex his tribus, ſive de domorum, ſive de particularibus negotiis Rectores & alij, quoties neceſſitas poſtulaverit, viſumque fuerit, ſcribant: hæc Congregatio authoritatem abſentis Provincialis repræſentabit.

145. Provincialis verò abſens committet Congregationi, ut reſolvat, vel decidat res, quæ differri nullo modo poſſunt, aut ſuſpendi negotia, quæ differri poſſunt ad ſuum adventum.

146. Die Lunæ & die Veneris mane horâ nonâ ſemper conveniant, & ſi nihil ad conferendum habuerint, Seſſionem ſolvant: Si ex commiſſione Provincialis gravius aliquid tractandum receperint, etiam præter ſupradictos dies conveniant. Primus verò Aſſiſtens eis ſemper & ordinarias & extraordinarias Congregationes ſignificabit.

147. Provincialis verò cum in anno liberum ab aliis Viſitationibus tempus habebit, Congregationes ſuas ijſdem, atque etiam pluribus in ſeptimana diebus celebrabit, menſe nimirum Julio, cum ad di poſitionem Provinciæ in futurum annum faciendam adveniet, & hyberno tempore tot menſibus, quot à Viſitatione domorum vacabit, quo tempore vel ad ſuam Reſidentiam Gorenſem eos transportabit, vel ipſe Varſaviam adibit.

148. Si verò Varſaviæ hæc, quæ ſui muneris ſunt, cum ijs peragere volet, intelligitur ad nullam vel minimam pro equis aut famulis ad eum pertinentibus expenſam Rectores Varſavienſes ullo modo teneri, nec extra Viſitationis tempus ad ſuſtentationem, niſi Perſonarum ex Congregatione Provinciali in ſua Communitate manentium.

149. Aliis verò temporibus, cum abſens a ſua Congregatione Provincialis erit, in ijs rebus quæ voto deciſivo Aſſiſtentium egent decidendis, ſi differri poſſunt ad ſuum adventum Varſaviam, deciſionem differat; ſi ob urgentem neceſſitatem differri nequeunt, ſententias Congregationis ſuæ per Epiſtolas requirat; ac deinde talium rerum quæ voto deciſivo Congregationis egebant, factas à ſe juxta vota in ſcripto deciſiones Congregationi inſcribendas mandet, ſemperque in rebus ſuffragio deciſivo Congregationis indigentibus, vel omnium vota, vel pluralitatem ſequatur, in qua & ille ſuo uno voto gaudebit.

150. Libri actorum Congregationis ſeu Congregationum celebratarum ſeparati ſint, in quibus ſingularum Congregationum acta quovis die inſcribantur à Secretario Congregationis, uno ex Congregatione à Provinciali & Congregatione eligendo.

151. Reſultata omnia Congregationis hujus, quæ præſente Patre Provinciali

facta

http://rcin.org.pl

facta fuerint, antequam mittantur, expediantur, aut publicentur, in Congregatione legantur.

152. Reſultata omnia in rebus voto deciſivo Congregationis egentibus, ſi requiſitis duntaxat per Epiſtolas, datisque Aſſiſtentium & Conſultorum ſuffragiis abſente Provinciali fient, à Secretario, uno ex Congregatione, viæ ejus comite ſubſcribantur, qui pluralitatem totius Congregationis etiam disjunctæ omnino obſervet; nec ſine tali Provincialis ac Secretarii ſubſcriptione, quidquam emanet.

153. Quot votis res aliqua præſertim gravior deciſa fuerit, expreſsè ſemper actis Congregationis inſcribatur. Nec unquam Provincialis in majoribus negotiis, & vota deciſiva, & votorum pluralitatem prætereat.

154. Si caſus aliquis unquam (quod non ſperatur) & Apoſtolicis Conſtitutionibus, & præſenti noſtræ Ordinationi contrarius evenerit, Aſſiſtentes & Conſultores, ſeu quicunque ex illis, res ejusmodi quæ eſſent, non requiſitis votis, aut non obſervata votorum pluralitate, à Provinciali deciſæ, connotent, ut Provincialis coram futuro Provinciali & Commiſſariis, ut ſuprà, ad recipiendas ab eo rationes adminiſtratæ Provinciæ electis, de culpa non requiſitorum votorum, vel non obſervatæ pluralitatis, respondeat.

155. Jam, ut de majorum negotiorum, quæ votum deciſivum Congregationis omnino exigunt, natura faciliùs conſtet, atque ut à minoribus negotiis, quæ conſultivo duntaxat voto indigent, diſcriminentur; Patrum Seniorum conſiliis & ſententiis, hac in re obſecundando, quædam hoc loci majora negotia, quæ neceſſitati voti Congregationis deciſivi omnino ſubſunt, determinanda duximus, & in perpetuum determinamus. Sunt itaque hæc majora negotia:

156. Poſt demortuos Rectores, Aſſiſtentes, Conſultores Provinciæ, Magiſtros Novitiorum, ſpatiô inter duo Capitula Provincialia, mitti ſolent Romam ad P. Generalem Candidati, ſeu Perſonæ, quæ in locum demortuorum ſuccedant. Harum Perſonarum ſeu Candidatorum delectus, antequam Romam mittatur, voto deciſivo Congregationis ſubeſt. Eidem ſubeſt electio Vice-Provincialis, dum Romam Provincialis diſceſſurus eſt, item Vice-Rectorum omnium, Superiorum omnium Reſidentiarum, Procuratoris Lublinenſis creatio. Jtem in caſum mortis Procuratoris ærarioli Provinciæ, Subſtituti ad proximum Capitulum delectus. Jtem delectus Regentis Łucovienſis. Jtem delectus Juvenum noſtrorum pro Studiis ad exteras nationes, ſive ex fundatione Patrum Antonii Konarſki à S. Kunegunde & Samuelis Wyſocki à S. Floriano Aſſiſtentum Provincialium, (de qua alibi) ſive alio modo mittendorum. Jn his omnibus Provincialis, jure ſuo Perſonas proponat, & de idoneis pluralitate votorum decidat.

157. Fundationes omnes novæ, ſive plenæ illæ ſtatim offerantur, ſive minoribus principiis, in novum intratur locum, earum acceptatio & conditiones à voto deciſivo Congregationis pendebunt.

158. Uti & approbationes, pro quibus ad Provincialem Domus recurrunt, ut localia domorum Capitula confirmet, quæ de bonis, aut Summis acceptandis cũ onere, levandis, locandis, transferendis, permutandis, impendendis, concedendis, vel quovis aliô modô habendis, celebrata pro more ſunt.



http://rcin.org.pl

159. Si præter ordinarias expenſas abſolutè neceſſarias, munerique Provincialis indiſpenſabiliter alligatas, quascunque expenſas alias, etiam perutiles, ex æerariolo Provinciali P. Provincialis vult facere, ut domos in aliquo juvare, pro Studiis extra Patriam peculio Provinciæ mittere; Summā, ſi quæ collecta, eſt locare, pro ea aliquid in bonis mobilibus vel immobilibus acquirere, ædificare aliquid, & ſimiles expenſæ, quæ ærariolo Provinciali non ſunt indiſpenſabiles, voto deciſivo egent.

160. Si debitum ſuper ærariolum Provinciale Provincialis vult contrahere, quod excedat quantitatem viginti aureorum, id ſine voto deciſivo Congregationis non faciat; quod intelligendum eſt, de quibuscunque debitis, etiam minutim contrahendis, quæ in unum collecta prædictam viginti aureorum pecuniam excederent.

161. Jn cauſis criminalibus votum deciſivum Judicum criminalium à Capitulo Generali juſſorum, & Congregationis Provincialis requiritur. In pœnis relaxandis per anteriora Decreta latis, in facultatibus promovendorum ad ordines eorum, qui ob pænam, à præteritis Provincialibus arcebantur; Cum de abbreviando alicui ex graviſſimis cauſis probationis biennii tempore, vel in cauſis de tranſitu ad aliam Provinciam aut Ordinem, ad P. Generalem ſcribitur: in his votum Congregationis Provincialis quæri oportet.

162. Cum contributio aliqua extraordinaria, quæ ad Capitulum differri nullô modô, ut dictum, poſſet, ut pro ſtudiis noſtrorum juvandis, pro cauſis extraordinariis, ſive Romæ, ſive in Regno, neceſſaria eſſe videbitur, item in ſuſcipiendis extraordinariis & magnis Miſſarum ſuper domos oneribus, nibil ſine voto deciſivo Congregationis fiat.

163. Si pro aliquo conſilio, Convocatio Rectorum, graviorumque Patrum, Provinciali videatur neceſſaria. Si Commiſſiones & Commiſſarios in Domorum negotiis & cauſis expedit. Si Viſitationes Domorum aliquarum, idque rariſſimè per delegatos à ſe Viſitatores peragendas judicat. Si ſtudia noſtrorum ex loco in locū transportat. Si non Romà miſſas, ſed ſuas aliquas novas ordinationes, ac Cyclicas, pro interno Domorum vel Provinciæ regimine expedit, voto deciſivo eget. Ex ſupradictis, eorumque ſimilibus patet, quæ in ordine majorum Provinciæ negotiorum, naturâ ſuâ poni debeant, & non decidi, ſine deciſivo Congregationis Provincialis voto.

164. Jam votum Congregationis conſultivum in diſpoſitionibus Perſonarum per Domos, earumque mutationibus, in puniendis delictis, in relaxandis pœnis minoribus, in diſpenſando à Schola vel Officio infirmos, in concedendo longiore itinere, vel abſentia à Domo, in litibus ſedandis, in Miſſis applicandis, in reſolvendis, pro quibus ad Provincialem recurritur, difficultatibus, propoſitionibus, dubiis, petitionibus, & millenis ſimilibus alicujus momenti negotiis, ut Provinciales ſequantur; & Conſtitutiones Pontificum, & noſtræ volunt.

165. Cæterùm cum præſumatur poſſe accidere, quamvis rariſſimè, gravius negotium, adeoque urgens, ut Congregationis vota deciſiva expectari non poſſint,

ſtatimque

ſtatimque res reſolvi debeat, ſecùs damnum emergeret: in tali caſu, qui re vera talis omnino eſſet, nec ullo modo differri poſſet, abſque evidente certiſſimoque majore detrimento, Provincialis à ſua Congregatione remotus, ſi per literas, ſententias, & vota ab ea habere poteſt, Aſſiſtentibus & Conſultoribus ſcribat; ſi non poteſt, pro prudentia, captoque cum propioribus conſilio, reſolvat, quod reſolvendum eſt; differat, quod differri poteſt; à ſe verò; eo in caſu reſoluta, Congregationi ſuæ cum rationibus, ob quas id fecit, mandet, aut referat, ut Actis Congregationis id inſcribatur.

166. Nè tamen id Provinciali prætextu ſit, abſque voto deciſivo Congregationis majora peragendi negotia, videat, ut Congregatio ipſa juſtè ac neceſſariò eum ita egiſſe rite convincatur; ſecùs Commiſſariis ad recipiendas ab eo rationes in futuro Capitulo eligendis reſpondeat, cum talia negotia magna, quæ differri nullô modò poſſint, vix unquam, ac ne vix quidem, dari valeant.

167. Praxis denique ipſa uſuſque in quavis Congregatione Provinciali expetendorum Votorum, talis ſit. Proponatur,quod proponendum eſt,à Provinciali; vel eo abſente à primo Aſſiſtente,dicantur breviter opiniones,& ſententiæ:ſi cōcordant, res per ſe decidenda patet: Si diverſa ſit ſententia vel unius è Congregatione, abſq; ulla mora,propoſitio cum interrogatione diſtincta & clara, una quavis de re ſeu Cathegoria, quarum plures ſimul in eodem negotio reperiri poſſunt, brevibûs verbîs conſcribatur, & fabæ ſeu calculi pro negativa vel affirmativa ſententia diſtribuantur; ac in urna, ſecreto à ſingulis deponantur. Quilibet autem ex Congregatione calculos petendi plenam ſemper libertatem habeat, nec recuſari poſſint.

## §. VI.

## *De ordine annorum in Studiis Noſtrorum, Scholis, & regimine Domorum, ſervando.*

Ab hoc ordine debita totius Provinciæ interna atque externa pendet adminiſtratio. Ac imprimis, quoniam in Congregatione noſtra ſtatutum fuerat, ut non prius quam vigeſimò octavò ætatis Annô, ob graviſſimas rationes, Scholis docendis noſtri admoverentur; cumque Sanctio hæc quantumvis ſancta, ob perſonarum penuriam fere executioni demandari non potuerit; quamobrem, nè ſaltem admodum juvenes & inexperti ad Scholas docendas applicentur, auctoritate Viſitationis Apoſtolicæ, ſequentia eo fine in perpetuum ordinamus, præſcribimus, & præcipimus.

168. Primò nimirùm, ut nullus è noſtris rectâ è Novitiatu, ſemper biennali, ſine Profeſſorio ad Scholas etiam quaſcunque infimas docendas admoveatur, ſed omnino ſaltem trienniô, noviter Profeſſi, per Profeſſoria tranſeant, Rhetoricæ, in qua methodus docendi ijs tradatur, deinde Philoſophiæ, etiam illi qui eam ante ingreſſum Congregationis noſtræ audierint, propter neceſſarium & his Profeſſo-

http://rcin.org.pl

ſeſſorium, indiſpenſabiliter poſt Novitiatum vacent, neque ullus Profeſſus, non abſoluto Profeſſorii & Philoſophiæ curſu, ad ullas Scholas docendas applicetur. Qui primò annò Philoſophiæ, non idoneus ad Scientias detegeretur, poterit Provincialis judiciò, ad docendam inferiorem Scholam applicari. Jd veró P. Provincialis arbitrio relinquitur; ſi in Domo Probationis, aliquem noviter Profeſſum, Scholæ admovendum judicaverit, quod tamen raro fiat, multò minùs cum Novitiis, id quod directè eſt contrarium biennali Novitiatui.

169. Poſt Studium Philoſophicum, ſi Provinciæ neceſſitas contrarium nō exigat, perutile cenſendum eſt, ut juvenes rectà ad Theologiam audiendam mandentur. Jta octo cum Probationis tempore annis, continuo educata, & Studiis abſolutis, formata Juventus noſtra, magis longè idonea ad Scholas quasvis docendas accederet.

170. Quoties itaque id fieri poterit, Provincialium curæ erit, ut à Philoſophico Studio, ad Theologicum mox noſtri applicentur, & ſi quandoque omnes Philoſophiæ auditores ad diſcendam mox Theologiam mandari non poterunt, ſaltem aliqui, ſi commodum erit Provinciæ, alijque Magiſtri ſuppetent, deligantur, ut non interrupto Studiorum curſu, mox poſt Philoſophiam, Theologiæ vacent.

171. Nihilominùs, cum Magiſtrorum paucitas rem hanc optimam in executione, præſertim principiô, paulò difficilem reddat, id quidem pro perpetuis temporibus Seniorum Patrum conſiliò conſtituimus, ut à Studio Philoſophico ad Theologicum, tres anni, non plures unquam intercedant, quibus illi, qui ex Studio Philoſophico egredientur, Scholas inferiores, à prima ad Syntaxim incluſivè vel excluſivè prout Provinciali libuerit, doceant, tum tertiò annô magiſterii finitô, ad Theologiam diſcendam, cuncti idonei promoveantur. Jta nulli locus conquerendi, Theologiam ſibi retardari, relinquetur, & Studia ac Magiſteria, optimo ordine in Provincia procedent.

172. Circa ordinem tamen promovendorum ad Theologiam id neceſſariò obſervandum venit, ut Domus alendis Theologiæ alumnis ſufficiat. Quare ſive aliqui rectà è Philoſophia, ſive alii expleto poſt Philoſophiam Magiſterii trienniò ad Theologiam deſtinandi ſint, ſi talium ad Theologiam Candidatorum major ſit numerus, quàm in Domo ad Theologicum ſtudium deſignata, ſuſtentari poſſint, tum alii minùs ad Speculativam proclives, ſecernentur, & ad vacandum Theologiæ Morali, in aliam Domum mandabuntur, ut *Chełmam*, *Varenzum*, vel *Radomiam*.

173. Jmprimis verò ad delectum hunc faciendum inſervient ſolita annua de iis judicia, quæ in Philoſophia à ſuis Profeſſoribus & Examinatoribus promeriti fuerint. Quæ judicia clara ſint, præſertim in his punctis, ſi hic vel ille bonorum ſit morum? ſi pietate & obſervantia Regulæ commendabilis? ſi apto, aptiore, vel aptiſſimo, aut minùs apto ad altiores Scientias ingenio? ſique diligens, aut negligens eſſe à Profeſſore judicetur; & talia jurata judicia pro conſcientia PP. Profeſſores Philoſophiæ, Patri Provinciali, utroque anno Studii Philoſophici mittent, quæ in unum librum Matriculæ tranſcribentur, ut Provincialibus

futu-

http://rcin.org.pl

futuris, lumini eſſe poſſint, qui è noſtris juvenibus, ſuis temporibus ad Speculativam, qui ad Moralem Theologiam applicandi ſint.

174. Examinatorum itidem Teſtimonia conſerventur, ut ex iis ingeniorum aptitudo meliùs eluceat. Examen verò pro Secundi anni Philoſophis, primis Menſis Maji diebus, ſemper fiet, ad quod examinandi munus, vel ex Domeſtica vel ex propiore Communitate Perſonas ſeligendas, vel Superiores Domûs, P. Provincialis in Menſe Martio deſignabit: Rectorque Domûs, ubi Studium Philoſophicum erit, id P. Provinciali per literas, tempeſtivè commemorabit. Ex his facilè ad ingeniorum cognitionem devenietur,& decidetur,qui ad alterutram Theologiam ſuo tempore mittendi erunt.

175. Provinciales verò, nec importunis commendationibus, nec privatis juvenum rationibus, ſed teſtimoniis ſcriptis ac juratis, ſolique utilitati Provinciæ hac in parte pro conſcientia & juſtitia deferent: ineptum eſt enim, ſumptum & tempus pro tot diſcipulis Speculativæ Theologiæ perdere, qui idonei nunquam erunt, ut Eccleſiæ, Patriæ, Ordini, ac ſibi ſpeculativis ſcientiis proſint.

176. Abuſum itaque hunc Provinciales, eorumque Congregatio tollere curabunt, omnes nimirum etiam minùs ſeu minimè aptos ad Speculativa, ut fuit, promovendi.

177. Theologia certè moralis æquè neceſſaria eſt Eccleſiæ, ac Congregationi, magis verò multis convenit: qui, ſi in ea bene profecerint, & magno animabus adjumento, & nobis, & ſibi, honori eſſe ſemper poterunt. Imò Morali Theologiâ auditâ, ſi aliquorum ingenia excitari hoc Studio, Teſtimoniô Profeſſorum ac Examinatorum, Provinciales animadverterint, tales ad ſpeculativam etiã Theologiam, transferri poterunt. Sed ut in Eccleſia non omnes ſunt Doctores & Prophetæ, ita Provincia non requirit,nec eget, ut omnes ſint Speculativæ Theologiæ gnari, aut Profeſſores. Adeoque iis, qui Morali Theologiæ tantùm ſtuduerint, nihil id penitus detrahet, nec quidquam eorum merito ac exiſtimationi ad quoscunque in ordine gradus derogabit. Interea Theologica Studia, in Theologiam Speculativam & Moralem diviſa, faciliùs Domus ſuſtentare, & citiùs Studia juvenum, abſolvi poterunt. Theologiæ Speculativæ Anni tres, Morali unus, vel duo, infrà præſcribentur. Pro Studio Principiorum Mathematicorum ad Collegium Nobilium Varſaviam, è noſtris delecti mandabuntur, ſed ſemper, vel finita Philoſophia, non ante triennale Profeſſorium terminatum, vel finita Theologia. Talibus verò Matheſeos Auditoribus, cum ſimul Subpræfecti juvenum futuri ſint, anni, quos in educandis Nobilibus Juvenibus in Collegio Nobilium inſumpſerint (ut infra dicetur) pro annis inter 18 Scholæ annos numerandis,computabuntur, ſi PP. Scrutatorum bona Teſtimonia ſuæ applicationis in utroque munere, nimirum Studio ſuo, & vigilantia, unà cũ pietate & exemplaribus moribus juncta obtinuerint.

178. Hactenus de Ordine annorum in Studiis noſtrorum. Jam ſequitur de eodem in Scholis,& in Concionatorum munere. Cum etenim Profeſſio Inſtituti noſtri, votumque Solenne ſit Scholas docere, cumq; ob inordinatam è Scholis ad Of-



http://rcin.org.pl

ficia alia tranſlationem, ſumma Magiſtrorum penuria, ut experientiâ conſtitit, perſæpe laboretur, otioſisque Perſonis, ocyùs, quaſi terminatô Scholarum curriculo, feriantibus, Domus graventur; ut & his malis efficaciter obvietur, & Inſtituto Scholarum Piarum, ut par eſt, ſatisfiat, ac provideatur, proinde, qui ante Theologiam tres annos non docuerint, poſt Theologiam ad minus Annos 18 qui vero jam ante Theologiam tres annos docuerunt, jam poſt abſolutam Theologiam ad minus annos quindecem Scholas continuo docebunt, ita ut eos Provincialis, etiam cum ſua Congregatione, à complendo hoc annorum Scholaſticorum numero, (præterquam à duobus ut infra erit annis, & præter ſequentibus punctis indigitata) diſpenſare non poſſit.

179. Quamvis verò intelligitur eos omnes, qui octodecem annis docuerint, nullum jus ſibi contra votum docendi, & Obedientiæ acquiſiviſſe, ut ampliús ad docendas Scholas præter ſupradictos annos obſtricti non ſint, imò verò ad Profeſſionem docendi, totâ vitâ exequendam omnes æquè, juxta Superiorum voluntatem & diſpoſitionem, ex voto tenemur, ita ut nullum noſtrum etiam poſt plurimos annos, à munere Scholam docendi ſe excuſare deceat & liceat: Cum videamus in aliis Provinciis multos noſtrorum, homines æſtimatiſſimos viginti, triginta, & amplius annis, Scholas docere:

180. Nihilominùs, pro iis qui annos 18. vel cum diſpenſatione 16 diligenter docuerint, declaramus, eos tum eſſe Muniorum extra Scholas, ſeu incompatibilium cum Scholis, & omnium in Provincia Magiſtratuum capaces, atque iiſdem, (niſi vera ob paucitatem noſtrorum Provinciæ neceſſitas ex judicio P. Provincialis ac Congregationis Provincialis aliter exegerit, vel niſi Perſonæ non exiſtimantur idoneæ,) eſſe admovendos. Jtaq; declaratur duntaxat, quod annis octodecem ob Inſtituti & Provinciæ rationes, nullus minùs docere debeat, antequam Officiis aliis admoveatur. Si tamen Provincia commodum omnino Perſonarum numerum pro Scholis habuerit, nec neceſſitas aliud ac penuria Profeſſorum juberet, tum ij qui 18. annis Scholas docuerunt, ab iis docendis poſſint eſſe liberi.

181. Jn duobus autem ultimis ex octodecem annis, ſi vera neceſſitas exegerit, Provincialis cum Congregatione ſua diſpenſare poſſit.

182. Tali modô uti è Novitiatu & Profeſſoriis, ante finitũ, ut par eſt ſtudiorum curriculum, Juvenes Noſtri, adhuc omnino imperfecti Magiſtri, ad docendas Scholas non abſtrahentur, ita nec alii ad Officia, gradusque Superiorũ, ſeſe immaturi proripient.

183. Quare, qui ante Theologiam, ut dictum eſt, trienniô Scholas inferiores excluſivè ad Poeſim ſive Humanitatis Scholam docuerint, cum iis, poſt Theologiam ordinariè à Grammatica, Syntaxi, vel rariſſimè à Schola Humanitatis incipiendum erit, imò verò ſi Provincialis animadverteret, eam neceſſitatem, ut niſi à Studio Philoſophico, vel à Profeſſorio, aliquis avellatur, Schola aliqua Grammatices, vel inferior, Magiſtrum non haberet, tum potiùs omnino aliquem etiam poſt abſolutam Theologiam ad docendas Scholas inferiores deſtinet, quàm à ſtudio Philoſophico vel Profeſſorio, quemcunque abſtrahat.

184.

http://rcin.org.pl

184. Jam ſi noſtri Juvenes, rectè è Philoſophia ad Theologiam promoverentur, ii poſt finitam Theologiam, primò ad infimas quasvis docendas Scholas, ut ab iis incipiant, mandabuntur. Cum & neceſſitas Congregationis id exigat, ut non deſint infimarum Scholarum Præceptores, & votum docendi, præcipuè nos ad pueros, à primis literis erudiendos obliget, & horum, quibus rectà à Philoſophia ad Theologiam tranſeundi favor concedetur, melior non debet eſſe conditio, quàm eorum, qui è philoſophico Studio, Scholis docendis, admoverentur.

185. Jn minoribus Scholis docendis uti Parva, Infima, Grammatice, annis aliquot pro neceſſitate Provinciæ, Juniores Noſtri detineantur, hæ enim quàm Superiores, pluribus ordinariè egent Magiſtris, ſecùs gravi eorum laboraretur penuria. Qua in re, Provincialis imprimis videat, quid Provinciæ expediet.

186. Si quid verò propius ad ruinam Inſtituti Congregationisque noſtræ ab hoſte generis humani inveniri poteſt, eſt illa certe opinio, quâ neſcio, quid majoris meriti de Ordine & Provincia ſibi non nulli attribuunt, qui majores Scholas, præ iis, qui minores docent. Honor externus Perſonæ, eſt certè aliquis, docere Scholas majores vel ſcientias, qui ſi ambitiosè depereatur, vanus revera eſt. Sed quod ad Profeſſionem Noſtram exercendam attinet, meritum profectò nullum majus eſt ſcholam altiorem potiùs quàm inferiorem docere. Si non etiam majoris ſit apud Deum, & apud homines prudentes, & æquos meriti; diligentiſſimè, & cum tanto incommodo ac humilitate, homini docto laborare in erudiendis puerulis, quàm quævis ſublimia cum aliis pertractare. Quamvis ergo re ipſa id ita ſit, Patres nihilominus Seniores, causâ utilitatis publicæ à nobis declarari voluerunt, uti in ſundamento omnis juſtitiæ, unanimique Congregationis & Provinciæ noſtræ ſenſu, libenter declaramus: æqualis omnino in Provincia Inſtitutoque noſtro eſſe meriti, ſeu infimas, ſeu quaſcunque altiores exercere Scholas, dum diligenter, atque ex voto exerceantur; reprehendendamque plurimùm à Superioribus eſſe vanitatem illorum, qui potius proprio, quàm Inſtituti, bonique publici amore, altiora procurentur Magiſteria, ad quæ, eos, dum idonei ſint, Superiores, ipſaque Provinciæ neceſſitas proculdubio vel non quærentes, advocabit: illi verò, religiosè, laudabiliter, honorificè, prudenterque agere cenſendi ſunt, quibus res indifferens eſt, quacunque in Schola, de Ordine, Provincia, Patria, proximoque bene mereri.

187. Adeoque & qui majores quascunque Scientias, & qui vel infimas tantùm Claſſes, utrique diligenter ac laudabiliter docuerint, ſi prudentia, aliisque neceſſariis ad regendum dotibus, ſint præditi, æquè omnino ad regendas Domos ac Provinciam admovendos eſſe, ac tantundem meriti, hos & illos, ad Magiſtrátus afferre. His principiis, hocque recto de rebus judicio dum Noſtratium ſinguli regentur, ad quod eos in Domino, quantum poſſumus cohortamur, res bono ordine cunctis volentibus current; optimis Provincia abundabit Magiſtris, Scholæ Inſtitumque florebit, non juvenili deſiderio, ad altiores Scholas ſe ſe quovis anno promovendi, ſed rationibus Provinciæ, ac juſtitiæ, diſpoſitiones Perſonarum, facilè accomodabuntur, cunctique iis erunt contenti.



http://rcin.org.pl

188. Interdictis itaque, eliminatis, ſublatisque penitús apud noſtros de Schola in Scholam aſcendendi, non tam gradibus, quàm ambitu, atque his imaginariis meritis, ac relicta, ut par eſt, & decet pro modo Perſonarum, & Provinciæ commmodo, Provincialibus abſoluta diſpoſitione, illi videant, qui Scholæ cui aptiores, & neceſſarii ſint.

189. In mutandis tamen ad ſuperiores Scholas docendas, hic ordo ſolitus ſervetur. Propior ſit docendæ ſuperiori Scholæ, qui diutiùs inferiorem docuerit, niſi ille, qui diutiús inferiorem docuit, minùs aptus ſit ad ſuperiorem docendam, Provincialis judició. Si æquali tempore inferiores Scholas duo, vel plures docuerint, & æquè apti ſint ad ſuperiorem docendam, Provincialis deciſioni ac diſpoſitioni delectus neceſſarió ſubſit.

190. Ordine Scholæ, quò ad fieri poteſt, docendæ, & vel maximè idonei ab infima ad Syntaxim non ſaliant, ſic de aliis.

191. Locorum ſeu Collegiorum deſtinatio pro quolibet, penitùs à Provinciali ejuſque judicio pendet, quem cui loco expedire magis judicaverit. Nec qui *Varſaviæ* aut loco celebriore docuerit, ut eandem ſeu quamvis Scholam alibi doceat, officiumvè gerat, ſe ſe ullo modo excuſare poteſt.

192. Quod ſi etiam vel ex aliqua indiſpenſabili neceſſitate, juſtaque cauſa, vel forte ob pœnam aliquis inferiorem Scholam, anno ſequente docere jubeatur, quam docuerat præteritîs, Provincialis arbitrio id ſubſit, qui tamen videat, ut legitimis id de cauſis faciat.

193. Perquam utile Inſtituto ac Reipublicæ erit, ut in ea Schola quâm diutiùs fieri poteſt, docenda, iidem exerceantur, ad quam aptiores eſſe videntur. idque tam in Grammatices, quàm in Superioribus Scholis, Rhetorica præſertim Philoſophia ac Theologia; hoc modo excellentes eminentesque in arte Magiſtros haberet Provincia.

194. Si Provinciali videbuntur aliqui majorem ad ſcientias inclinationem & aptitudinem habere, tales ejus judicio, etiam mox abſoluta Theologia ad ſcientias tradendas admovendi, hacque in re indoles cujuslibet à Provinciali unicè obſervanda eſt, ut qui ad lingvam latinam docendam, qui ad humaniora, aptiores ſint, etiam ſemper in iis teneantur, qui ad ſcientias, vel mox à Theologia ad eas applicentur; qui ad concionandum, muneri huic pro pluribus annis, pro ſuo quisque modo, admoveantur.

195. Qui ad præſtantiſſimum Concionatorum munus animum & dotes neceſſarias ac *ſingulares* habere videbuntur, abſoluta Theologia traditaque trienniô vel bienniô, vel ſaltem unô annô Rhetorice, à Provinciali ad concionandi ordinarium munus applicari poterunt, & tantundem illis reputabitur, ut ſi Scholas quascunque docerent.

196. Sed nè id numerum Magiſtrorum ac Profeſſorum cum incommodo Provinciæ diminuat, raró & non niſi ſingulariſſimum donum Concionandi evidenter habentibus id concedendum eſt, & tum duntaxat, cum inde major animarum fructus, ac Ordinis decus, certiſſimè animadverterentur.

197.

http://rcin.org.pl

197. Ordinarii Concionatores, annîs Scholarum novem, octo, vel ſeptem abſolutis, deligentur, vel in gravi neceſſitate, illi aſſumentur ad Sacras Cathedras, qui aliis plures jam annos Scholas docuerint, ſuppoſita ſemper, ut par eſt, majore inter eos ad hoc munus aptitudine. Quoniam verò Concionatorio munere ſupplent numerum annorum Scholæ; quam diu proinde ad annum 18, & Scholæ, quam docuerunt,& concionatorii muneris,quod exercent, non pervenerint, ut de Magiſtris & Profeſſoribus, ita de Concionatoribus ſingulis annis expedientur jurata Teſtimonia ab ijſdem,qui & de Profeſſoribus teſtimonia ferunt, Scrutatoribus, & ſub eodem actu, ne quorumvis Profeſſorum non æqua ratio haberi videatur. Teſtimonia verò hæc de Concionatoribus in his conſiſtent: ſi bono exemplo & moribus præluxerunt, ſi diebus aſſignatis ſemper ſint concionati,& ſi ſolidos, bene paratos,nec perperam factos, cum fructu & ædificatione animarum,ſermones habuerunt.

198. Præfectorum in Collegio Nobilium, Vice Præfecti, & Magiſtrorum ibidem quamcunque artium diſciplinam totô annô docentium munus, omni jure pro annis Scholaſticis, computatur, præviîs ut de Magiſtris Scholarum, juratîs PP. Scrutarorum diligentiæ Teſtimoniîs.

199. Jn duobus annis poſtremis, ii præſertim arbitrio P Provincialis diſpenſari poterunt, qui Præfecturam Scholarum cum munere Profeſſoris vel Concionatoris pluribus annis geſſerunt.

200. Quod ſi aucto commodè Perſonarum numero, Præfecti Scholarum in Provincia, ſeparati ab omnibus aliis officiis & Magiſteriis erunt, & ad inſtar Collegii novi Romæ, ſolam Præfecturam gerent, à ſummo mane nimirum ante Scholas matutinas, ad dimiſſionem Juvenum poſt veſpertinas Scholas, continuò omnibus Scholis invigilando; & munus ſuum (prout in Paragrapho de Præfectis Scholarum erit) perpetuò Scholis præſentes exercendo,tum talis Præfectura & juſtiſſimè quidem pro annis Scholaſticis computabitur.

201. Jlli item, qui ex obedientia ad docendos extrà Magnatum Filios, quod per quam rariſſimè concedendum eſt, deſtinarentur, quamvis pro ſæcularium notitia ſuperiùs præſcriptum ſit, ut finitô duntaxat decimô octavô Scholæ annô deſtinari poſſint, hæcque lex majorem in modum obſervanda ſit, tamen ſi omnino indiſpenſabilis neceſſitas cogeret, tum eo,pro prudentia Provincialis, caſu, nullo modo ante completum annum duodecimum Scholarum, deſtinentur extra; atq; ita deſtinatis, anni in privata hac Schola impenſi, ad complendum numerum octodecem annorum computabuntur, ſi cum honore Provinciæ, ac commendatione eorum, quorum intereſt, docuerint;ſecùs in annis octodecem, nullo modo tempus illorum computabitur. Si verò cum annis in educatione privata impenſis, nondum alicui octodecem anni Scholæ complerentur, à domeſtica educatione redux, numerum annorum octodecem Scholæ complere tenebitur.

202. Si aliqui ſint (ut & tales complures dantur) qui ad ſuperiores quàm Grammatices Scholas docendas indolem aut vires non habent, vel ſi eas ipſi ſemper

per

http://rcin.org.pl

per docere cupiant, etiam & poſt Theologiam eas ſemper doceant, donec eget Provincia, ad minus verò ad complendos octodecem Scholæ annos.

203 Si aliquis (quod rariſſimè & non niſi evidentiſſimô magnôque aliô commôdô accidere poteſt) noſtrum Ordinem in provectiore ætate ingrediens judicaretur Scholas non poſſe docere, id Provincialis cum Congregatione, deciſioni ſubſit. Sique talis vir inſignis fuerit, bene de Ordine, ac Provincia, aliis obſequiis mereri ſtuduerit, aptusque ad regimen erit, promoveri poterit.

204. Jpſa vera & actualis infirmitas, in aliis omnibus, nulla alia ratio, à Scholis docendis excuſare poteſt, diſpenſarique à Provinciali. Valetudine recuperata, numerus annorum complendus.

205. Si item aliquis *tantùm* ad œconomica eſſet idoneus, & ad hæc ſtatim à juventute poſt abſoluta tamen Profeſſoria applicandus videretur, cum votum docendi duntaxat juxta obedientiam intelligatur à nobis emitti, ſi obedientia ad aliud quàm ad docendum illum diriget, æquè illi anni in obſequiis œconomicis impenſi pro merito computantur, ita, ut poſt decimum octavum Officiorum in Domibus œconomicorum bene geſtorum annum, ad gradum Vice Rectorum & Rectorum, & quosvis alios promoveri poſſit, dum ad id aptus aliunde cognoſcatur.

206. Jdem intelligendum de iis, qui ad attendendum cauſis noſtris in Tribunali deputarentur.

207. Si qui non inepti, ineptos tamen ſe volunt reddere ad Scholas docendas, ſub quibuscunque prætextibus, & moniti ſeriò, duorum, triumvè annorum negligentiâ notantur, tanquam votifragi, atque inutilia Communitatis onera, noxii inſtituto homines, gravibus pœnis compellendi ſunt: ſi etiam pænis non ſe emendent, ad mediaſtina deſtinandi.

208. Jlli, qui caſu aliquo, ad Scholas docendas non apti, aut ipſa indole ingeniorum incapaces ad docendum reperirentur, ſi (ut fieri omnino debuit) è Novitiatu non ſunt dimiſſi, ſi docere poſſunt pueros ſaltem legere, Parvam docere jubeantur, aut in ſubſidium Magiſtrorum Parvæ, ubi numeroſiores ſunt Scholæ deputentur, atque ita annis octodecem doceant, docere enim & iſti profitentur, nec in numero annorum plùs iis, quàm bonis Magiſtris indulgendum, aliàs ineptorum quædam melior videretur haberi ratio: ſi verò nec legere quidem docere poſſent, ad Domorum obſequia, Provincialis cum Congregatione, judiciô, perpetuò deſtinentur.

209. Ad munia jam, quæ cum docendis Scholis ſimul eſſe non poſſunt, uti Rectorum, Vice-Rectorum & ſimilia, nullus omnino in Provincia ante completũ Scholæ annum decimum octavum, admoveatur, præterquam ad munus, ſi fuerit idoneus, Magiſtri Novitiorum.

210. Jam ut quot annis quisque ſtuduerit, quot quaſque Scholas docuerit, faciliter pateat, liber ſeparatus pro Provincialibus confectus eſt, cum Nominibus omnium & tabulis, quæ diverſis lineis ſeparentur, in quibus quilibet, à præſenti Viſitatione Apoſtolica, ubi, quot annîs, & qualiter, primò pietatem, tum literas docuerit, ſe ſe geſſerit, inſcribatur fideliter.

211.

http://rcin.org.pl

211. Denique in quocunque munere, honore, Magiſtratu noſtri fuerint, ſi ad Scholas revocentur, aut aliis Officiis à Provinciali admoveantur, obedire juxta votum debent, ſub graviſſima in inobedientes animadverſione.

212. Tandem ut præſcripti octodecem anni docendarum Scholarum omnino obſerventur, interdictum (ut ſupra) ſit abſolutè Provincialibus, cum eorum Congregatione, poſſe quemquam, præterquam à duobus ultimis, (ut dictum eſt) annis, à Schola diſpenſare, ut aliis extra Scholam, vel Domos noſtras, præter ſupradictos caſus, admovere Officiis: Sique aliquis Provincialis, favore, vel quacunque ratione vel prætextu ductus, aliquem abſolveret, aut officio extra Scholam applicaret, Commiſſarii ad recipiendas rationes adminiſtratæ Provinciæ, in Capitulo Provinciali deſtinati, graviter in id animadvertent.

213. Qui octodecem annis Scholas docuerint, ſi ad aliud extra Scholam officium applicantur, nec Scholam continuare jubentur, obtineant à Provinciali in ſcripto cum laude teſtimonium, quod jam annos octodecem Scholæ finierint, hocque teſtimonium legatur in Communitate, & cum ulterius ex neceſſitate Provinciæ docendis Scholis admovebuntur, Scrutinia & teſtimonia amplius de iis non fient. Cum verò in Decretis ordinariis de diligentia Magiſtrorum, aliqui pronuntiantur negligenter eo anno Scholas docuiſſe, annus hic inter octodecem annos minimè illi computabitur.

214. Duo vel tres ad plurimum in tota Provincia, nunquam plures, nè Profeſſorum numerus deficiat, poterunt tale Privilegium obtinere: nimirum ſi intra ſpatium duodecem ad minimum annorum, quibus Scholas ante vel poſt Theologiam docent, librum aliquem, (qui liber nuncupari mereatur) pro ſuo genio, & ingenio ab eruditis generatim probatum laudatumque typo expreſſum ediderint, verèque animum habeant plures libros edendi, ii Capitulo Provinciali libellum porrigere, ſi volent, poterunt, quò ſe ſe offerant, ad aliquod nominatim opus conſcribendum edendumque, præſertim quod ſit Scholis utilius, aut Patriæ, tempusque ſibi à Scholæ onere liberum concedi petant. Tum Patres Capitulares perſonâ & re conſideratis, pluralitate Suffragiorum id petenti concedere poterunt, & eum ad futurum Capitulum â Schola abſolvere: qui tale privilegium obtinuerit, opus aliquod dignum triennali lucubratione, in ſequente mox præſentabit Capitulo. Sique Patribus Capitularibus viſum fuerit, amplius illi tempus à Schola liberum prorogare, prorogabunt iterum ad futurum Capitulum, dummodo Auctor à Capitulo ad Capitulum quæ ſcripſerit, aut ediderit, evidenter producat, resque ſint approbatione omnium dignæ. Qui verò primo, vel altero, ſibi conceſſo triennio abuſus fuerit, tanquam vanus & impoſtor à Capitulo reprehendetur, & ad Scholas docendas redire, trienniumque quo vacavit, ad complendos annos Scholæ octodecem reſtituere, Decreto Capituli debebit. Si jam tribus in Provincia tale Privilegium conceſſum eſſet, quarto recuſabitur, donec unus è tribus prioribus annum 18vum, & Scholæ quam docuit, & laboris in ſcribendo compleverit, eo tempore duobus tertius adjungi poterit. Intelliguntur tamen tali privilegio donati ad dictum decimum octavum annum, ad Officia & Magiſtratus in Provincia applicari non de-



http://rcin.org.pl

bere cum tempus Scholæ duntaxat alio laudabili obſequio compenſent, nec reipſa ad ſcribendum otium ipſis eripiendum ſit. Qui vero Conciones typis imprimere velit, cum munus concionandi ſatis temporis ad ſcribendum concedat, ab eo itaq; ob Conciones typis dandas, nemo ante completos Scholæ vel Concionaturæ 18 annos abſolvetur.

## §. VII.

## *De tempore in Officijs ac Magiſtratibus ſervando.*

215. JAm de tempore regiminis Rectorum, ita quoque in perpetuum definimus: Cùm alias perutile ſit Domibus, ut iidem Rectores rerum & negotiorum Domûs optimè gnari & experti, regimen earum continuent, alias verò continuatio regiminis iiſdem ſit noxia; cumque ſint Perſonæ, quæ Domô una bene gubernatâ oſtendunt poſſe ſe & alias æquè vel meliùs gubernare; aliæ verò vel primô trienniô parum ad regimen monſtrant ſe idoneas; generatim itaque primũ ſtatuimus; regimen Rectorum non debere durare ultra triennium, hæcque lex perpetua, ac generalis ſit pro omnibus. Nihilominùs cum nec tot novi Rectores apti ad regimen domorum reperiri poſſent, nec ratio Domorum aliquando mutationem permittat, vel Rectores, alias Domos etiam utiliter recturi prævidentur, prorogatio itaque regiminis Rectorum tali modo, cum expedire videbitur, fiat. Provincialis tertiô annô regiminis ſui, Menſe vel Junio, vel Julio teneat ſuam Congregationem Aſſiſtentium & Conſultorum, & proponat eos, qui ipſi viderentur confirmandi in loco, vel in alium locum transferendi. Et per pluralitatem ſi opus eſt ſuffragiorum ſeu calculorum annotentur ſecretò tales Rectores, qui confirmandi vel alio transferendi Congregationi Provinciali videbuntur. Hoc Congregationis Provincialis de ſingulis judicium, cum calculorum connotatione à P. Provinciali in ſcripto reddatur primo Aſſiſtenti Provinciæ, qui illud Præſidẽti Capituli ac Candidatoribus reddet. Præſidens Capituli & Candidatores, pro Rectoribus, non obligantur ſequi omnino P. Provincialis ejusque Congregationis judicium, ſed tantum ex eo, de Rectoribus qui ſunt utiles Domibus regendis, qui minùs, informabuntur: facient autem, quod in Domino de ſingulis faciendum judicaverint. Jtaque eos, qui à Congregatione Provinciali oſtenderentur Domui alicui perutiles & neceſſarii, confirmandos, vel ad alias Domos, in quibus utiliores viderentur, transferendos pro ſequenti triennio, P. Generali inter Candidatos proponere poterunt. Congregatio verò Provincialis judicium conſiliumque ſuum, quod Præſidenti Capituli & Candidatoribus transmittet, præmiſsô expreſsô in ſcriptis juramentô, quod juxta Deum & Conſcientiam dent tale de Rectoribus judicium & conſilium, manibus deinde propriis illud ſubſcribet. Qui verò à Congregatione Provinciali, pro continuatione regiminis pro altero triennio Candidatoribus, commendati non eſſent, præterirentur, niſi Præſidens & Candidatores aliter pro conſcientia judicarent.

216. **Ex-Rectores ſequente mox trienniô, ad munus Concionatorum, Con-**

**feſſorum**

http://rcin.org.pl

ſeſſariorum, Patrum Spiritualium, Pœnitentiariorum, Vice-Rectorum, Præfectorum, Magiſtrorum Novitiorum, Procuratorum, & in maxima neceſſitate etiam Profeſſorum, deſtinabuntur, vel ſi Capitulo libet, in Aſſiſtentes, Conſultores, Candidatosve ad regendam Provinciam eligi poterunt.

## §. VIII.

## *Inquirenda & interroganda in Viſitationibus.*

217. I. DE Sanctiſſimi, & Sacri Olei cuſtodia, & renovatione. De ſecura conſervatione, reparatione, ventilatione, numero, ordine, & loco, reſpective denique de munditie & nitore vaſorum Sacrorum, Altarium, Argenteæ, Stanneæ, ligneæ ſupellectilis, Reliquiarum, Jmaginum, Apparatuum, lineæ omnis ſupellectilis, ornamentorum omnium, ſedium, ſcabellorum, ſcamnorum, portarum, ſerrarum, feneſtrarum, confeſſionalium, in theſauro & Sacrario armariorum pro apparatibus, omnique ſupellectili, librorum, Miſſalium, chartarum, ſeu tabellarum, & cum devotionibus ordinariis, & cum obligationibus expoſitarum, lampadis ante SSmum, candelabrorum luminum, chori cum inſtrumentis, ſcriptis muſicalibus, & ſimilibus, pavimenti, ſuggeſtûs, campanilis, campanarum, cæmeterii, Sepulchrorum. II. De ſartis tectis Eccleſiæ imprimis, Domus totius, Scholarum & omnium Officinarum, trabibus, muris, parietibus, fundamentis, pavimentis, feneſtris, portis, clauſura, ſepimentis. &c. Denique de omnibus, quæ ad fabricam pertinent. III. De inventariis ſeparatis omnium Officinarum, uti Sacrarii, Bibliothecæ, Refectorii, Coquinæ, promptuarii, Cellarii, granarii, depoſitoriorum, ſtabulorum, in Domo veſtiarii, Cubiculorũ hoſpitum, infirmariæ, Typographiæ, & ſimilium, quæ Jnventaria cum rebus conferentur. IV. De Devotionibus in Eccleſia publica, Sacris cantatis, Expoſitionibus SSmi, Concionibus, Catechiſmis, Proceſſionibus, ne hæc minuantur vel augeantur. De Confeſſariorum diligetia, de ordine Sacrorum à mane ad meridiem. De Confraternitatibus, ſi quæ ſunt, quæque ad eas pertinent. Ubi Parochiæ, de devotionibus pro ſimplici populo, de ejus inſtructionibus, de adminiſtratione Sacramentorum ægris & moribundis. De libris Baptiſmatum, ſponſaliorum, ſepulturarum, Paſchalibus Confeſſionibus. De moribus Parochianorum, ſcandalis, diſſidiis, criminibus. De vita & zelo noſtrorũ, qui Parochiis inſerviunt. An pro Sponſalibus, ſepulturis, & ſimilibus populus non emungatur. An in benedictione Matrimoniorum omnia ſervanda ſerventur. An pro Pauperibus ad Eccleſiam & aliis, populus ad Eleemoſynas excitatur. An lites ſint aliquæ, an juriſdictioni Epiſcopi in ulla re derogetur. De Catechiſmis, an quavis Dominica, hora integra, an juxta diſpoſitionem materiarum in Ordinationibus de Catechiſmis Parte 4. factam, an bonis Myſteriorum & veritatum Evangelicarum explicationibus, ſcripturis & SS. Patrum teſtimoniis, exemplis, ac hiſtoriis ſolidis, bene præparati tradantur. De Concionatoribus; an diebus omnibus

bus.

http://rcin.org.pl

bus deſignatis, an practicas, verè morales, ſolidas, bene diviſas, claras, rationibus, ſcripturis, Patribus bene probatas, nugis, ſcripturæ intorſionibus, amplificationibus inutilibus, ſtylo inani, hiſtoriolis ineptis expurgatas, non longas, mediamque ordinariè horam non excedentes Conciones habeant. V. De Scholis; primum quo ad pietatem, an in quavis ſingulis diebus bis ultimo quadrante Scholæ, lectio Spiritualis, ex quibus libris, & quomodo traditur, diligenterque explicatur. An Miſſas quotidie devotè audiant, quæ cantant, ſi libellos precum ſinguli habent. De Oratoriis, an ea exactè frequentant, qui libri prælegantur Si Doctrina moralis à Præfecto Oratorii ſemper datur &c. Ubi & de Altaribus, ſupellectili omni, pecunia, regeſtris ad Oratoria pertinentibus. De ſtudioſorum moribus, & ſi quæ ſint, ſcandalis & vitiis, præſertim ebrietatis, laſciviæ, alearum, ſeditionum, conſpirationum, invaſionum, quam rigide & prudenter hæc coerceantur, & puniantur. Utrum Noſtri occaſionem tumultibus non dederint. Studentes, an Catechiſmos, Conciones, Devotiones in Eccleſia frequentent, an Menſibus ſingulis & Communibus Feſtis confiteantur, & communicent. Præfectus, an continuo Scholis invigilet, ante, & poſt Scholas; in Scholis, Oratoriis, & templo, an in Domibus ſingulorum habet exploratores, æquè & in Scholis ac templo. An indignos ſine bonis teſtimonialibus ad Scholas non admittit, vel cum opus excludit. An teſtimonia temere non det, an regulas ſtudentium publice affixerit, & eas quater in Anno prælegat. An Scholas omnes ſæpe ingreditur, & juxta Claſſes, quæ diſcũt, & explicãt, itẽ de Catechiſmis, Doctrinis Spiritualibꝰ, & Concionibꝰ interrogat; an exercitiũ Arithm: cõpoſitiones, Characteres & ſcripta, in ſingulis Scholis, quavis ſeptimana, & ſæpius examinat. An Rector quater in anno Scholas viſitat, an actibus Scholaſticis Menſtruis, ſeu quibuscunque Rector, Præfectus & Patres omnes adeſſe ſolent, actusque omnes an temporibus deſignatis in Ordinatione in quavis Schola expediantur. An Rector & Præfectus Magiſtris, ut nunquam abſint, ne tardent, ne exeant, ne in Schola tempus otio conſumant, ne explicanda & tradenda, ac doctrinas ſpirituales negligant, ne nimis multa nevè inepta dictent, aut declamari faciant, ut juxta Ordinationes cujuslibet Scholæ omnia faciant, ſedulo attendunt. Quomodo occurrentes caſus & mala in Scholis ſopiverint. An non nimis ſeverè pueri tractentur, aut à Magiſtris caſtigari permittantur. An invigilent, ne Magiſtri Diſcipulos à Schola avellant, ne ſtudentes Profeſſorum Cubicula intrent. An verbis contumelioſis & conviciis ab aliquo in ſtudentes non peccatur, an munuſcula non accipiantur, vel à Parentibus non quærantur. An Jnſpectores bene ſuis attendant & juſtè conditionibus provideantur. An Magiſtros Præfectus ut decet, tractet, & ab iis reverenter tractetur, an pauperes ſtudioſi maxima charitate tractentur, an ſigna Scholaſtica exactè dentur; An Scholæ finitis ſtudiis claudantur. An cum Rectoris ſcitu & Authoritate Præfectus ea omnia faciat, quæ ad Rectorem ſcire & decernere circa ſtudentes Magiſtros & Scholas pertinet, prout in regulis Rectorum. Quæ de Magiſtris ſingulis inquiri debent, ex mox dictis patet. Sed præprimis de moribus eorum, de pietate, de ſobrietate, de modeſtia, de diligen-

http://rcin.org.pl

ligentia, de concordia inter ipſos. Tum in ſingulis Scholis examinanda, quæ & quo modo docent, & dictant. Viſitator ſpecimina compoſitionum, & ſcripta ex ſingulis Scholis duorum triumvè diſcipulorum ſibi afferri faciat, & examinet, item inquirat, an Magiſtri ad templum, & exeuntes extra templum ſuos ſinguli comitentur. An non ſunt cæditii, an de familiaritatibus non notentur. An ad Scholas omnia bene præparent, & quibus libris utantur. De Convictibus, ſi juxta Ordinationes Parte II. §. V. A Num: 146. ſerventur, præſertim de præcluſa penitus Communitatis cum iiſdem communicatione; De moribus & diligentia noſtrorum in Convictu morantium, De commodis menſæ, cubiculorum &c: VI. Quod ad res domeſticas & obſervantiam attinet, à Rectore ad ultimum Fratrem Operarium, Viſitator vocet omnes, interroget & ſcrutetur, imprimis ſi præteritarum viſitationum ſtatuta, præſertim ultimæ obſerventur, quæ ad ſingulorum conſcientiam, pacem, commoda & officia pertinent, tum inquirat de Meditationibus, Orationibus vocalibus, examinibus, mortificationibus Communibus, Miſſis, & aliis in communi devotionibus, an iis omnes adeſſe ſolent. De Communionibus Clericorum, præparationibus, gratiarum actionibus. Obligationes Miſſarum examinet. &c: De moribus aliorum, vitiis & peccatis, ſi quæ in aliis notarint, quomodo correcta, quomodo obviatum. De charitate, pace & concordia omnium, vel diſcordia, ſi quæ eſt. Si quid inſignius contra paupertatem, caſtitatem, obedientiam, & inſtitutum docendi, obſervatum eſt. Si quod ſcandalum domeſticis vel externis datum. Si quod periculum mali eſt, cui obviari poſſit. Vitio ebrietatis ſi quis notatus, & quid cum eo actum. De familiaritatibus cum ſtudioſis & aliis. De uniformitate interna, & externa veſtimentorum. De Rectoris & Superiorum modo agendi, zelo, diligentia, vigilantia, manſvetudine, juſtitia, charitate, bono exemplo. De ratione victûs, potûs, veſtitus interni & externi, lectiſterniorum. Librum examinet, cui ſinguli data ſibi à Rectore inſcribunt. De commodis cubiculorum in calefactione, candelis, utenſilibus, de Paterna cura infirmorũ, ſenum, & valetudinariorũ. De Rectoris attentione in proceſſibus & negotiis Domus, De Capſa Domus & officiis Depoſitarii, Expenſoris ac Rationiſtæ. De debitis activis ac paſſivis, ſi abſque Communitatis ſcitu non contrahuntur ultra aureos 10. Si conviviis aliisque inutilibus expenſis non exceditur, ſi equi & rheda domus conſervatur, & nulli alii proprii. Si ſalaria debite ſolvuntur. De præſentia Rectoris Domi, & itineribus & expenſis. Si Magiſtri à Scholis non avellantur, vel diſcedere aliqui abſque ſcitu Provincialis non permitantur. De Capitulis localibus, ſi quæ fuerunt. De Capitulis culparum. De conferentiis, de ceremoniis Eccleſiaſticis, de caſibus conſcientiæ, de lectione Bullarum, regularum, rituum, Capitulorum Generalium & Provincialium, Ordinationum Viſitationis Apoſtolicæ. De factis per Rectorem luſtrationibus tectorum, murorum, officinarum. De recollectionibus, de renovationibus votorum. De Perorationib9 per Juvenes in Refectorio &c. Quo fine librum examinet, cui inſcribuntur actus in domo quavis certis temporibus abſolvendi; juxta Ordin: Partis II §. I. Nro 15. Jnterroget Præmonitorem juxta Ordin: Part. II. § I. Nro 183. utrum & quomodo officium exercuerit: Conſultores Domus utrum adhibeantur, & audiantur.

tur.

tur. Cubicula viſitando omnia rejeſtra recularum ac privati peculii,ab omnibus requirat. Jn Bibliotheca indicem librorum generalem , indicem librorum, qui exportantur & reportantur, quo ordine & munditie libri, & an bene compacti ſerventur, ac quovis anno qui novi acceſſerint. Jn Archivo Domûs, Summaria in iis contentorum, ordinem, armaria luſtret. Jn veſtiario, quæ armaria,quid proviſum, item in aliis omnibus officinis, quæ tempeſtiva proviſio & conſervatio rerum, examinet. Quid pro fabrica & manutentione Domus expenſum. De clauſuræ cuſtòdia, de ſervis Domorum ſæcularibus, de famulis ſi qui erunt ad obſequia noſtrorũ à Superiore admiſſi, & ne proprio abſque Provincialis licentia ullus utatur, attendat. Libros Domeſticos ut regeſtra, manualia, &c: &c: de quibus in Ordin: Part: II. §. IX Num: 179. exactè revideat. Hiſtoriam item annuam Domûs. Ad prædiola & villulas, ſi quæ ſunt, Commiſſarium mandet, qui ædificia & contenta in iiſdem cum Jnventariis conferat: OEconomica luſtret: Regeſtra perceptorum, & expenſorum, item rerum in natura verificet, ſi quæ querelæ Ruſticorum ſint, audiat, & ſi quæ gravior DEI offenſa inter eos indaget. Si Decimæ ſolvantur, & mercedes ſervientibus, & id genus. VII. Quo ad Novitiatum, Profeſſoria, Studia, aliaque propria in diverſis domibus objecta, ea facile Viſitator examinabit, ex Ordinationũ Viſitationis Apoſtolicæ Parte III.

## FINIS PARTIS PRIMÆ.

ORDI-

http://rcin.org.pl

# ORDINATIONES
## Circa Domeſticam Obſervantiam,
### Ubi omnia utiliora ex Capitulis Provincialibus excerpta & collecta ſunt.

## PARS II.
### §. I.
### *De auctoritate Rectorum, & directione ſuorum in rebus Spiritualibus.*

Diligentes Officii ſui, & muneri eorum propriâ virtute ſpectati, Rectores Domorum noſtrarum, quibus cordi eſt, omnem in locis quibus præſunt, obſervantiam vigere, gratum habebunt, ut quæcunque præter ſacras communesque Congregationis leges, Capitula noſtra Provincialia, pro bene regendis domibus è municipali quadam & diuturna experientia præſcripſerant, ſimul collecta, oculisque ſubjecta habeant. Quæ igitur ad eorum auctoritatem, vigilantiam, & partes pertinent, quæque ſparſim in tot Capitulorum ſtatutis quærere incommodum eſt, præſenti Ordinatione continentur.

1. Auctoritas imprimis Superiorum immediatorum circa continendos erga ſe in officio ſibi ſubjectos ſatis bene & communibus regulis, & Provincialibus noſtris, firmata ac munita eſt. Eorum ipſorum intereſt illam ſartam tectam ſervare, & omni ſuo jure defendere. Quare in reſiſtentes, pro modo culpæ, præſcriptos canones exequantur, niſi ubi ratio, & eorum prudentia ac charitas, aliter fórte illis ſvadeat, quâ in re ne in vilipenſionem ſe ipſos exponant, ipſi viderint, quod fit vel ſeveritate nimiâ, vel nimiâ noxiâque indulgentiâ.

2. Nihil autem imprudentius committere poſſent, quam cum ea, quæ corrigere ac jure ſuo ipſi judicare, punire vel cōdonare poſſunt ac debent, ad Viſitationes Provincialium differant, vel indigno Superioribus metu diſſimulent: quo ſuæ



http://rcin.org.pl

authoritati derogant, contemptuique eandem objiciunt. Rectores certè, niſi ipſosmet conſcientia eorum redarguat, habent debitam poteſtatem continendi & coercendi quoscunque, dum id prudenter, fortiter ac cum omni charitate faciant, nihilque niſi Deum & graviſſimam muneris ſui obligationem reſpiciant. Patres tamen ſemper ſe eſſe meminerint, manſvetudine, affabilitate, comitate, humanitate, exemplo plus ſe effecturos certo norint. Niſi itaque adhibitis priùs modis ut decet paternis, ad ſeveriora, cum iis quibus ſuavior agendi modus non prodeſt, deſcendant. Jam conſilio graviorum Patrum in ſimilibus caſibus uti, & rebus remedium afferre non differant, quod ſi ipſi afferre nullo modo poſſint, tum Provinciali deferant. Provincialis in Viſitationibus omni modô authoritatem Superiorum ſuſtinebit, æquè tamen & ſubjectorum contra Superiores juſtis querelis Paternam juſtamque aurem præbebit, & efficaciter medebitur. Jtaque ut officia ſubjectorum erga ſuos Rectores, & regulæ ut à ſubjectis obſerventur, in manu ipſorum Superiorum ſitum eſt: nec alius verior fons neglectæ ſicubi negligeretur obſervantiæ, detegi poteſt, quam ipſorummet Superiorum negligentia, puſillanimitas, aut artis regendarum animarum ignorantia, aut denique ipſorummet exemplum.

3. Jam quod attinet ad Rectorum Officia erga ſibi ſubjectos, Familiasque quas regunt: hæc male collocantur, ſi in eo vel duntaxat vel imprimis, collocentur ut rebus œconomicis ante omnia invigilent, & bona temporalia adminiſtrent, augeantque, & ſimilia. Pertinere iſta omnia ad Rectores certum eſt, ſed hæc nec unum, nec primum ac principale ſunt eorum officium. Rectoris enim primarium ſummumque munus eſt, rebus imprimis Spiritualibus attendere, res Inſtituti curare, & illas tam domi, quàm in Scholis promovere. Religioſos ſuæ curæ commiſſos verbô & exemplô ad perfectionem dirigere, ad ſtudia literarum excitare, Scholas Pias propriis humeris ſuſtentare; quô quisque modô ſuis fungatur officiis, continuò invigilare; tum verò bona temporalia ſuæ domûs procurare, ac omnem quo ad fieri poteſt commoditatem, ſuæ tutelæ commiſſis, paternè providere.

4. Rector itaque quilibet communium imprimis orationum, meditationum, tam matutinarum, quàm veſpertinarum, examinum conſcientiæ & ſimilium attentionem ſummam habeat, ſui ut Religioſi nunquam iis ſine juſta cauſa & facultate abſint, ac negotia in aliud tempus differant. Eos qui abeſſe notantur, ſive juniores, ſive ſeniores privatim imprimis, bis, tervè vel pluries, deinde etiam publicè, ſi opus eſt moneat, & in nolentes corrigi, pro prudentia animadvertat. Legitimis autem de cauſis licentiam, (rariùs præſertim petentibus) non deneget. Piarum meditationum precumque lectio, non officii tamen divini, meditationis tempore, pro ſubſidio Spiritûs permiſſa eſt: neque omnes ad flectendum obligandi, præſertim debiles & ſenes, dummodo decenti modo Orationi vacent, Meditationum matutinarum tempus, uti & veſpertinarum non minuatur, nec ſine vera neceſſitate Religioſi exire permittantur.

5 Ordinem Sacrorum ſemper in pervigilio in omnibus Domibus ſcribi, ac quotidie Oratorio affigi, Rectores jubeant, diligenterque attendant, ut hic ordo exactè ſervetur, & in renitentes animadvertant. Si cui ob negotium moram non

patiens,

patiens, juſtumque, hora videretur incommoda, tempeſtivè eum qui ſchedam ſcribit, præmonebit. Clericorum ac Fratrum Operariorum præparationi ante, & gratiarum actioni poſt Communionem, neve ſtatis diebus ſimul in Sacro eodem unquam Communiones omittant, ſedulò Rector invigilabit.

6. Cum Regula mandet conſtitui in qualibet Provinciæ domô Inſtitutorem rerum ſpiritualium, qui Superiorem juvet, in dirigendis ſubditis ad perfectionem, B. Fundator intelligit, Rectorem ex Officio primum eſſe in ſua Domo Patrem Spiritualem. Proinde Rector juniores præſertim paternâ charitate inducere curet, eosque ſæpius, aut ſaltem ſingulis ſeptimanis vocet, ac cum iis de rebus ad directionem eorum pertinentibus breviter ſvaviterque conferat, eos in afflictionibus, ſi quas patiuntur conſoletur, ſi in aliquo deficiunt comiter præmoneat, & ad virtutis Inſtitutique amorem frequenter cohortetur.

7. Conſcientiæ redditiones Profeſſis ad triennium Profeſſionis, ſingulis hebdomadis, Sacerdotibus verò novellis, uſque ad triennium ſemel in menſe, Capitulum Podolinenſe Anno Dñi 1664. præſcripſit, id quod Rectorum vigilantiæ commendatur. Capitulum Reſſovienſe Anni 1682. præſcripſit, ut redditionem cõſcientiæ pertinaciter negligentes, pœnam jejunii in pane & aqua incurrant. Pro prudentia verò, etiam aliis antiquioribus, dum id neceſſarium ac utile Rector judicabit, paterna eadem officia non ſubtrahet. Dum enim Rectorem, virtutis, pietatis & Spiritus DEI plenum eſſe, ſui Religioſi exiſtiment, Paternamque ejus experiantur benevolentiam, facile ne dum juniores, ſed etiam alii in Spiritualibus neceſſitatibus ad eum recurrent. Hæc ergo privata directio animarum prima & potiſſima pars eſt officii Rectoris, quam qui negligerent religioſi in ordine religioſo ſpiritus collabentis, aut extincti cauſa & ruina eſſent, potiusque ſæcularium OEconomorum, Gubernatorum aut Præfectorum militarium, quam Rectorum more religioſos regerent.

8. Quod verò ad communem omnium in Spiritu directionem attinet, conferentias imprimis ut vocant, ſeu ſermones domeſticos in Adventu & Quadrageſima, quovis die Dominico, aliis temporibus ſaltem ultimis menſis dominicis, aut dum ipſis vacaverit, præſertim ante renovationem bis in anno votorum PP. Rectores non negligant: quodſi fortaſsè non ſemper quidem, ſed aliquando onerosum eſſet nonnullis Superioribus, illi itaque ſuum ſermonem ſcriptum, ſive aliquid ex melioris notæ Scriptoribus aſceticis media horâ poſt meditationem Veſpertinam, loco ſermonis legant, aut per aliquem virum graviorem ex Communitate id officij ſui ſuppleant. Vice-Rectores in abſentia à Domo Rectorum, idem omnino faciant.

9. Capitula culparum, quæ in præclaris quibusdam communitatibus etiam Sacerdotum Sæcularium ſub una regula viventium, nullâ penitus ſeptimanâ intermittuntur, quæque ſingulis æque ſeptimanis, feriis ſextis à regula noſtra præſcribuntur, non omittantur; præcipuè in Adventu & Quadrageſima, aliisque hebdomadibus, niſi gravi aliqua juſtaque de cauſa Superior præpeditus fuerit.

10. Caſuum quoque conſcientiæ quovis die Lunæ & Veneris poſt collatio-

nem

nem propoſitiones vel lectio, juxta præſcripta Pontificia nunquam penitus in ulla domorum intermittantur,

11. Quo loco annectitur & Cærimoniarum Eccleſiaſticarum, De Sacris, præſertim cantatis, de Veſperis Solennibus, de extra-ordinariis Eccleſiæ diebus, de expoſitionibus SSmi & Proceſſionibus, de Clericorum Communione in Communi, de Celebratione in præſentia Epiſcopi & ſimilibus, exercitatio, a tot noſtris conſtitutionibus, & capitulis præſcripta: quare diebus Mercurii in Adventu & Quadrageſima, aliis verò temporibus, diebus itidem Mercurii ultimæ ſeptimanæ cujusvis menſis, vel ea impedita, diebus Sabbati, hæc exercitatio poſt meridiem vel veſpere indiſpenſabiliter fiet, neque in nulla penitus Domorum noſtrarum, etiam in minoribus communitatibus, ſemper omnino præſente dum domi eſt Rectore, vel Vice-Rectore, ullo modo intermittetur;

12. Omnes igitur ſupradictis exercitiis omnino adſint: & in abſentantes ſe ab iis, ac non attendentes, ſeria animadverſio fiat, quæ omnia in Viſitationibus Provincialium, diligenti eorum inquiſitioni ſummopere commendantur; quæque, ſi alicubi intermiſſa, aut neglecta fuerint, id maximè Provincialium neglectui attribuendum eſſet, ſi forte has Regulas & uſus ad conſervationem Spiritûs tantopere proficuos & regula juſſos, Viſitationum tempore cum indifferentia & oblivione reſpicerent: harum itaque rerum omiſſio in eorum imprimis conſcientiam recideret. Unde cum reddent rationes adminiſtratæ Provinciæ à Commiſſariis Judicibus diligenter ſuper his, utrum illis ſedulò invigilaverint examinari debebunt.

13. Maximè verò ad renovationem Spiritûs Spiritualia exercitia pertinent, quæ juxta Capitulorum præſcriptum, à ſingulis Noſtrorum, ſingulis annis, commodò cuique tempore à Superiore aſſignato abſolventur, etiam ab ipſismet Superioribus: abſolutorum verò fidem juratam quilibet Rector pro ſe & pro omnibus in ſua domo manentibus, ad Capitulum Provinciale feret. Invigilabit autem, ut quantum poſſibile, nunquam unus, ſed ſemper ſaltem duo inſimul ea abſolvant. Refectioni, diſciplinis, & cæteris compatibilibus exercitis adſint in Communitate, nec exercitiorum tempore, aliqui è noſtris, ſub quocunque prætextu, Scholaſticis rebus ſcribendis, concionibusque parandis, aut aliis quibuscunque non ad Spiritum directè tendentibus occupationibus vacent, ſed ſolis precibus, meditationibus, piis lecturis, aliisque pietatis exercitiis tempus omne recollectionum impendant.

14. Ut verò ab hinc mox dictæ, ad fovendum Spiritum introductæ communes conſvetudines exactiùs obſerventur, & eſſe obſervatas Provinciali in Viſitatione faciliùs pateat, ſtatuimus, ut PP. Rectores Superioresque ſinguli in ſuis domibus librum ſeparatum conficiant, in quo habitæ conferenriæ, capitulum culparum, exercitationes Cæremoniarum Eccleſiaſticarum, Propoſitiones caſuum, recollectiones annuæ, & (ut infra erit) Viſitationes Scholarum per Rectores, item actus Academici omnium Magiſtrorum Profeſſorumque privati, ſemipublici, & publici, diſputationesque, per P Secretarium domûs inſcribantur, iis mox diebus, quibus aliqua iſtorum abſoluta & celebrata ſint.

15.

http://rcin.org.pl

15. Jn prima charta ſcribetur titulus conferentiæ, in ſecunda capitula culparum, in tertia cærimoniæ Eccleſiaſticæ, in quarta Propoſitio caſuum conſcientiæ, in quinta Renovationes votorum, in ſexta Viſitationes ſcholarum, in ſeptima actus Scholaſtici Theologici, Philoſophici, Rhetorici, Humaniorum Scholæ, Syntaxeos, Grammatices, Infimæ, in octava Perorationes in Refectorio vel recreatione, in nona Viſitatio tectorum & Eccleſiæ ac murorum: in decima reviſio officinarum & verificatio inventariorum, in undecima Recollectiones noſtrorum, in duodecima Lectio Decretorum Papaliũ, Capitulorũ ordinationes, &c: pro quibus omnibus tempora ſuis locis deſcribantur.

16. Secretarius Domûs brevibus verbis in hoc libro actus abſolutos ita inſcribet vg. Dominicâ primâ Decembris Conferentia habita. Die Veneris, Menſis verò die N. Capitulum culparum habitum per P. Rectorem, vel eo abſente Vice-Rectorem, Die Lunæ, die vero menſis N. caſus conſcientiæ propoſiti. Die Mercurii, die verò Menſis N. Cærimoniarum exercitatio per P. Rectorem facta: die N. Menſis N. Recollectiones annuæ 10. vel 8. vel 6. dierum à P. N. abſolutæ. Die N. Menſis N. Scholæ omnes per P. Rectorem viſitatæ. Die N. Menſis N. Examen Scholæ infimæ ſub Magiſtro N. abſolutum, ſic de aliis.

17. Si vero alio modo libuerit inſcribere, nimirum per menſes & ſub menſe quovis omnia ſupradicta mixtim die & ordine quo abſolvuntur in una charta conſequenter inſerere, liberum eſto. Titulus libri hujus ſit talis: *Liber, in quo actus in Domo* N. *à noſtris certis fixis temporibus abſolvendi, connotantur.* Jn hunc itaque librum nihil inſeratur, quod non ſit Actus à noſtris certò tempore fixo abſolvendus. Jlli verò libri qui Recollectiones noſtrorum, Renovationes votorum & ſi quæ ex hic ſuperius mox expreſſis annotabantur, tollentur: facilius enim actus omnes in hoc uno libro inſcripti in viſitatione patebunt, unde ſi qui etiam alii actus certo tempore faciendi reperientur, ſimul in hoc libro ſcribentur.

18. Tempore Viſitationis Provincialis, Secretarius Domûs librũm hunc P. Provinciali feret, propriaque manu eum priùs ſubſcribet, teſtando religioſâ conſcientiâ ſe nihil addidiſſe vel ademiſſe, & conferentias tot, capitula culparum tot, viſitationes Scholarum tot, Academicos Actus tot, &c: re verâ celebratos fuiſſe. A Viſitatione ad aliam, aliæ omnino ſemper chartæ in eodem libro conſequentes iiſdem titulis diſtinguentur, & Actus prædicti abſoluti ſuis diebus ab eodem ſemper notabuntur.

19. Cum vero ad fovendum ſpiritum nihil ſit utiliùs quam Spiritualium librorum lectio, Rectores curabunt Clericis imprimis, ac Sacerdotibus junioribus, aliisque omnibus libros Spirituales diſtribui, & ex iis de accepto fructu poſt collationes veſpertinas, juniores ferè quadrante horæ, aut eorum cubicula viſitando interrogabunt, ſummamque curam juniorum ut in ſpiritu proficiant, nunquam intermittent; nec minorem fratribus Operariis præſtabunt, in idque maximè incumbent ut uſum Sacramentorum, conſvetasque orationes devote obeant, & ſpirituales libros pro captu eorum omninò quotidie legant, ſæpe eos ad pietatem aliasque virtutes cohortabuntur.



http://rcin.org.pl

20. Sacra lectione ad tenendum etiam refectionis tempore collectum ſpiritum menſam condire, leges uſusque noſtri præcipiunt. Deligantur præter expreſſos in ritibus Noſtris libri utiles ad legendum; ut hiſtoria Eccleſiaſtica vg. Graveſonis; vel alia nō nimis diffuſa Viganti caſus cōſcientiæ vel Pontaſſi &c: Decreta Capitulorum generalium, præſentesque Ordinationes quando legantur infra præſcribetur. Caſus Epiſcopis reſervatos in ſuis Diœceſibus ſingulis quartualibus, vel publice ad menſam, vel tum cum caſus proponuntur, prout & caſus Papæ reſervatos legi, Convoc: Cracovien: Anni 1731. ordinat. Commemorationem conſvetam Paſſionis Chriſti Capitulum Gorenſe anni 1723. ordinat fieri debere per Clericos vel juniores Sacerdotes in abſentia fratris Operarii.

21. Uti Regula ordinat, ad Rectorem in directione Spirituali animarum juvandum, quavis in domo P. Spiritualis deſtinabitur, cui cura noſtrorum præſertim juniorum ac FF. Operariorum imprimis incumbet. Rector itaque & per ſe imprimis & per P. Spiritualem omnibus ad pietatem pertinentibus exercitiis, præſertim quo ad juniores noſtros, Fratresque Operarios invigilabit, ac conſcientias eorum moderabitur, qui etiam, deſideria neceſſitatesque eorum Rectori deferet.

22. Has Officii partes in dirigendis ad perfectionem ſibi ſubjectis, boni, pii, ſuique muneris conſcii Rectores, imprimis exequentur, omniumque regularum obſervantiæ, quod proprium eorum officium eſt, aſſiduò, prudenter fortiterque invigilabunt, ad quam promovendam cuſtodiendamque Magiſtratus eorum imprimis a Deo ordinatus eſt. Neque florens in Domibus Religioſis obſervantia, neque obſervantiæ neglectus, cuiquam rectiùs adſcribi debent, quam Rectorum aut diligentiæ, aut incuriæ.

## §. II.

## *De Commodis & neceſſariis in victu, veſtitu, aliisque rebus, ſuis domibus per Rectores præbendis.*

23. JAm cum Rectores primi conſcientiarum moderatores, diſciplinæque rigidi exactores ac cuſtodes eſſe debeant, præcipuæ deinde ſunt illorum partes, ut ſuo regimini curæque commiſſis pro facultate paupertatis Religioſæ neceſſaria ſubminiſtrent, ſuperflua non tribuant.

24. Circa commoda Religioſis præſtanda infinitæ latæ ſunt leges, & communes & municipales, quarum primô locô illa quæ de veſtiariis eſt, authoritate Viſitationis Apoſtolicæ renovatur, & in perpetuum ſtabilitur, ut quilibet Religioſus inſcribat propria manu, quæcunque à Superiore pro ſuo veſtitu lectove totô annô accipit, ſintque non chartulæ ſeparatæ, ſed in quavis domo ſit liber diſtinctus per modum regeſtri compoſitus, in quo, anno quolibet, omnium manentium & incluſivè Superiorum nomina, ordine deſcribantur, tantis ſpatiis relictis, ut quilibet ſub ſuo nomine totam ſupellectilem, quam eo anno accipit, commode annotare

notare poſſit, & propria manu connotet, hicque liber in Viſitationibus Provincialium examinetur, ut ſi quis è Religioſis de denegatis ſibi à Superiore rebus neceſſariis in veſtitu externo, internoque, in lectiſterniis, & ejusmodi conquereretur, mox ex producto libro res patere poſſit.

25 Sique in aliquo Superiore contigerit, crimen hoc charitati humanæ, Chriſtianæ & Religioſæ tantopere contrarium, & omnium contra paupertatem abuſuum, ac proprietariorum origo, is in Viſitationibus Provincialium, graviſſimè reprehendatur, ac præſente P. Provinciali, mox à Superiore, conquerenti Religioſo neceſſaria provideatur, non obſtante prætextu, poſſe talem Religioſum aliunde provideri à ſuis Conſanguineis & Benefactoribus; quod bonus Superior expectare non debet, ſed paternè neceſſaria indigenti præbere. Tum ſi quis notatus eſſet ſæpiùs inutiliter expendere, ſi quid ipſi aliunde offertur, & monitus à ſuo Superiore non reſipuerit, P. Provinciali deferatur, qui etiã ſubtractione commodorum debitorum, talem punire poterit.

26. De livellis Capitulum Generale anni 1742. obſervetur. De quibus in ordinatione Novitiatus & in articulo de capſa Provin: plura. De deponendis duntaxat Livellis, aliisque nummis, ſequentia nominatim Capitulorum Generalium „ ſtatuta, exactæ obſervationi commendantur. Livelli aut quævis alia pecunia ex „ legato, ſalario, aut ex peculiari induſtria, vel labore acquiſita, Religioſis noſtris „ permittitur, modo illa in communi depoſitorum capſa ſervetur, & in neceſſa„ rios, aut honeſtos uſus, conſcio Superiore, impendatur. Quam pecuniam Supe„ rior ſubdito in aliam domum ex obedientia commigranti religiosè tradat, qui „ illam, apud Superiorem domûs, ad quam pervenerit, eodem modo, ſtatim inte„ grè deponat *Cap: Gen:* 1700. 1718. *&* 1742. Si quis in pecuniæ quomodocunque „ acquiſitæ depoſito faciendo, minùs fidelis deprehendatur, proprietariorum pæ„ nas à Sacr: Concil: Tridentino ſtatutas & in Canonibus noſtris contentas, omni„ no ſubeat, *Cap: Gen:* 1742. Quanquam autem Religioſo deponenti nullum jus „ acquiſitum intelligatur, bene tamen Communitati ex Decreto Clemen: VIII. „ monentur tamen Superiores, nè contra æquitatis ordinem, ex hujusmodi depo„ ſitis proviſum velint ſubditis de interno vel externo veſtitu, aut de viatico in „ itineribus, ex obedientia ſuſceptis, aut de medicamentis, cæterisque rebus ſecun„ dum noſtras Conſtitutiones neceſſariis. *Cap: Gen: anni* 1742.

27. Solent verò eſſe in communitatibus aliqui, qui domûs alleviando expenſas, aliunde neceſſaria ſibi cum facultate Superiorum providere poſſunt. Sunt alii, qui livellis per dicta Statuta Generalia gaudent, & exinde etiam provident neceſſitatibus ſuis; ad id tamen nullus eorum (ut Capitula Generalia præcavent) cogendus eſt, ut ſibi omnino neceſſaria comparet, ſed ſimpliciter quod ſibi neceſſarium petit, à Superiore ei provideatur, niſi qui charitate erga domum ductus, ſponte, (ut plerique alleviandi Superioris & expenſæ domeſticæ causâ facere ſolent) ipſe facere velit. Ad hunc charitatis actum, habitâ ratione tenuitatis domorum, donec Deus aliter provideat, hortamur omnes & ſingulos in Domino, ut dũ ſe illis offerunt honeſti facilesque modi alleviandi domos, id non gravatè, ſed ſpontaneè, alacriter amore boni communis faciant.



http://rcin.org.pl

28. Nullus vero hinc ineptè injuſteque inferat, curam ſui cuivis relinqui, modosque ſibimet providendi eum quærere oportere: cum nos hic intelligi nolimus, niſi eos qui e livellis cum facultate Superiorũ vel conſanguineorũ aut benefactorum oblatis ſibi, ſponte ſua provident Nam qui his carent, curam ſui relinquant Superioribus, qui illis neceſſaria providere omnino tenentur & providebunt, abſque inutilibus & ſtatui noſtro non convenientibus, anxièque quæſitis eorum modis, qui ut religioſos homines dedecent, ita graviter in eos Superiores animadvertere debent, qui in ejusmodi Statui noſtro indecoris procurationibus, importunitatibus, divagationibus, miſſitationibus, conceſſionibus, commerciolis & hujusmodi notarentur. Quibus rebus neceſſario egent, Superiori dicant, vel in ſcripto porrigant; qui quæ neceſſaria vere erunt, paterne ſubpeditare non tardabit. Bonus vero & charitate plenus Rector, etiam antequam petatur, ipſemet, quæ neceſſaria ſuis deſint, inquiret, examinabit, & ultro ſubminiſtrabit,

29. Si qui vero vel ſibi ipſis neceſſaria ſua ſponte comparant, vel etiam forte ob exiguam Superioris alicujus charitatem, neceſſariis pro aliquo tempore deſtituerentur, cum homines religioſi mercenarii non ſint, nec pro ſalario, ſed pro altiore præmio, Deo, proximo, & Congregationi ſerviant, turpe & indignum viris honeſtis & religioſis eſſe arbitrabuntur, hanc ob cauſam officia, quæ ipſis obedientia imponit, negligere, aut neglectim tractare; Quare incommodum paupertati Chriſti conſimile, Deo patienter, modeſteque offerent, viâ vero debitâ apud Superiores, ut ipſis neceſſaria provideantur, agent, interim officia ſibi injuncta, quàm exactiſſimè ſemper ſub gravi animadverſione exequentur.

30. Sunt vero hæc, quæ cuivis Religioſo & ad veſtitum & lectum neceſſaria ſunt, ſive illa beneficiis ſuorum quis comparet, ſive talibus, qui aliunde ea habere non poſſunt, nec beneficiis amicorum, vel livellis abuti reperiuntur, à Superioribus provideri oportet: habitus quovis anno, tria induſia, caligæ, tibialia, æſtiva, & hyemalia, duo paria calceamentorum quovis anno, & reparatio eorum, pileus hyemalis uno anno, altero æſtivus, tænia ſeu cingulus, & galerus, dum eò eget, duo ſtrophia linea &c: ſubveſtis ex antiquo habitu honeſta: pallia aliquot pro illis qui non habent & togas ſingulæ domus habeant, ita ut unum duntaxat quovis anno pallium novum, detrito ſubſtituatur, una item toga: & quæ à nullo diſcedente tolli poſſint, ſed in veſtiario relinqui debent.

31 PP Superiores veſtimenta nova religioſis ſuis dando, (dum & thoraces ſimul ſeu ſubveſtes bonas illis præbent) vetera ab eis recipiant, ex quibus ſi ſubveſtes fieri poſſunt, eas fieri curent, ſi non poſſunt, novas tribuent. Si quis vult retinere veterem habitum, tum pro ſubveſte ſola requiſita duntaxat ad eam ſubducendam uti telam, Kuczbai &c: illi Superior præbebit & ſartorem ſolvet. Quæ reparatione in veſtitu egent, Patres Vice-Rectores curam habeant ut reparentur, vel ille qui à Rectore deſtinabitur.

32. Pro hyemalibus thoracibus pelles agninæ ſimplices, mundæ tamen iis præcipuè qui magis & ſæpius frigori ex ratione officiorum vel Scholæ, expoſiti ſunt, dabuntur, ſemper nigri vel fuſci coloris panno vel Kromras tectæ.

33. Pro lectiſterniis omnino neceſſaria ſunt; lodix hyemalis bona, culcitra, lintea duo quovis anno, ſaccus pro fœno, & pannus aliquis aut ſimplex tapes,

http://rcin.org.pl

alias *Kilim* vel duntaxat inferior circuitus lecti ex materia lanea, aut panno, lectusque ligneus. Hæc paternæ Superiorum curæ & charitati omninò commendantur, ut indiſpenſabiliter egentibus provideant primis mox diebus, ubi his deficere religioſum adventantem examinaverint: cortinæ ad feneſtras & circa lectos lineæ vel laneæ, obſcurioris coloris, nullo unquam modo ſericeæ vel pretioſiores, ſed omnino perquam ſimplices exiguique pretii, cujuscunque formæ, Superiorũ arbitrio, cui eas permittere velint, relinquuntur.

34. Jam vero cum in cubiculis ea nonnunquam deeſſe obſerventur, quæ aliis ibidem ſuccedentibus inſervire debeant, imprimis ſerio ſevereque inhibetur, ne ullus noſtrum quidquam ex cubiculo tollere diſcedendo præſumat, nec exportet, niſi cum ſcitu Superioris, aliud loco prioris commodi ſubſtituatur, ſub pæna Superioris arbitrio. Ut autem res communes ſecuriùs conſerventur, in eo libro de quo ſupra hic *Nro 24.* quilibet primo loco inſcribat, cum quibus reculis è communi præſtitis cubiculum acceperit, aut quæ illi Superior etiam poſtea addiderit ad lectum & ſimilia: ſique in aliud cubiculum ſe transferet, eadem connotet. Ac deinde diſcedendo, omnia, (niſi Superior conceſſerit ut lodicem vel quid ſimile) juxta regeſtrum inſcriptum relinquantur, Alias in viatico damnum Superior vel alio modo reſarciri curet. Res quæ uſu deſtruuntur, uſu conſumptæ vel deſtructæ Superiori præſententur & deleantur è libro.

35. Cæterum eadem penitùs neceſſaria (& Sacerdotibus & Clericis, & Fratribus Operariis indigentibus præſtanda omnino ſunt: veſtesque laceræ, & aliorum verè neceſſariorum denegatio in dedecus & opprobrium mali, charitate deſtituti, negligentisque Superioris cedant, præter juſtitiam, quæ hac in parte, ut ſupra dictum eſt, à Provincialibus omnino adminiſtrari debet. Nam quod aliis deſint hæc, quæ neceſſaria ſunt corpori veſtiendo, nutriendo, in ſanitate conſervando, medendo, calefaciendo, commode prout fieri poteſt locando, quando hæc ipſimet Superiori non deſunt, nulla juſta excuſatio eſt, fruſtraque aut paupertas incuſatur, aut Providentia offenditur, dum charitas & diligentia adſint. Quo in caſu expenſis minus neceſſariis pro fabricis & ſimilibus parcendum, & hominibus potiùs, quod neceſſarium eſt, providendum eſt. Juſtior enim majorque reverà neceſſitas eſt, charitatem debitumque commodum homini & fratri præſtare, quàm ædes aut proventus ampliare. Sed ſi inutilibus ſuperfluisque duntaxat abſtineatur expenſis, ſatis Providentia Divina etiam pauperrimis religioſis Communitatibus, pro verè neceſſariis & præbet, & ſe præbituram aſſeveravit, quærentibus nimirum primùm Regnum Dei neceſſaria non defore, quo in promiſſo Veritati æternæ falſitas opponi non poteſt, dum in eo Chriſtiana ut par eſt, collocetur fiducia.

36. Quod vero ſpectat ad qualitatem & uniformitatẽ ſervandã veſtium exteriorum & interiorum, talis ubique in noſtris domibus eſſe debet: Materia quæ vocatur *Kromras* facile in Polonia reperitur, datur & ſimilis quæ vocatur apud mercatores *Ras de Rome* fere eadem Materiæ ſpecies cum Kromras, quæ minimè nitet, eſt lanea, tenuiore, cum uſu conſumitur, quam *Kromras* filô; ex harum alterutra quam mercatores petiti facile conducent, pallia noſtri portabunt, & nullo-



http://rcin.org.pl

modo ex alia quacunque materia, ut prætenditur ſimili, uti nunquam ex Kamlot, Kinet, Barrakan groſso vel ſubtili, Serge de Romes, Peplin, Siardzia, Sukienko, ſeu quocunque alio nomine veniant, ne ulla unquam naſcatur in palliis, habitibusque, qui etiam ex Kromras & ex Ras de Rome portari poterunt, inter noſtros difformitas.

37. Panni vero pro habitibus, minore pretio quam quatuor tynfijs, ſeu florenis quinque & groſſis duobus, majore quam quinque tynfiis ſeu florenis ſex & groſſis decem, nunquam emantur, etiam pro quocunque Superiore, quare ſi carius empti in regeſtris reperiantur, à Provinciali in Viſitatione, graviter animadvertetur. Si aliquibus conſangvinei vel amici veſtes comparant, ſi ex materia ſint, nullomodo ex alia niſi ex Kromras, vel Ras de Rome, acceptari ab ullo noſtrum poſſint, ſi vero ex panno ſint, nullô modô acceptentur vel portentur cariore pretio quàm ſeptem vel octo tinfionibus. Qui pallia nunc habent, ex alia materia quam Kromras vel Ras de Rome, ea uſu jam deterant,, ſed nova ex alia conficere non liceat, nec ullo modo Superiores permittant. De habitibus ac togis idem intelligendum.

38. Longitudo Palliorum ſit ut præſcriptum eſt, una quarta parte ulnæ à terra pro ſtatura cujuslibet; habituum longitudo ad talos, Bireta è panno vel Kamlot ſimplici, nunquam materia altioris ſed nigri duntaxat coloris ſubducta, pileoli juxta morem, cum galeris, absque ulla tænia pendente, hyeme verò pilei pelle agninâ; vel vulpinâ ſubducti, mediocres, nec tam enormes, vaſti, latique ut à non nullis portari ſolent, ſed quibus etiam hyeme, commodè poſſit ſuperimponi galerus, quô exeundo ad Civitatem noſtri utentur. Cinguli omnino ex lana lati duos digitos, abſque ullis fimbriis. Subveſtes ex panno nigro, paulo infra genua, æſtate ex ſimpliciore materia nigra vel Kitay, propiore ſemper nigro colori, tibialia tam hyemalia, quam æſtiva, lanea, vel ex corio, vel ex panno nigro, vel fuſci coloris, Ad calceamenta fibulæ cujuscunque metalli tollantur, vel duntaxat ſimplices nigræ, parte ejuſdem deſuper corii omnino contegantur. Calcei pro via ad digitos rotundi non ſecti.

39. Veſtes (Palendrony) viales ex panno, vel Kromras, vel Ras de Rome abſque ullis aliis ex ſerico vel lana aſſutis ornamentis ſine globulis, vel pro claudendo, non magnis, ſed mediocribus modeſtisque globulis corneis aut ex Camelos ad diametrum parvi ſextarii. Modus veſtis hujus corpori ad lumbos bene conformis & aptus, non largior inſtar ſacci, in manicis extremitates duplicatæ alias Wyłogi, ex eodem panno, palmum non excedentes, rotundæ abſque globulis.

40. Palliis in Civitatibus noſtri ſemper utantur. Pilei hyemales magni pro via ſola uſitati, alias *Kaptury* cum pellibus nigri vel fuſci coloris, ex panno ſemper ſint, nunquam in Collegiis & domibus extraneorum portentur, ſolum in via ipſa & curru. Pelles ſimplices, qui iis utuntur, agninæ vel aliæ vulgares minoris omnino pretii, quæ penitus extra non appareant: lupinæ vel urſinæ quidem pelles, valde ſimplices & minimè caræ in viis exteriùs portari poſſunt. Manicæ nigræ vel ſubnigræ nunquam ſericeæ. Pallia contra pluvias in viis neceſſaria ſemper coloris fuſci & nigro propioris, ex panno groſſo & ſimplici; modus vero eorum

ad

ad modum Germanicorum palliorum cum ſimplicibus globulis, ejusdem coloris vel nigri ex lana, uniformis ſint figuræ apud omnes.

41. Hæc omnia de novis rebus ejuſmodi comparandis in perpetuum intelliguntur, nullique penitus ab hinc liceat novum aliquid aliter, vel alia forma, vel materia comparare, id quod ſollicitæ curæ Patrum Superiorum, Patrisque Provincialis vehementer commendatur, ut in Viſitationibus uniformitatem hanc, tam in exteriore, quam interiore veſtitu ſeriò ſemper examinet.

42. Quoad lectos, lodices, nunquam ex ſerico nec aliter quam nigro propioris coloris. Pulvinaria omnino abſque tæniis, pileoli nocturni lanei vel linei, perquam ſimplices. Panni pariter ſeu tapetes coloris obſcurioris pro lecto, & ſimpliciſſimi. Si quid ſuper lecto parieti contra muri frigus & humiditatem appendatur, ſit tela cerata vel ſimpliciter picta, vel pannus viridis, aut ſubfuſci coloris vel Raſa vel Kromras, idque duabus ulnis nunquam largiùs. Veſtis cujus uſus in ſolis cubiculis, ſi cui a Superiore permittetur, ſit lanea vel linea vel obſcurioris fuſcive coloris, nunquam altioris. Menſæ, ſedilia, armariola, arculæ, ſacci, peræ, & hujusmodi in cubiculis neceſſaria modeſta ſint, uti & imagines, quæ paupertati non ſint contrariæ nec majoris pretij.

43. Scatulæ pro tabaco, manubria cannarum, cruces, atramentaria, & ſimilia utenſilia nullo modo argentea, vel aurea, vel deaurata, nec res ejusmodi pretioſæ aut affectatæ, modeſtæque ſint figuræ; tæniæ ad cruces nigræ nunquam extra prominentes, nec ad pallia pendentes, ad cannas æque ſemper nigræ vel coriaceæ. Hierotecæ nunquam albæ, nec ullius niſi omnino fuſci coloris, laneæ vel ex panno vel ex pelle. Horologia ſine expreſſa in ſcripto licentia P. Provincialis, à nullo portentur, & paucis habitâ Perſonæ ratione concedantur. Strophia fuſci ſemper coloris, vel linea. Nihil denique ſit affectatum, nihil quod vanitatem redoleat.

44. Ut tamen noſtri omnes Sacerdotes, Clerici, & fratres Operarii pileos, galeros, pallia, veſtes & hujusmodi, ſtatui noſtro conformes ac ſimplices, ſed omnino mundas, non ſordidas nec laceras, collariola alba, non ultra collarium habitûs protenſa, (ad quæ uti & ad induſia, vel ſtrictæ tæniolæ obſcuri omnino coloris, vel funiculi nigri, vel ligulæ non argenteæ, nec ex quovis pretioſo metallo aut quocunque coloris alti, ſed corneæ, eburneæ ſeu ex viliore metallo, nigro, aut fuſco colore tinctæ adhibeantur,) capillos benè tonſos, nec ultra collare pendentes, nec contra, quam naturaliter defluunt pexos, portent, Superiores quàm maximè invigilent, neve negligentia ac ſordities hominibus quos inter verſamur faſtidioſa, quaſi nomine contemptus rerum humanarum colorentur.

45. Rem jam tot Capitulis Provincialibus præſcriptam, ad executionem & perpetuam obſervantiam deduci cupientes, Patribus Provincialibus majorem in modum commendamus & præcipimus, ut regeſtra noſtrorum in ſingulis domorum Viſitationibus, à ſingulis nec Superioribus, nec ulla perſona exceptis, requirant, in quibus quivis privatas reculas ſuas, libros & omnia fideliter connotet: quæ regeſtra à Provincialibus ſubſcribentur: ſique aliquis quidpiam celaverit nec regeſtro inſeruerit,

http://rcin.org.pl

ſeruerit, ut proprietarius re cognita puniatur. Res cuivis pro judicio & prudentia Patris Provincialis relinquentur. Eodem tempore pro quantulocunque peculio facultas petetur, & ſubſcribetur. Unumque ſit exemplar talium regeſtrorum apud P. Provincialem, alrerum apud quemvis privatum.

46. De victu in Domibus noſtris id ſatis eſſet dicere, quod infallibili experientia ſemper, & ubique compertum eſt, bonos nimirum, paternoque animô præditos Superiores, etiam in minus proviſis Domibus, commode ſemper Communitatem tractare, ſordidos vero & nulla caritate præſtantes, etiam in melioribus ac commodioribus locis, malè incommodeque ſuos alere. Quamvis ergo caritati, humanitati, prudentiæque bonorum Superiorum res hæc relinquenda ſit; quia tamen præcipue Rectorum ſunt partes, victum commodum ſuæ præbere domui, neceſſe eſt, & ad hunc Viſitationis Apoſtolicæ ſolicitudinem extendi.

47. Quatuor ergo portiones non numero ſed re ipſa juſtæ, in quantitate commoda, ſanæ, benè paratæ, mundæ, & quoad fieri poteſt, debitè conditæ & accommodatæ, ſingulis diebus mane; duæ veſpere pro more dari ſolent & debent. Veſpere diebus jejuniorum portio una commoda, vel panis cum vino, aut mulſo detur. Jn Dominicis, Feſtis, aliisque diebus ut Martis & Jovis dum aliquid additur, ut etiam ad poſtremos locô æquè perveniat, Superiorum charitas meminerit ac provideat.

48. Si Frater Operarius non adſit, honeſta ſolutione coquus ubique conducendus eſt, qui res non potius inficiat ac deſtruat, quam præparet. Jn majoribus Feſtivitatibus, & quibusvis extraordinariis, ut Bacchanaliorum aut recreationum temporibus, uno, duobus, tribusvè ad plurimùm ferculis menſa nunquam ampliùs augeatur, ne in tractandis quidem quibuscunque hoſpitibus, multominus Viſitationis Provincialis tempore. Panis ut ſanus, ſapidusque ſit, maximopere incumbendum eſt.

49. Potum vini, mulſi, & ſimilium (præter ordinarium apud nos cereviſiæ, bene ſemper excoctæ & tempeſtivè confectæ) aliquibus feſtivioribus diebus dare convenit. Si igitur perpenſis domorum reditibus commode præberi poſſit, non denegetur, quod diſcretorum Superiorum prudentiæ & humanitati relinquitur, ſemper verò ad communem menſam præſentibus omnibus in refectorio id fiat.

50. Cum vero aliæ præterea pro hoſpitibus, infirmis, & in Viſitatione Provincialis, expendendi pro vino gallico, ſive hungarico aliove potu occaſiones dentur, pro his omnibus, ducta proportione & ratione perſonarũ, temporis, & proventûs domeſtici, expenſa non magna fiat, ut autem hæc faciliùs in Viſitatione pateat, ſpecificè Menſis, dies, perſonæ, pro quibus emptum, quantitas expenſæ, clarè, diſtinctè, non confuse, nec generalibus terminis, regeſtris manualibus, ſemper Provinciali præſentandis inſcribatur, qui ſi juſtè vel injuſtè hæc expenſa facta ſit, ſeriò examinabit, & disjudicabit, atque in Superiores, ſi qui in his plus juſto expenderent, graviter animadvertet.

51. Ubi verò Domus non ſunt bene proviſæ, vel debitis aut reparatione, aut fabricâ oneratæ, vel aliis gravioribus neceſſitatibus preſſæ, ibi Superior nullo-

modo

http://rcin.org.pl

modo tenetur ad ullam extraordinariã. præter bonam cereviſiã, pro alio potu expenſam. Jdem intelligendum & de domibus pauperioribus & ſimul a commercio remotis, ubi in aliquibus Provinciis Regni vinum difficulter habetur.

52. Jam cum Superiores pro modo Status paupertatisque Religioſæ commoditatem in victu, potuque præſtare tenentur, hoc loci ex Capituli Reſſovienſis Anni 1705. & Varęzenſis Anni 1735 inſeritur. Si quis in ebrietate deprehenſus fuerit cum gravi ſcandalo Sæcularium ſive domeſticorum, ſive etiam noſtrorum Religioſorum, pro prima vice, imponatur ei à P Rectore jejunium in pane & aqua ter in hebdomada, & pariter tres diſciplinæ in medio Refectorii tempore prandii, recitante Lectore ad menſam Pſalmum *Miſerere*: Pro ſecunda vice, deijciatur etiã de loco profeſſionis poſt Operarios per menſem, impleatque pœnas ſuperius recenſitas Pro tertia vice, includatur carceri cum ſolitis jejuniis in pane & aqua, alternis diebûs, & Superior ſignificet P. Provinciali, de cujus conſenſu ejuſmodi ebrioſo in ordine ad ejectionem dabit monitorium primum, ſi non reſipuerit, ſecundum, quodſi verò etiam poſt ſecundum, hoc vitio notatus fuerit, deſcendet ad tertium monitorium.

53. Si vero contingat ejusmodi perſonas notatas de uno Collegio ad aliud tranſire, tenebitur P. Rector ſignificare, ſub quo pœnas primas & quas ebrioſus ſubiit, alteriùs Domûs Rectori, ad quam mittitur, & iſte alii, tam ex præterita, quam ex ſua domo dabit notitiam, quoties pœnam pro temulentia injunctam ſubiverit, ut ita gradus pœnarum & monitoriorum faciliùs poſint obſervari, & P. Provincialis, ut Rectores benè de ipſis informentur invigilabit. Monitoria ſi quæ data, libro Matriculæ inſcribi curabit, Qui vero ante præſens ſtatutum, pro hoc vitio mortificati non reſipuerint, nec hucusque reſipiſcunt illis P Provincialis in ordine ad ejectionem dabit monitorium. Rectorem verò, ſi ſimili vitio, Deus avertat notaretur, Provincialis ab officio ſuſpendet ad tempus arbitriò ſuô deſtinandum. Fratres Operarii eodem ut ſuperius modo, punientur.

54. Superiores ad cubiculum ſuum, ſive aliò, noſtros ad potandum non invitent, ſive potus pro domeſtica, ſive proquacunque ematur pecunia, ſive gratis ab aliquo noſtro vel extraneo offeratur, ſed in communi menſa id faciant, quod adcommodum Religioſorum pertinere judicabunt, ne exemplum aliis ejusmodi invitationum præbeatur. Si alicui è noſtris dandum ex neceſſitate potum vini vel aliũ Superior judicabit, id ad menſam communem faciat, vel uni illi ad cubiculum mittat.

55. Hoſpites noſtros ſi excipiat, præter mediocrem ad menſam, ſi libet, vini vel mulſi ſuppeditationem, eos extra menſam non tractet. Hoſpites extraneos quam rariſſimè, & niſi in caſu evidentis neceſſitatis, moderatè & ſobriè, nec unquam ad ſeram noctem, & ut à pauperibus Religioſis eos tractari appareat, qui ſemper profuſionem in domibus religioſis aut deinde derident, aut eâ ſcandalizantur.

56. Superiores à conviviis, quocunque prætextu, ſæcularibus præbendis cum luxu, & ſumptu, ſtatum noſtrum dedecente, abſtineant; choreas, quocunque

etiam

http://rcin.org.pl

etiam extra portam loco, aut in prædiolis domus non permittant. Muſicos ſæculares cum inſtrumentis ad menſam, ad ſtrenas, ad gratulationes, ſalutationes, valedictiones, etiam mediatis Superioribus faciendas, ad recreationes vel domi, vel ubicunque extra, etiam tempore Bacchanaliorum nunquam adhibeant, nec ulli noſtrorum ſimilia concedant, male enim de nobis loquendi occaſionem talia præbent, & gravia exinde ſcandala proveniunt; unde hæc omnia ſacro-ſanctè ſub gravibus pœnis præſenti Viſitatione Apoſtolica in perpetuum prohibentur & tolluntur.

57. Sæcularibus quoque quibuscunque etiam conſanguineis, ſive è pecunia, ſive è rebus quibuscunque ad domos pertinentibus præſtare, ac in eos liberales eſſe & votum paupertatis, & ratio muneris Superiorum, qui non ſunt domorum domini, & ſtatuta communia, & noſtra clarè prohibent, ut ita providendis ſuorum religioſorum neceſſitatibus, quod eorum munus eſt, juxta modum noſtræ paupertatis ſufficiant.

58. Superiores pariter, dum ipſi contrario abſtinebunt exemplo, ſeriò invigilabunt, nè noſtri in cubiculis, ſeu ubicunque, compotandi causâ, quocunq; feſti, aut diei Patroni prætextu, quacunque occaſione, alii ab aliis invitentur, aut tractentur. Quæ prohibitio ſancta ac perpetua, nè dum religioſos Ordines obſervantiores, ſed & apud dignos Sacerdotes, Sæculares Dominos Miſſionarios inviolabiliter obſervatur. Notatos autem vel minimâ ad hoc vitiū inclinatione, ad ſæculares in negotiis, & quomodocunque, nunquam Superiores mittant, nec Sæculariū menſis accumbere, domos eorum adire, ullo modo permittant, vel ſi talibus unquam permiſerint, ebrietatisque iſti notati ſint, in Viſitatione à P. Provinciali Superiores ipſi graviter puniantur. Quæ ſuper his rebus ſumma attentio PP. Provincialibus, maximopere commendatur, tam in majoribus, quam in minoribus Communitatibus & locis.

59. Ad tollendum verò penitùs quovis modo efficaciore hoc vitium, ſeu cum jam Dei auxilio expulſum ſit, ad procurandum efficaciter ne unquam redeat, quemadmodum Provinciales Noſtri ex lege municipali in Sardinia jurant, ineundo Provinciale munus, quod nocturna poſt benedictionem conventicula noſtrorum totis viribus impedient, ita è lege Provinciæ Noſtræ municipali, lectis pro munere Provincialatûs Patentibus, Provinciales noſtri tactô pectore jurabunt in hæc verba: Præſcripta omnia à Capitulis Provincialibus & Viſitatione Apoſtolica, præſertim contra vitium ebrietatis, obſervari curabo.

60. Superiores extra menſam communem, in cubiculis ſuis aut alibi præter ſolam infirmitatis cauſam manducare caveant, & ſubjectos ſibi idem facere citra juſtam neceſſitatem non permittant. Hoſpites ſive noſtros, ſive alios, ad menſam potius communem invitent, niſi evidens neceſſitas aliud ſvaſerit. Patres Provinciales in Viſitatione, & extra, communem menſam omnino ſemper accedant. Præter mappulas, mappis tegantur menſæ in domibus, in quibus id fieri poteſt; quarum uti & omnium vaſorum munditiem, ut ad quos pertinet diligentiſſimè procurent, Superiori cordi ſit: Jtem ut omnia ſuis temporibus coemantur, conducantur, parentur.

60.

http://rcin.org.pl

61. Jn maximis Feſtivitatibus tempus prandendi æqualiter obſervare difficile eſt, ſed præter illas, diebus feſtis, Dominicis, & ferialibus hora ipſa undecima, (præter Profeſſoria ut alibi) conſtanter abſque ulla mutatione prandium ubique detur, & ſonante undecima, ab Horario pro examine conſcientiæ ſemper pulſetur, non interrogato ( prout veſpere id fit) Superiore, niſi ipſe, quod rariſſime cõtingere poteſt ob juſtam & magnam cauſam expectari juſſerit. Jejuniorum tempora, ac modus, juxta præſcripta noſtris generalibus capitulis & uſus locorum, ubique ſerventur, ægrotorum cum omni charitate ratione habitâ.

62. Si quid enim verò charitatem Superiorum erga ſuos paternam probat, eſt certè exacta Regularum, Statutorũq; noſtrorum erga infirmos executio, quorum neglectus non ſolum charitatis defectum in iis arguit, ſed & humanitatis ſenſu Superiores deſtitutos oſtenderet. Primas ergo res, inter quas Provincialis viſitans indagare ex officio in ſingulis domibus debet, eſt certè, utrum cura debita infirmorum habeatur, an cubiculum commodum, an ad obſequium infirmi, Frater Operarius, val ſaltem ſæcularis aliquis honeſtus & diligens deſtinatus ſit? an Rector quotidie, ſæpiuſque, infirmum adierit? an qui Officium Infirmarii habet, eidem ſatisfaciat? an victus potusque, pro ægro ſeparatim paretur? an lectiſternia ſint commoda & munda ? an in neceſſitate Medicus Chirurgusque adhibitus ? an pro medicinis neceſſariæ expenſæ factæ? an Valetudinariis commodiores ſanioresque portiones ſubminiſtrentur? an ægroti ad Sacramenta ſumenda diſponantur ? an ab aliis noſtris infirmos viſitandi & conſolandi adimpletur officium? & his ſimilia.

63. Si aliquis æger, vel qui jam convaluerit, de cura ſui à Superiore neglecta juſte conqueſtus fuerit, aut Provincialis aliunde ita re vera fuiſſe reſciverit, graviter & irremiſſibiliter in Superiorem animadvertet. Aut ſi, ut cuilibet liberũ eſt, ad capitulum Provinciale, ſeu ad Commiſſarios Judices in Capitulo deſtinari ſolitos, de non emendata à P. Provinciali negligentis hac in parte Superioris culpa deferetur: Superior re deductâ convictus, pœnam præſentibus Capitularibus, infligẽdam ſubibit. Jn Civitatibus & oppidis ubi medicus haberi poteſt, à Superiore deſtinetur, factâ cum eo debita conventione, in aliis locis nulli expenſæ parcendum, ut in neceſſitate conducatur.

64. In omnibus domibus noſtris, Officinæ duæ ſeparatæ in perpetuum auctoritate præſentis Viſitationis Apoſtolicæ conſtituuntur, nimirum ut ſint omnino ſeparata cubicula pro infirmis, alia pro noſtris hoſpitibus, bene commodeque pro paupertate accommodata, inquorum utriſque nullomodo quisquam è noſtris manentibus unquam collocetur, nec ullis rebus occupentur, ſed ſine infirmo vel hoſpite, ſint omnino ſemper vacuæ, uti in omnibus noſtris Italicis, Germanicisque domibus exemplum habemus, & uti regulæ jubent: quæ cubicula cum neceſſe eſt, commode calefiant.

65. Commendatur vehementer Superioribus: ut quo ad fieri per ædes poteſt, ſingulos religioſos, etiam juniores, in ſingulis cubiculis manere faciant: potius tamen deficientibus cubiculis, hoc interea incommodum tolerabitur, quam ut infirmorum hoſpitumque cubicula, à manentibus in domo occupentur. Cubicula

H itaque

http://rcin.org.pl

itaque hæc, ſaltem unum pro infirmis, unum pro hoſpitibus, donec Providentia ædes ſicubi anguſtas ampliaverit, ut intra ſpatium annorum trium a publicatione harum ordinationum ab omnibus Superioribus ſeparentur, & debitis commodis provideantur, auctoritate Viſitationis Apoſtolicæ ordinamus, utque P. Provincialis futurus & PP. Provinciales ſuccedanei, ſi in quibus domibus id præſcripto hic tempore, fieri nullo modo poſſet, rei hujus executioni invigilare non deſinant. Jntra idem tempus, ut locus pro veſtiario communi, in qualibet domo deſignetur cum ſuis armariis, culcitris, lodicibus, aut cubiculum ſeparatum, aut vero in Fratris alicujus cubiculo, capax commodumque armarium unum vel alterum.

66. Circa commodam denique fornacum calefactionem, tam in communi Oratorio, & Refectorio, quam in aliis cubiculis quotidianam, Patrum Superiorum charitas ſummopere obligatur: uti & circa papyri, atramenti ac luminis neceſſarii ad cellas debitam ſubminiſtrationem, habitâ juſtâ eorum ratione, qui pluribus candelis verè indigent, eaſque inutiliter non conſumunt. Nihil vero indecentius magisque incommodum, quam pati tenebras in curritoriis ac refectorio intra manducandum, eas itaque tandem pro charitate & humanitate tollere, ſingulisque menſis candelas apponi Superiores curent, quarum duæ ad ſingulas, in paupere S. Pantaleonis domo, præter candelabrum ſeu luſtrum cum candelis in medio refectorii, quotidie lucent. Lampadem quoque in medio curritorii tota nocte collucere debere è præſcriptis Pontificum meminerint, quod & in aliiis contignationibus (quæ habitantur à noſtris) Domûs, omnino obſervandum eſt. Secus, non paupertas ſed negligentia & mala conſvetudo accuſanda eſt.

67. Hactenus de Officio Rectorum, circa directionem religioſorum ſuorũ in via perfectionis, circa commoda neceſſaria in victu, amictu, cubiculis & cæteris, quorum utrumque præcipuæ ſummæque ſunt illorum partes. Non attendentes vero præſertim in Viſitationibus PP. Provinciales pro tempore exiſtentes, executioni harum & ſequentium Ordinationum, graviſſimo ſuorum Judicum ſubſint judicio.

## §. III.

## *De munere Rectorum, quo ad Scholas Pias.*

68. QUod jam attinet ad Scholas, quarum ut quam optimè procedant, ſolicitudo & cura, longe præcipuum eſt Rectoris cujuslibet miniſterium. Viſitationes itaque Scholarum à quolibet Rectore menſibus Novembri, Februario, Aprili, & Junio, quater in annum nunquam minus, penultimâ vel ultima Menſis ſeptimanâ, diebus bene viſis cum Præfecto Scholarum & Scrutatore diligentiæ indiſpenſabiliter fiant. Sique Rectores prævident, ſe ea ſeptimanâ abſentes futuros, vel etiam inopinato caſu neceſſitatis ſint abſentes, omnino viſitationem Scholarum, vel anticipent, vel primis diebus ſequentis Menſis irremiſſibiliter abſolvant, libroque Domûs ut ſuperiùs dictum, ſingulas Scholarum viſitationes inſcribi faciant.



http://rcin.org.pl

69. Jn iis verò de doctrina imprimis Spirituali Chriſtiana, in ſingulis Scholis etiam Rhetoricæ, quolibet die manc & veſpere tradi ſolita, de precibus quotidianis, de Miſſæ Sacrificiis, de Sacramentorum uſu, de Oratoriorum & Catechiſmorum frequentatione,ſimilibusque interrogent. Tum characteres & compoſitiones bene deſcriptas ſibi reddi faciant, ſeas nempe, quæ ultimo die allatæ fuerint: ex Auctoribus qui explicantur, præceptisquè Scholæ propriis aliquid interrogent; Arithmeticæ aliquam quæſtionem proponant. Qui Scholas diligenter qui negligenter frequentont,inquirant, ſi aliquis malus, contumax, aut ſcandaloſus è Scholaribus eſſet, à Præfecto vel Magiſtris edocti,eum graviſſimè commoneant, vel puniri aut excludi faciant; omnes denique ad Dei amorem timoremque, peccati fugam & virtutis cultum, paternè ubiqne cohortentur,

70. Rectoris intereſt ſcire omninò, quomodo quisque è noſtris ſcholam ſuam doceat, nè tempus conſumatur, ne ineptiæ dictentur, ne præſcripta pro docendis omnibus Scholis methodus negligatur, quam Rector imprimis legere & callere tenetur, ne Spirituales imprimis doctrinæ, moralesque lectiones ullomodo negligantur; in omnibus Scholis etiam Philoſophia, ne Profeſſores tardent, aut à Scholis abſint, nec thecas ad dictandum ſine expreſſa toties quoties Superioris facultate, quæ rariſſimè omnino dari poſſit, relinquant; ne Præfectus officio ſuo deſit, aut Profeſſores ejusdem authoritati ne derogent,neve Præfectus ijſdem injuſtam aliquam moleſtiam pariat: ne diſcipuli indiſcretè caſtigentur, aut affligantur: ne in frequentibus quæ dari ſolent offenſionum, tumultuum,aut rebellionum occaſionibus imprudentius noſtri aliquid committant, neve quidquam in majoribus caſibus de rebus, quæ contingunt, Rectorem lateat. Devotiones omnes confeſſionesq; ordinariæ, conciones, catechiſmi & controverſiæ horâ integrâ, & alia hujusmodi, ut rite ac ſuo ſemper ordine fiant Ut actus Academici, Examina, & id genus ſuis diebus prout præſcriptum eſt, à nemine intermittantur: His omnibus continuò invigilare proprium & primum Rectoris,Scholarum Piarum munus eſt.

71. Teſtimonia de diligentia Magiſtrorum Capitulis 1705. 1741. & 1747. ſtatuta, Provincialibus Varſaviam à Rectoribus expedientur, tali modo: *Rector* primis Junii non tardius, quo teſtimonia hæc ante finem Junii ad manus P. Provincialis pro diſpoſitionibus Provinciæ pervenire poſſint, convocabit ad ſuum cubiculũ Præfectũ Scholarũ, & deſtinatũ aliũ Scrutatorẽ diligentiæ, de Præfecto vero ipſo, loco ejus tertius alius Scrutator à Provli deputetur) dictoq; *Veni Sancte &c.* imprimis præleget eis formas, tam juramenti præſtandi, quam quomodo debeant ferre & ſcribere teſtimonia, ut non dubie nec ſuis à ſe excogitatis verbis, ac circumſcriptionibus non neceſſariis, ſed clarè, terminis ſatis copioſè in forma præſcriptis utantur, & exprimant exprimenda; memores ſemper quod tam de pietate Magiſtrorum bonisque moribus, quam de literis, tum de Concionatorum bene vel male geſto munere debeant ferre & dare diſtinctè ſcripta ſemper teſtimonia jurata. Juramenti forma hæc eſt. *Ego N. præſens teſtimonium de diligentia Præfectorum, Profeſſorum & Magiſtrorum, in promota ab eis pietate & literis tum & de Concionatorum geſto munere,non odio, nec favore, nec ullo affectu aut paſſione, ſed*

*pro conſcientia ac rei veritate perhibebo, & ſic juro, tacto pectore.* Tum Rector & ambo Scrutatores quilibet ſuum teſtimonium ſcribet, hac forma: *Ego N. teſtor N. docuiſſe Scholam N. diligenter* vel *negligenter. Sufficienter,* vel *non docuiſſe ſufficienter ob capacitatis defectum. Laudabiliter.* vel *diligentiſſime & laudabiliſſime,* Vel *perperam* vel *negligentiſſime; Eumque religioſis moribus præditum fuiſſe,* vel *levitatis notatum fuiſſe, & diſcipulos ad pietatem formaſſe* vel *pietatis curam neglexiſſe. P. Concionatorem N. & moribus & exactâ deſtinatis diebus in prædicando diligentiâ, muneri ſuo ſatisfeciſſe,* vel *laudabiliter* vel *laudabiliſſime ſatisfeciſſe,* vel è contra. *P. Præfectum diligentiſſime muneri ſuo invigilaſſe.* vel ſecus.

72. Qui termini prout quisque eos merebitur, applicabuntur, ita, ut mediocri ſufficientiæ & diligentiæ addatur diligenter & ſufficienter docuiſſe, vel duntaxat ſufficienter: Negligentiæ notatæ addatur vel remiſsè vel negligenter: illi qui majora profectûs diſcipulorum documenta præ aliis dederit, addatur laudabiliter; illi, qui & ingenio, & labore, in quacunque Schola etiam ultima excelluerit, addatur laudabiliſſimè & diligentiſſimè, vel ex his alterutrum: Qui jam maximæ negligentiæ, tardando ad Scholas, vel eas omittendo, vel tempus in Schola fruſtra conſumendo, dictanda non dictando, aut inepta ſemper dictando, & ſimilium notatus fuerit, illi addatur, negligentiſſimè. Jn quibus terminis tam laudis, quam vituperii, nihil unquam prodigendum eſt: curandum verò ut ex teſtimonio pateat Magiſtri cujuslibet & pietas & in docendo diligentia, & ingenium, aut his contraria. Conſcripta teſtimonia unus alteri Scrutatorum non communicet, ſed ſeorſive ab uno quoque ſigillentur, & ſigillata P. Rectori ad P. Provincialem mittenda, conſignentur.

73. Pater Provincialis, teſtimoniis his cum Conſiſtorio ſuo examinatis, & Provinciæ diſpoſitionibus factis, curabit in præſentia ſui ſtatim ea in ſuperficie ſubſcribi, ſigillari, & uſque ad futuri anni teſtimonia conſervari in caſum alicujus eorum neceſſitatis, quæ ſi nulla erit, nec ullus oppoſitionem ſecerit, vel de non debite teſtimoniis datis, vel de decreto contra teſtimonia lato; tum præſentibus PP. præteriti anni teſtimonia comburentur vel minutim lacerabuntur.

74 Ad Secretum ſtrictum reviſores ſemper tenebuntur. Quicunque vero contra Scrutatores, vel Judices injuſta locutus fuerit, & in probatione defecerit; graviſſima puniatur pæna. Jiſdem gravibus pænis irremiſſibiliter ſubſint Scrutatores, ſi illis, (quod Deus avertat) injuſtum quid hac in re deductum fuerit.

75. Decretum jam apertis & iterum trutinatis teſtimoniis, ſequendo tria, vel duo contra unum, Provincialis cum Congregatione (etiam tertio quovis anno novus) Menſe Octobri vel Novembri faciet, & per Domos publicabit: iterumq; teſtimonia ſigillabit. In decreto autẽ iisdẽ qui ſuperius expreſſi ſunt, quiq; in teſtimoniis reperientur, terminis, Concionatores, Præfectos, Profeſſores, Magiſtrosque afficiet *vg.* N. à S N. Magiſter Scholam N. diligenter, vel negligenter, ſufficienter, vel inſufficienter, vel laudabiliter, vel diligentiſſime, vel laudabiliſſime docuit, vel è contra, pietatemque ſimul promovit, vel non. P. Concionator N. debite, vel laudabiliter, vel laudabiliſſime ſuo munere functus eſt: vel

http://rcin.org.pl

vel è contra, &c: Tam verò in teſtium teſtimoniis, quam in Provincialis Decreto, nihil erit æquivocum, ſed bene breviſſimisque verbis omnia expreſſa. Deinde Provincialis Decretum ſuum libro Provinciali inſcribi faciat, quod & libris domorum, quovis annô in libro Familiarum vel alio ad id ſeparato, Rectores inſcribi jubeant.

76. Qui negligenter docuiſſe, aut munus concionatorium geſſiſſe decreti fuerint, annum meriti perdidiſſe in eodem decreto declarentur, & ut in eos Provincialis animadvertat, ejus arbitrio, juſtitiæque relinquitur. Cum expleto annorum pro Scholis docendis decretorum numero, teſtimonium Patentibus literis Provinciales dabunt, prius examinabunt in annuis decretis, quomodo quisque docuerit, & qui negligenter anno aliquo docuerit, ad Scholam diligentiùs docendam remittetur, qui vero negligenter pluribus annis docuit, illi patentes literæ à Provinciali denegabuntur, nec ullius in Provincia muneris, gradusque erit capax.

77. Ut autem facilius iſta ſemper pateant, P. Provincialis ipſemet, omniũ mores, pietatem, diligentiam vel negligentiam, bene maleque geſta, quolibet anno libro matriculæ ad hæc jam parato & inchoato, pro conſcientia irremiſſibiliter omnino inſcribat, eumque ſive penes ſe, ſive in ſuo Archivo bene conſervet, nè ad quorum notitiam non pertinet, perveniat.

78. Capitulum Reſſovienſe Anni 1682. ſtatuit, ut Magiſtri antequam Scholas incipiant, per Scholaſticorum Auctorum explicationem, & exhibitam Scholæ, quam docturi ſunt, convenientem compoſitionem, dent priùs coram Rectore aliisque experimentum; quæ lex renovatur, ita, ut P. Rector præſentibus aliquot Patribus Magiſtrum vocet, & illi explicandos Auctores caſu aperiat, explicarique jubeat. Magiſter autem quilibet compoſitionem paratam eidem præſentet: Parvæ nimirum, Infimæ, Grammatices & Syntaxeos Magiſtri verſionem bonam Polonicæ linguæ in Latinam, Profeſſores vero Humanitatis & Rhetorices primô duntaxat, & ſecundô Scholæ, quam docent annô, compoſitionem aliquam eodem modô præſentabunt, partemque aliquam Authorum explicabunt. Quem modeſtiæ actum non in viti facient: nec ab eo per Superiorem abſolventur.

79. Capitulum Varęzenſe Anni 1732 ſtatuit, ut Profeſſores Scholarũ omniũ & ſcientiarum, nec non Concionatores, ante inchoationem muneris & officii ſui, in præſentia localis ſui Superioris, Profeſſionem fidei quotannis faciant: quæ lex renovatur, ita ut hæc profeſſio fidei emittatur ab omnibus eodem actu, ut mox ſuperiore articulo præſcribitur.

80. Plura Capitula ſtatuerunt, totiesque legem hanc confirmarunt, quæ itidem renovatur, ut Profeſſores Humanitatis ac Rhetorices, meliores ſuas lucubrationes vel omnes, vel delectas ſaltem aliquot, bene deſcriptas, in Bibliothecis omnino relinquant, ſubſcripto nomine proprio. Ad quod eos Rectores omnino obligent, nimirum ut die 1. Julii eas Rectoris manu ſubſcribendas reddant, qui inobedientes puniat, aut Provinciali deferat puniendos.

81. Libros qui explicandi ſunt in omnibus Scholis, Rectoris præcipuum

munus

munus eſt, videre, & qui uteunque ſuſpecti eſſent, eliminare, ac graviſſimè prohibere. Quare ſine ſcitu Rectoris Præfectique, nullus liber in Scholis tractetur.

82. Rectoris quoque præcipuè partes ſunt, invigilare, ne ſolidus guſtus & melior methodus, in tradendis bonis artibus literisque & ſcientiis paulatim vitientur ac depraventur. Proinde ejus eſt, compoſitiones identidem examinare, Academicis declamationibus, & examinibus conſvetis, & circulis diſputationibusque imprimis ac indiſpenſabiliter adeſſe, conciones nonnunquam audire, & quæ in his omnibus, ſuo vel aliorum judicio corrigenda viderentur, ut corrigantur curare. His Actibus Scholaſticis tam ut exactiùs illo cenſore fiant, quam ut aliis det exēplum, & juvenes ad majorem alacritatem excitet, primus Rector ſemper vel eo domò abſente, Vice Rector præſens adeſſe curet, aliisque Patribus, etiam Senioribus ut adſint, plurimum invigilet. Non convenit ullomodò, ut Superiores ob alia negotia principali huic illorum officio ſeſe ſubtrahant. In libro, de quo ſupra Parte hac § I. num: 16. Secretarius Domus inſcribat nominatim omnes noſtros Religioſos actui cuivis Scholaſtico præſentes, ita: *Præſentibus* N. N. N. Scenicas repræſentationes aut nunquam, aut perraro & bene à ſe vel ex commiſſione ſua ab alio examinatas permittat.

83. Bibliothecarum cura majorem in modum Superioribus ubique eſt commendata, & legibus Capitulorum deſcripta, imprimis ut eas quotannis augeant, & librorum quibus Bibliothecam auxerint, numerum tempore Viſitationum P. Provinciali oſtendant, qui ſi utiles, ſi neceſſarii, non pro numero tantum, & ſolum ad obtinendum teſtimonium conquiſiti fuerint, diſcernet & judicabit.

84. Quare præſenti ordinatione ſtatuitur, quod cum in plerisque domibus Juniores noſtri finitis Philoſophicis aut Theologicis Studiis manentes, libros non reperiant è quibus melioris Literaturæ, item Philoſophiæ ac Theologiæ hauſta principia diligenti lectione perficiant, ut Rectores omnes Scripturam cum commentariis præſertim Calmeti, Opera Sanctorum Patrum, compendium Tournelyi, aut ipſiusmet Tournelyi prælectiones Theologicas, Concinæ Theologiam moralem, Melchioris Cani, Collegii Petrocoricenſis, Abelly, Gotti, Berty, Vitaſſi, &c: Philoſophica & Mathematica præter veteres, Galilæi, Leybnicii, Gaſſendi, Neutonii, Wolffii, Cartheſii, Corſini, Purchotii, du Hamel, Roy-altij, Des- chales, Ryctij, Fortunati Brixia, Antonii Genuenſis, Muſſembrocii, Daugoumeri, Graveſandi, &c: bonos item Hiſtoricos, Geographos, Oratores, Politicos, Poetas, Mythologos, Dictionaria, ut Lexicon Hoffmani, Faciolati, Moreri: Auctores claſſicos veteres, uti Opera omnia Ciceronis, Cæſaris, Salluſtii, Livii, Plutarchi, Juſtini, Velleij Paterculi, Sulpitii Severi, Taciti, Plinii, Herodoti, Thucididis, &c. Virgilii. Horatii, Ovidii, Martialis, Juvenalis, Perſii, &c. Demoſthenis, Jſocratis, &c: Orationes: Conciones ex Græcis & Latinis: Bembi, Sadoleti, Paulini, Mureti, Politi, Faciolati, Perpiniani, Laurentij, Vallæ elegantiarum, Aldi Manutii, Roterodami, & plura id genus comparare paulatim ſtudeant: & qui illis cum tempore a peritioribus doctisq; viris cōmendabuntur, etiam in Lingva Græca, Gallica, Italica, & Germanica, pro eorum qui linguas has diſcent uſu: ut quovis Annò aliqui ex his libris Bibliothecæ accedere poſſint, uti etiam, & quidem imprimis, libri

http://rcin.org.pl

bri Spirituales ad tradendos Catechiſmos, lectionesque Morales,& libri aſcetici, ad fovendum privata lectione, cujusvis ſpiritum, boni item Concionatores augeantur: beneque ac ſolidè omnes libri compingantur.

85. Præter curam verò augendi libros, non minus neceſſaria conſervandorum diligentia eſt: ut tandem aliquando efficaciter ad hanc conſervationem perveniatur, ſtatuta omnia vetera brevibus renovantur: Patres Rectores Indices librorum ubique renovari:& novos hôc, & ſequentibus annîs conſcribi, vel ſi bene conſcripti ſunt, ſi in quo deficiunt, augeri & perfici omnino curent, ac Bibliothecariis duos è Noſtris addant, ut omnino Bibliothecæ ad bonum ordinem reducantur, quod & ſucceſſores eorum Rectores imprimis cordi habeant.

86. Deinde cum obligatio perpetua ſit, ut ne unus liber è Bibliotheca ſine ſcitu Bibliothecarii, non inſcriptus efferatur, ſit imprimis in ſingulis Bibliothecis liber, in quo ſinguli libros, quos exportant ſcribant; cui rei Bibliothecarius ſummopere invigilet, qui ſemel Menſe Januario, alterâ vice Menſe Junio cum hoc libro cubicula omnia obeat, ut libros qui inſcripti ſint, & apud Superiores, & apud omnes videat: ceſſante verò uſu librorum, præſertim ſi in aliam domum diſceſſuri ſunt, omnes libros ipſimet ad Bibliothecam in præſentia Bibliothecarii referant, ſuis locis deponant, & ſuos indices manu propriâ ſubſcribant tali modo; teſtor me libros in indice meo ſuperius à me deſcriptos omnes in Bibliothecam retuliſſe, & Patri N. Bibliothecario reddidiſſe N. à S. N. Jtem P. Bibliothecarius: teſtor me eoſdem libros omnes à P. N. recepiſſe, N. à S. N. Menſe, die, & anno N P. Rector neminem diſcedere permittat, donec Bibliothecarius teſtatus fuerit, & oſtenderit libros ſe ab eo recepiſſe. Amor boni communis honeſtasque, præter pænæ & cenſurarum Pontificiarum in transgreſſores metum, ad ſtatutorum toties repetitorum obſervationem ſingulos è Noſtris adducet.

87. Ut hoc loco res de Bibliothecis abſolvatur,annectitur punctum Capituli Varęzenſis Anno 1744. de libris Bibliothecæ Provinciæ. Declaratur itaque eorum extra domos Noſtras extractionem, aut exportationem abſque expreſſo mandato P. Provincialis, ſub iiſdem pænis non licere, in quas illi incidunt, qui ex Bibliothecis Domorum Noſtrarum, libros extra domum extradere, aut exportare auderent. Solus igitur P. Provincialis eos quò neceſſe erit diſponet. Singuli libri ad Bibliothecam Provinciæ pertinentes, & qui deinceps augebuntur, ita deſcribentur: Bibliothecæ Provinciæ Polonæ Scholarum Piarum Libri hi à PP. Rectoribus Domorum non inter libros Bibliothecæ Domeſticæ miſcebuntur, ſed ſeparatim in Bibliotheca deponentur, ac deinde in manus PP. Profeſſorum, à Profeſſoribus vero in manus Studentium conſignabuntur,per eoſdemque Profeſſores,horum librorum uſu finito,à Diſcipulis exactè recipientur, & conſcio Rectore in ſeparato loco Bibliothecæ reponentur. Si alio transmittendi ſint, P. Provincialis P. Rectori ſcribet, qui indicem transmiſſorum P. Provinciali, & alium Rectori cui mittuntur, mandabit; Rectorque qui hos libros receperit, & Rectori qui eos miſerit, indicem receptorum, & alterum eorundem indicem Provinciali transmittet. P. Provin-

http://rcin.org.pl

vincialis ſyllabum generalem horum librorum habebit, eumque exeunte ſuo triennió, renovari curabit, & novis libris pro ſtudiis noſtrorum valde neceſſariis, diligenter augebit, ut & Rectoribus Domorum bonum exemplum præbeat, & ſtudiis noſtrorum opituletur. PP. veró Rectores Profeſſorum & Studentium omnium noſtrorum ſingulari curæ commendare non ceſſabunt, hos ut libros uſui Succeſſorum relinquendos meminerint. Jidemque PP. Rectores obligantur ut eoſdem libros telâ craſsâ obvolvi ac circumſui bene curent, ſimpliceſque has, ſed fortes compacturas, cum opus fuerit à PP. Profeſſoribus præmoniti, non gravatim renoxent. Quicunque vero libros Bibliothecarũ ſive Domûs, ſive Provinciæ maculare, lacerare, non in debito loco collocare, non bene cuſtodire, & tractare repertus fuerit, ſtatim à Superiore pœna etiam graviore puniatur. Hactenus de Bibliothecis primario ad curam Rectorum pertinentibus.

88. Majorem in modum PP. Provincialium & Rectorum vigilantiæ commendatur, ut quàm ſollicitiſſimi ſint, in examinandis Noſtrorûm ſcriptis ſive libris, ad typum edendis. Quæ ad bonas Literas pertinent, ut quam correctiſſimo, tam quo ad linguam Latinam & Polonicam, quàm quo ad res, & cogitandi modum guſtui, & critice accommodentur: ad quod examinandum ſive in ſua, ſive in alia Domo homines è Noſtris bene peritos adhibeant,& difficillimè à PP Provincialibus facultas typis imprimendi concedatur. Nulli vero penitus facultas imprimendi aliquid detur, qui opus bene deſcriptum finitumque, ſeu talem partem operis, quæ in uno toto libro continebitur, non monſtraverit, & examinandam à Cenſoribus perfectè non paraverit. Panegyricæ Orationes,niſi in evidenti, maximaque neceſſitate, non edantur, idque ſemper cum expreſſo conſenſu P. Provincialis. A dedicationibus Theſium tanquam rebus & permoleſtis cui offeruntur, & ſæpe deſpectis, Noſtri abſtineant, niſi ſibi aliquis aliquid dedicari voluerit, indignumque eſſe putent; precari, curſitare,ac pecuniam à Mæcenatibus emungere; id quod Inſtituto Noſtro tantopere indecorum eſt: proinde tam indecenter mendicantes, etiam pænis debitis Superiores coerceant. Si quis veró typis aliquid edere, abſque expreſſo conſenſu P.Provincialis, & ſine cenſuris debitis auſus fuerit, graviter & irremiſſibiliter à P. Provinciali puniatur. *Cætera de his ad Leges communes.*

89. Quod adhuc ad promovendam rem Inſtituti noſtri Rectores imprimis obligat; eſt in Regula fundata lex Capituli Generalis 1664. ut omnes Fratres Clerici & Sacerdotes novelli ad triennium intra communem refectionem in concionibus dicendis,aliiſque eloquentiæ ligatæ & ſolutæ ſpeciminibus dandis ſe ſe exerceant, ſub pæna gravi in negligentes, quam etiam incurrant Superiores ſi hac in re remiſſi fuerint.

90, Extra Novitiatum & Profeſſoriorum domus,(de quibus alibi) Patribus Profeſſoribus Rhetorices in quavis domo, in Profeſſoriis vero PP. Spiritualibus, Patres Rectores in Menſe Septembri commemorent, ut pro numero in ea domo Clericorum vel Sacerdotum Juniorum Syllabum peroraturorum conſcribant, & ita alternis vicibus exhortationes & Scholaſticas compoſitiones perorandas ſingulis ſeptima

http://rcin.org.pl

ptimanis diſtribuant, ut mox in hoc ſyllabo annotent, qua ſeptimana futura totius anni, quis peroraturus ſit, à prima 8bris ad 2dam Dominicam Julii. Hicque Syllabus à P. Rectore examinetur, deinde ſubſcribatur, tum Fratribus Clericis, & Sacerdotibus junioribus intimetur, & in Refectorio appendatur, ac cum officiis ſequentis ſeptimanæ à lectore legantur ii, qui ſequente ſeptimana peroraturi ſint. Patres Profeſſores Rhetorices ſingulis Propoſitiones ſeu themata, ſuper quibus componant dabunt, vel comprobabunt.

91 Jta tamen res hæc accommode diſtribuatur, ut ubi plures ejusmodi juniores ſunt, duæ in ſeptimana, ubi pauciores, una, ubi unus vel duo, una in Menſe perorationes fiant: lucubrationes autem eorum vel à Profeſſoribus Rthces, vel ab ab aliquo alio, PP. Rectores corrigi curabunt.

92. Nullus Clericorum aut Sacerdotum juniorum ab hac lege eximatur, præter Magiſtros humaniorum, nec ullus Theologiæ ſtudens, etiamſi eſſet plusquam à triennio Sacerdos.

93. Exhortationes quæ à noſtris probarentur in Refectorio dictæ, etiam in Eccleſia vel in Monaſteriis Religioſarum, ſi opus fuerit, per juniores noſtros eædem bene correctæ haberi poterunt. Patres Secretarii Domus in libro ſuperius dicto *p* 2 § I. *Nro* 16. notent diē & perſonā ejus, qui in refectorio peroravit. Hancque notam P Provinciali in Viſitatione producent, & Menſe Junio Varſaviam ad Congregationem Provincialem ſemper mittent. Statutum hoc ſummæ Patrum Rectorum & Provincialium vigilantiæ quàm maximè commendatur. Jdque præcipue, ut PP Superiores, iis qui bene rem fecerint, approbatione ſua, laude & gratia animos addant, moxque judicium ſuum de ijs in communi patefaciant. Si quid corrigendum ſit, ſvaviter oſtendant. Aliis (niſi vere negligentes ſint, corrigique nolint) ſeverius monendis abſtineant.

94. Ne ultra præſcriptum præſenti ordinatione, infra parte 4ta de Scholis publicis recreationes dentur, minuantur, aut mutentur, Superiores diligenter invigilent, neque ipſimet eas ullô prætextu aut ratione, augeant vel imminuant: attendantque præcipue, ut Academici actus & examina Scholaſtica, in alium quā recreationum diem non transferantur, ut in Ordinatione Scholarum hac de re fuſiùs.

95. Attendent Rectores & Præfecti, ne Magiſtri & Profeſſores ſcriptis inutilibus diſcipulos in quacunque Schola onerent. Præcepta Rhetorica cum typis pro Scholarum uſu, imprimentur, minime dictentur. Jdem in Schola humanitatis. Jdem in inferioribus.

96 Grammaticæ librique alii pro uſu Scholarum Varſaviæ imprimuntur & imprimentur, ne laudabilis hic conatus ob nonnulla obſtacula cū publico damno deſinat, præſertim ob pecuniæ repetendæ difficultates, Capitulum anni 1744. ſtatuit, quæ lex renovatur: ut nullus particularis Religioſus ſub pænis in proprietarios, ſed ſoli PP Rectores & Superiores Domorum, prout par eſt, in ſuis Domibus, Grāmaticas aliosque libros, à Præfecto Typographiæ Varſavienſis recipiant, aut recipi curent, eorum curam fidelem, cui ipſi volent, committant, ac pecuniam Ty-



http://rcin.org.pl

pographiæ reddendam, ipſi, non religioſi particulares, conſervent, ita, ut de pecunia pro Grammaticis aliisque libris, non ad alios, ſed ad Superiores, ille, cujus intereſt, recurrat. Typographiæ intererit Grammaticas & alios libros, ad commodiores locos tranſportare, vel occaſiones aut quærere, aut à Patribus Rectoribus oblatas arripere. PP. Rectores mox ut receperint, Patri Præfecto Typographiæ ſcribent, ſe tot libros recepiſſe. Si verò Præfectus Typographiæ propiorem aliquam occaſionem recipiendæ pecuniæ non habet, Patri Provinciali transmittet vel reddet regeſtrum, quos & quot libros aliqua Domus receperit, qui tempore Viſiſitationis pecuniam recipiet, & Typographiæ remittet; niſi citiùs illa à PP. Rectoribus transmiſſa fuerit, quô caſu quietationem à P. Præfecto oſtendent. Annô verò quô Capitulum celebratur, ad locum Capituli pecunia à PP. Rectoribus, deferetur, & per P. Vocalem Varſavienſem, vel alium cui Præfectus Typographiæ commiſerit, recipietur. Pretium librorum ſub gravibus pænis, à Rectore vel Provinciali ad inſtantiam Præfecti vel cujuscunque, infligendis, à nemine noſtrum augebitur, nec turpe, indignumque lucrum, per noſtros, quibus Rector venditionem committet, à ſtudentibus quæretur, ſed Grammaticæ,omnesque libri, uti in Typographia Varſavienſi venduntur, ita Studentibus vendentur, quemadmodum Grammaticæ in crudo,Tinfione uno, compactæ corio 5. ſextariis,ſine corio 4. ſextariis: ita de aliorum librorum pretio per Rectorem fixo. Qua in re exempli BEATI PATRIS Noſtri meminerimus, qui verè pauperibus pueris, gratis neceſſarios diſtribuebat libros, id quod cũ conſenſu Rectoris, Typographia Varſavienſis, Varſavienſibus Scholaribus facere ſolet.

97. Attendent quoque ſummopere, ut concordia tàm in Communitate inter omnes, quam inter Magiſtros in Scholis, omnimodè conſervetur, utque Præfecto, quo ad ejus munus, omnes exactè obediant, & viciſſim Præfectus Magiſtros honorificè tractet, nec excedentem Auctoritatem ſuper illos uſurpet, ut inquit Capitulum Podolinenſe Anno 1720.

98. Denique omnes PP. Rectores diligenter, primo præſertim regiminis & aliis annis, legent noſcentque ea omnia, quæ circa Inſtitutum, ac in Scholis piis docendi methodum, Ordinatione Viſitationis Apoſtolicæ tota parte 4ta ſeparatim præſcripta ſunt, & iis obſervandis pro præcipuo officio ſuo diligentiſſimam dabunt operam.

99. Jam Scholas quoque materiales, Vacationum tempore, omnino Rectores reparent, quò ad tecta, feneſtras, pavimenta, parietes, ſcamna, fornaces,lacunaria, portas, ſerras, ſcalas,curritoria & ſimilia, & quoties intra decurſum anni, id fuerit neceſſarium. In Magiſtros & Præfectum nunquam hanc reparationem devolvere poſſunt, cum inde corradendæ pecuniæ à Studentibus, perquam ignominioſa Inſtituto noſtro daretur occaſio. Si verò laudabili ſuâ induſtriâ, aliove honeſtô modô Præfecti vel Magiſtri hac in re velint juvare Rectores, cum ſcitu eorum, liberum eis eſto.

100. Quodſi Rectores reparationem Scholarum negligerent, primum à

Præfe-

http://rcin.org.pl

Præfectis vel Magiſtris, P. Provinciali in Viſitatione delati, graviſſimè moneantur & omnino adigantur. Et ſi res moram non pateretur, tùm à Præfectis P. Provincialis per literas admonitus, Depoſitario ſeu expenſori domus mandet, ut pecuniam neceſſariam pro tali reparatione omnino impendat, & ejus impenſæ P. Provinciali rationem reddat.

101. Pecuniæ quæ in Oratoriis pro uſu locorū colliguntur, in ſeparata capſa ſub clavibus Rectoris aut (ejus cōsēſu) Præfecti deponentur à Præſidibus oratoriorū, & nullomodo à Rectoribus in alium uſum expendentur, quam ſemper cum conſilio Præfecti in rem eorundem Oratoriorum.

102. Res ad Oratoria pertinentes quôvis Annô poſt finem Scholarum ſtatim Præſides Oratoriorū, cum diligenti rerum indice, deſtinatis à Rectore conſignent: juxta Capitulum Varęzenſe Anni 1747. quorum qui has res & rationes recipient, ſit ſemper Præfectus Scholarum primus Commiſſarius, ſi non eſt idem Præſes. Qui ſi in aliam Domum diſcedit, P. Rectori res, regeſtra ac claves referat, Rector vero ſequenti Præfecto, Præfectus Præſidibus. Si Præſides minimæ infidelitatis notati fuerint, aut neglectus in reddenda Rectori ad depoſitum pecunia, graviter ab eodem puniantur. Quæ omnia, Provincialis in Viſitatione nullomodo effugere debent diligentem indagationem.

## §. IV.

## *De cura Rectorum circa res OEconomicas.*

103. BOnorum jam temporalium ſuæ Domûs, ac diligens prudensque rei œconomicæ diſpoſitio, vigilantia in iisdem, & fidelitas, propriæ Rectorum partes ſunt Jam & communibus, & noſtris legibus imprimis graviter cautum eſt, quod & præſentibus noſtris Ordinationibus renovatur, caveturque, ne Superiores locales abſque Capitulis Domorum, & abſque approbatione Provincialium cum Congregatione eorum, ſummas capitales quascunque levent, locent, mutent, bona in Arendam (ut vocant) annuam, & triennalem tradant, partem quamcunq; capitalium ſummarum avellant, aut conſumant, aliavè hujusmodi proprio arbitrio faciant. Transgreſſores à Provinciali, vel tempore Capituli à Congregatione ad id deſtinata judicentur, & Canonicis pænis in eos animadvertatur: ſunt enim dominii independentis actus, tantopere conditioni Religioſorum repugnantes.

104. Nihil pluribus legibus præſcriptum, nihil magis neceſſarium, aut utilius, nihil conſcientiæ honorique Superiorum magis conſentaneum, quam Pontificiæ noſtræque regulæ, circa reditus & exitus Domorum conſtitutæ, nimirum, ut ubique ſit Procurator, Depoſitarius, Expenſor, & rationum Examinator, noſtris ſtatutis additus. PP. itaque Provincialibus imprimis in Viſitationibus Domorum id ſummopere commendatur, ſeriò ut ſemper examinent, utrum Pontificia hac ſuper re ſtatuta & noſtra exactè obſerventur à Superioribus, & ab ijs, qui Procuratoris, Depoſitarii, Expenſoris & Rationiſtæ, (qui quovis Menſe computare regeſtra debet) muneribus funguntur; pœnisque debitis in negligentes Superiores ani-



http://rcin.org.pl

madvertant, etiam ſuſpenſionis ab officio, donec P. Generalis certior reddatur. Sique negligentiæ hujus Superiores ad Capitulum Provinciale deferantur, convicti etiam voce activâ & paſſivâ in eo Capitulo privabuntur, resque tota Patri Generali deferetur.

105. Ea vero imprimis, *quæ nomine conceſſorum*, ſive ex privato eorum peculio, ſive ab aliis accepto, Rectores regeſtris inſcribunt, dum nemine teſte, nemine conſcio id faciunt, ipſimet de fide ſua dubium ac ſuſpicionem aliis neceſſario injiciunt. Sint enim honeſtiſſimi viri, non videtur tamen ulla ratio, ob quã quid ipſi domui concedunt, quid debiti ab aliis contrahunt, alios latere debeat. Quamobrem qualemcunque, ſive modicam, ſive majorem, ſive pro brevi, ſive pro longiore tempore, ſive ipſi ex privato peculio, ſive ab aliis accepto concedant pecuniam, mox eandem deponant, & à Depoſitario inſcribi curent, ſub nomine conceſſorum expreſsè vel à P. Superiore vel quocunque alio. Ab expenſore verò perſolutum ſive ſibi ſive aliis idem debitum regeſtris inſeri facient. Quique Superior conceſſam à ſe Domui pecuniam Depoſitario in manus non dederit, etiam revera conceſſam perdat, nec ullum jus repetendæ a Domo habeat, quamvis alias communibus regeſtris ſub nomine *conceſſorum* à P. Rectore inſcripta eſſet, ſi in perceptorum per Depoſitarium regeſtro non reperiatur. Si autem à quocunque alio conceſſam pecuniam Depoſitario Superior non reddiderit, ab eodem ſub die & nomine concedentis inſcribendam, Superior judicio & pænæ juſtæ & gravi à Provinciali infligendæ ſubjacebit.

106. Si verò indiſpenſabilis contingat caſus, ut Superior extra domum pro re & commodo domûs aliquid ex privato peculio, vel ab alio quocunque accepto conceſſerit & expenderit, mox ut redit, idem conceſſum Depoſitario & Expenſori ſignificet, ut illud ſuis inſcribant regeſtris.

107. Manualia Depoſitarii ac Expenſoris regeſtra præter librum Magiſtrum, ut vocant, ſemper in Viſitationibus reddenda, & confrontanda ſunt cum libro Magiſtro, nec à ſuſpicione aut malæ fidei, aut negligentiæ in officio, illi liberantur, qui tantum librum Magiſtrum mundè perſcriptum producere ſolent, & manualia non oſtendunt; quæ non in ſeparatis ſchedulis, ſed in libro compacto, tam à Depoſitario, quàm ab Expenſore ſcribenda ſunt. Jn Manualibus ergo regeſtris, diſtinctè omnino, nominatim clareq; & dies percepti ac expenſi, & natura eorumdem, non vagis terminis, nec ſimul plurium perceptorum vel expenſorum omnino ubique exprimatur ab Expenſoribus, ſub gravi animadverſione, neque PP. Rectores in alios culpam male ſcriptorum regeſtrorum devolvant, cum ipſi rei huic imprimis attendere debeant.

108. Obſervata eſt in aliquibus domibus res perquam noxia, quod Superiores aliqui pro Domo equos non emant, aut à Prædeceſſore relictos tanquam inutiles rejiciant, ad uſum ſubſtituendo ſuos, pro privato emptos peculio: itaque Domus equos non habent, nec Succeſſori relinquuntur: & nihilominus datur occaſio querimoniarum contra Superiores, quod toto regiminis tempore, equi Superioris

rioris

http://rcin.org.pl

rioris & auriga, è bonis domûs ſuſtentantur. Ut hæc Domorum avertatur injuria, in perpetuum ſtatuitur, ut nullus Superior proprios equos habere poſſit, etiamſi eos aliunde ſecum adduxerit; ſed eos vel mox divendat, vel Domui penitus juſto pretio cedat, nec ullomodo, etiam ſpatio unius a ſuſcepto Domus regimine Menſis, aut equi, aut aurigæ expenſis domeſticis nutriantur, etiam ſub prætextu commodi & neceſſitatis domûs: ſed ſi equi Domi deſunt, & neceſſarii ſunt, eos pecuniâ domus comparet, & tum a domo alantur: quodſi domus equos emere non poſſit, non emantur potius, quam ut ſint tales, qui ad domum penitùs non pertineant: tum Rector ſi veram neceſſitatem omnino emendorum videbit, modum emēdorum pro Domo reperiet. Superiores itaque ſemper rhedulam aut currum & equos ſucceſſori relinquant, neque eos etiam titulo ullorum debitorum etiam realium, finiente eorum domûs regimine accipere permittantur. In contravenientes, quicunque ex Communitate eos P. Provinciali deferet, aut cum tales in Viſitatione reperientur, Pater Provincialis tanquam in proprietarios animadvertet, & expenſas domûs per eos refundi curabit.

109. De rebus, ex quibus emolumentum, uti ex vino aliisque ſimilibus, ſibi non domui à quoquam reſervatur, declaratur, ſemper turpe indignum & penitus illicitum religioſis hominibus ſive Superioribus, ſive aliis eſſe, lucrum pro ſua perſona his quærere, etiam ſub prætextu benè olim hujus peculiolæ impendendæ. Si tamen re vera vinum pro noſtris duntaxat conducitur, & res quævis aliæ, atque illis pro eorum uſu divenduntur, ſi res Domûs pecuniâ empta eſt, & capitale & lucrum ad domum pertinet; ſi vero conceſsâ à Superiore, ſive quacunque pecuniâ res comparata eſt, capitali reddito concedenti, pro emolumento domûs omnino lucrum cedere debet, non privato Superiorum ſeu cujuscunque ſubjecti marſupio. Jtaque talis pecunia omnis Depoſitariò, ſub pænis de proprietariis reddetur, & in regeſtris ejus ſemper inſcribatur.

110. Commerciola vero & Superioribus & omnibus aliis noſtris religioſis in quocunque genere, & in quacunque vel minima quantitate pro ſæcularium cōmodo, ſacroſanctè prohibentur, uti res mercatoribus ſæcularibus injurioſæ, noſtroque ſtatu indignæ: & præter amiſſionem rerum ejusmodi omnisque lucri P. Provincialis graviſſimis in proprietarios præſcriptis pænis in tales omnino animadvertat, vel ipſe judicibus ſi non animadverterit graviter reſpondebit.

111. De illis Subjectis, qui privatim contrahunt debita, & nō habendo, unde ſolvant, Domibus onus, Ordini vero Noſtro dedecus, inter ſæculares cauſare non verentur, ſtatutum eſt in Capitulo Łovicienſi 1753 ut quamprimum res hujusmodi innotuerit, Superior loci examinet, an talis Religioſus habeat res aliquas non omnino neceſſarias, ex quarum venditione debitum contractum refundi valeat, idque mox fiat:- Si vero nihil tale habuerint, ſtatim à P. Superiore, non expectādo aliam P, Provincialis reſolutionem, adhibito ſolummodo PP. Conſultorum Domûs conſiliô, tales loco Profeſſionis privati declarentur, & locum ultimum poſt omnes etiam Operarios tenere jubeantur, ac mortificationibus in Refectorio ſolitis, donec ſolverint, ſubjiciantur: Rectorique Domûs ad quam fortaſſis talia ſub-

jecta

http://rcin.org.pl

jecta inter mutationes mitterentur, ſignificet, ut & ibidem eaſdam mortificationes ad debitum exſolvendum continuent, vel donec Creditores eos quietaverint.

112. Archiva Domorum ut tandem efficaci modo ad bonum ordinem ubique reducantur, Superiores omnes ſui triennii ſpatio Archiva ſua ordinent, componant, & in ſummaria redigant, juxta diverſas bonorum, negotiorum, cauſarū, materiarum claſſes: quorum omnium papyrorum, chartarum, inſtrumentorum Tranſactionum, Inſcriptionum, Decretorum, Manifeſtationum, quietationum, regeſtrorum, literarum, ſcriptorumque quorumvis & librorum tituli, tam in iiſdem ipſis chartis, papyris, inſtrumentis, &c: deſuper brevibus inſcribantur, numerisq; notentur, quam in Summario ſeparato, mundo & in librum compacto, cui noviter accedentia inſcribantur. Ad hoc Rectores uti poſſunt, ſi volunt, ſuorum Religioſorum aliquo, vel etiam externo, ſi libet, & ſi prudentia permittit, fideli homine, in ſimilibus experientiam habente: Si vero tali homine externo uterentur, ad ordinanda inſtrumenta juridica, prius papyros omnes etiam minimas examinent, & omnia ad res noſtras, regimenque noſtrum internum pertinentia ex Archivo tollent, & noſtris hæc religioſis luſtranda ac ordinanda committent.

113. Quæ omnia ſcripta ſuis claſſibus ſeparata, armario commodo, & benè clauſo, locoque ſecuro collocentur Qui Superior ſummaria hæc primo, ſecundo vel tertio regiminis ſui anno Provinciali bene confecta non produxerit, negligentiæ in officio notam & pœnam ſubibit Si negligentiâ ac inobedientiâ alicujus Superioris hoc triennio Archivum in aliqua domo non ordinaretur, & Summarium non conficeretur, ſequentis triennii Rector ad id pro amore boni publici, honore & conſcientia faciendum obligatur P. Provincialis in familiis Archiviſtas exactiores aſſignari curet, cum hæc excuſatio Superiorum ſit, quod aſſignati officium negligant, ſed ipſemet quilibet Rector & Superior, principaliter ſuum Archivum cognoſcat & componat, & pro adminiculo, ſi ſuo Archiviſtâ non eſt contentus, alterum vel Domi inter ſuos reperire ac deſtinare, vel ab alia Domo, ſi vacat cum conſenſu Provincialis concedere, vel externum fidelem hominem conducere ſatagat.

114 Armarium unum ſit ubique a parte, in quo judicio Rectoris res majoris momenti, vel quæ magis ſecretum merentur, ſeparentur & ſerventur.

115. Qui papyros & inſtrumenta pro cauſis & negotiis ex Archivo extrahunt, ea omnia quæ accipiunt, ſcripto notent, & in Archivo relinquant, ſive Superiores ipſi, ſive alii id faciant. A Patronis item & Procuratoribus notam ſeu indicem relictorum apud eos Inſtrumentorum, ſemper ab iiſdem recipiant, & in ſeparata ad hoc Archivi parte ſeu ciſta deponant, ac redditis inſtrumentis tales notas ſeu indices lacerent, qua in re Præfectis Archivorum ſumma diligentia commendatur.

116. Denique P. Provincialis virum aliquem dignum, intelligentem & idoneum in Provincia deligat, eumque ad examinanda, vel ubi compoſita non eſſent, ad componenda Archiva ad omnes domos, unam poſt aliam deſtinet, quem PP. Rectores de domo in domum devehant: nempe ubi in una domo finiverit, ad

vici-

http://rcin.org.pl

viciniorem domum cum P. Rector tranſmittat, ac commodum debitum eidem domus præſtent, gaudeatque munere Archiviſtæ Provinciæ.

117. Capitulorum Provincialium ſtatutis toties ordinatum eſt, ut Hiſtorici Domus cujusque aſſignētur, qui annuam illius hiſtoriam ſcribant, Cujus rei vituperabili neglectu eo res deducta ut plurima etiam ſcitu neceſſaria oblivione deleta ſint! Cum vero præterita & omiſſa ſcribendi difficultas aliquos deterreat, ut hæc tollatur, ordinamus, quatenus a publicatione præſentium Ordinationum, exactæ executioni res hæc omnino demandetur, & Hiſtorici aſſignati, ſui anni res ubique conſcribant, ac mediis Iulii Patribus Rectoribus tradant, ita quotannis in futurum. Ut vero res ſolidæ caſtigatæque ſcribantur, antequam in librum hiſtoriæ Domus deſcribantur, Hiſtoricus quilibet prius Patri Rectori ad cenſuram tradat, quod ſcripſit, & P. Rector per graviores viros examinari faciat, ac deinde emendata libro inſeri, ſubſcripto hiſtoriam ſcribentis nomine. Res minoris momenti nihilque futuris poſt nos profuturæ, res ordinariæ, res quæ dedecori ſint potius aut ſcandalo, res luce publica indignæ penitus omittantur. Actus Scholaſtici alibi notandi, adventus & diſceſſus, feſtorum celebrationes & ſimilia prætereantur. Beneficia, cauſæ præſertim externæ pro edocendis poſteris, non ordinarius ſed extraordinarius aliquis rariſſimusq; actus publicus, eventus aliquis ſingularior, mors alicujus è noſtris vel inſignis Benefactoris, Candidati ad Congregationē miſſi, ædiū incremēta vel bonorū, Converſiones hæreticorū vel Judæorum, Sepulturæ inſigniores & hujusmodi, locū habebunt in hiſtoria. Si quid etiā externū admodū notatu dignum fuerit, arbitrio ſcribentis, relinquitur. Stylus ſit ſimpliciſſimus, latinitate tamen caſtigata & omnia perquam breviter, abſque inutili amplificatione, veritatis ſtudium ſummum. Nemo ſit anxius ut multa deſcribat, ſint pauciſſima, ſed ſolida & memoria digna. Qui nihil ſcripſerit, vel perperam, ea ſola pæna afficiatur, ut in libro hiſtoriæ Domus, P. Rector vel qnicunque inſcribat: *P. N: ſuum neglexit officium anno N.* quod ad menſam die 15. Julii perlegatur, & Patri Provinciali P. Rector denunciet, ac innoteſcat Provinciæ. Talis hiſtoriæ liber in Archivo domus conſervetur.

118. Jnventaria exacta & ſeparata ſacrarii, officinarum domûs, ſcholarum, bibliothecæ, veſtiarii, diſpenſæ, culinæ, prædiorum, villarum, mundè deſcripta Rectores, & Reſidentiarum Superiores ubique habere, & ſemper per Deputatos bis in anno Menſe Martio, & Junio, officinas revideri & verificari curent. Cum vero finis triennalis regiminis & proinde reſignationum tempus imminebit, tempeſtivè in Majo & Junio Reſignationem imprimis, tum Inventaria renovata & cōſcripta habeant. Nec unquam horum collectionem & deſcriptionem in Deputatos à Provinciali ad recipiendas reſignationes devolvant, ſed ipſimet PP. Superiores collecta, deſcripta, & parata omnia, deſtinatiis Commiſſariis ad verificandum porrigant & præſentent. Jn Reſignationibus conſcribendis, ſtatus Domus, incrementa & decrementa redituum, & rerum concordantium & verificatarum cum inventariis, ſtatus Eccleſiæ, Chori, Scholarum, diſcipulorum numerus, ſtatus ædificiorum, Fabricæ, prædiorum, villarum, cum ſeorſivis earum regeſtris & inventariis;

cauſæ

http://rcin.org.pl

cauſæ in Judiciis Caſtrenſibus, Tribunalibus, quæ finitæ, aut cæptæ ſunt: debita omnia activa & paſſiva, ſtatus Bibliothecæ & Archivi, Miſſarum abſolutarum & abſolvendarum obligationes, negotia majoris momenti Succeſſori informando neceſſaria; eleemoſinæ, beneficia vel damna inſigniora, quæ triennio contigerunt; ſummæ ubi, & quomodo locatæ, & proventus ab iis, aliaque omnia, quam exactiſſimè, clarè, diſtinctè, ſufficienter, ac fideliter deſcripta, ad revidendum & probandum, Commiſſariis offerantur, qui his omnibus per ſe viſis, prædictas reſignationes PP. Rectorum, Superiorumve ſubſcribant manibus propriis. Si verò in reſignationibus prædictis, defectus aliquis, aut falſitas reperiretur ſubſcripta, P. Rector ſuccedaneus Provinciali ejusque Conſiſtorio deferat, qui & præteritum Rectorem & Commiſſarios facta inquiſitione, ubicunque tum fuerint, arguet, & pro juſtitia in eos animadvertet.

119 Ut autem Superiores omnes domorum, mox dictas reſignationes & inventaria Menſe Junio ante Capitulum Provinciale conficiant, conſcribant, & finiant, P. Provincialis ſemper anno quo Capitulum celebrabitur, omnibus Rectoribus encyclicam pro Capitulis localibus celebrandis ſcribendo, in illa id officii eis commemorabit, & injunget, & eadem epiſtola duos Commiſſarios ex Communitate quavis deſtinabit ad verificanda & ſubſcribenda ſupradicta.

120. Adeoque omnes PP. Rectores & Superiores ſuas reſignationes & inventaria, manibus deſtinatorum Commiſſariorum à Provinciali ſubſcripta, juxta ſtatutum Capituli Provincialis Varſav: 1691. ad Capitulum Provinciale ſecum deferant, in quo Congregatio particularis ſemper deſtinabitur, ad videndas omnes reſignationes & inventaria, quæ à tribus primis Patribus hujus particularis Congregationis, uti & regeſtra perceptorum & expenſorum ſubſcripta; Superiores ad ſuas domos referant & ſucceſſoribus tradant. In loco vero Capituli die prima Auguſti, omnes Superiores prædicta omnia ſecum apportata ſecundo Aſſiſtenti Provinciæ, vel primo Conſultori Provinciæ tradent: qui verò ſecum omnia mox dicta non attulerit, ad Congregationem prædictam particularem deferetur, ubi ejus negligentia pro merito tractabitur. Deinde ſi domum redux hæc omnia exactè non conſcripſerit, Succeſſorique non reliquerit, à P. Provinciali pœnis in inobedientes & negligentes officium, ubicunqne & in quocunque officio fuerit, afficietur.

121. Quoniam verò poſt reſignationem & inventaria in Menſe Junio ante Capitulum Provinciale conſcripta, adhuc Menſes aliquot interſunt, ad novi Rectoris inſtallationem, proinde quæ intervallo horum Menſium vel diminuta vel aucta, vel mutata eſſent, in ſeparatis foliis à P. Rectore, cujus regimen expirat, ad extremum tempus ſui regiminis adjungentur, & manu Patris ejusdem Rectoris, ac duorum ex Communitate manibus ſubſcribentur, ut novo Rectori tradantur.

122. Si tum cum novus Rector regimen domus ſuſcipit, præteritus adhuc eſt præſens, tum ille Rectori novo reſignationem & ſupradicta in ſcriptis tradet. Si vero Rector præteritus ante adventum novi, domo abſcedit, tum reſignationem

& in-

http://rcin.org.pl

& inventaria prædicta duobus Patribus ex Communitate à ſe delectis ita tradet, ubi omnia cum reſignatione ac inventariis conferant, ac verificent, & ita ſe recepiſſe ſubſcribant, vel quæ non concordarent cum rebus, fideliter notent: atque deinde futuro novo Rectori hanc reſignationem & inventaria ipſi tradant: ſive autem à præterito Rectore præſente, ſive a dictis deputatis, Rector novus ſupradicta recipiet, mox ipſemet eadem cum rebus verificet & conferat, atque in iiſdem inventariis ac reſignatione, manu propria ſubſcribat, non in fidem deputatorum, ſed revera ita ſe vidiſſe & recepiſſe: aut quæ non reciperet, annotet in præſentia Deputatorum. & reſignationem ac inventaria ita à ſe ſubſcripta, in Archivo deponat. Quæ deinde in Viſitatione P. Provinciali oſtendat, cui quam maxima circa hæc vigilantia ac diligentia, majorem in modum commendatur, & ne in his negligentiam ulli impunitam relinquat.

123. Depoſita externorum magni vel cujuscunque demum ſint pretij, in pecunia, vino, vel rebus qualibuscunque nunquam ab ullo è noſtris ſub gravi pæna, præterquam à Superiore ipſo, vel cum ejus ſcitu ac conſenſu, ſervatis ſervandis & cum omnibus cautelis duorumque Patrum graviorum præſentia admittantur vel extradantur: Superioresque ſoli ſint reſponſuri pro iiſdem. Nunquam vero in reverſalibus obligationem admittant ſuper Communitate damni rependendi, imò expreſsè præcaveant Domum ad rependendum non teneri, hocque in ſcripto à deponentibus, obtinere curent, ſecus depoſita potius non admittant.

124. Trigeſimum aſſem, debita, ſi quæ contracta, ſalaria, & ſimilia Opificibus ac artificibus, ante finem regiminis exſolvere pro conſcientia & honore Superiores curent, neque Succeſſoribus ſolvenda relinquant. Debita contrahere, ijsque domum onerare maximopere caveant, nec ullum debitum, quod aureos decem excedat, abſque ſcitu & conſenſu Communitatis contrahant, præſertim apud externos.

125. Capitulum Podoliniense Anni 1670. ordinavit, ne Rectores ultra ducentos florenos è domûs pecunia, Vice-Rectores verò abſente Rectore, ne etiam ad quantitatem decem florenorum aliis quibuscunque concedant, pro majore verò ſumma alicui concedenda, præter conſenſum localis Capituli, facultatem à Provinciali ſemper petant, nec aliter concedere cuiquam præſumant, quod totum præſenti ordinatione noſtra confirmatur.

126. Quilibet ex Communitate, debita, quæ Superior contraxerit, & P. Provinciali ad Capitulum Provinciale diſcedenti, & Præſidi Capituli denuntiare poterit, & tam à P. Provinciali, quam à particulari in Capitulo Congregatione, ſeriò ejusmodi debita diſcutientur, & ſi non neceſſariæ omnino expenſæ, ac ſimul contracta & relicta majora debita reperientur, aut domûs deſolatio, & damnificatio deducetur, graviter in Superiorem animadvertetur, etiam ut Capitulum Reſſovienſe Anni 1668 præſcribit, pœnâ privationis ab officio, vocisque activæ & paſſivæ. Decretum P. Generali examinandum ac confirmandum mandabitur. Qua in re PP. Provincialibus ſumma vigilantia, juſtitia, curaque boni communis commendatur.



http://rcin.org.pl

127. Fabricas abſque Patris Provincialis Congregationisque ejus approbatione nullas Superiores incipiant, & abſque prudentis Architecti conſilio ac delineatione. Sarta tecta verò, tam in noſtris domibus, quam in prædiolis indilatè & ſolicitiſſimè reparari curent. Imo ſub gravi animadverſione ordinamus & inhibemus, ne PP. Superiores quidquam de nova radice, propriis Domus ſumptibus audeant exſtruere, niſi priùs revera collabentia, & omnes ruinas domorum benè reparaverint: Qui vero fabricant, nullomodo neceſſariis ſuorum religioſorum commodis, quibus primum providendum eſt, ſubtrahant.

128. Si vero PP. Rectores (ut Cracoviæ Anno 1731. ſtatutum eſt) ſufficientes ad id proventus habeant, & Fabricam Eccleſiæ aut Collegii non promoveant, etiam ab officio ſuſpendantur, & interea Provincialis ſequeſtret aliquam partem proventuum, in hunc finem.

129. Procuratores Domorum viri moribus graves, diligentes, induſtria & prudentia præditi, fideles, reique OEconomicæ gnari, in ſingulis domibus à PP. Provincialibus deſtinentur, qui Rectores in negotiis domus & in re œconomica juvent. Adeoque juxta Capitulum Varſavienſe Anni 1691 Vice Rectores in illis domibus, quæ opus habent, conſtituantur, ubi & Procuratoris munus agant; in aliis verò, pro Vice Rectoribus, Procuratores. In majoribus autem Communitatibus ultra Vice-Rectores, etiam Procuratores conſtituantur. Procurator quascunq; pecunias vindicat aut recipit, Superiori præſentet & Depoſitario reddat. Res item omnes victuales, è prædiolis ſeu undecunque veniant, in regeſtro Domûs ad id ſeparato inſcribat. De rebus tempeſtivè & ſuo tempore coëmendis, providendisque Superiorem præmoneat.

130. De Vice-Rectoribus Capitulum Podolinienſe Anni 1670. ita præſcribit: quando Superiorem licet domi exiſtentem contingit abeſſe ab oratione, menſa, & aliis communibus exercitiis, tum Vice-Rector habebit auctoritatem regendi, monendi, corrigendi, coercendi. Abſente verò Rectore extra domum, omnimodum regimen habebit Vice-Rector: Non tamen in ejus poteſtate erit, res majoris momenti decidendi inconſulto Rectore, procurandi minùs neceſſaria, aut negotia inchoandi, vel reſolvendi, quæ differri poſſunt ad Rectoris reditum. Vice Rectores vero probe intelligant, ſe duntaxat ex officio ſuo ſimpliciter vices gerere Rectorum, proinde contra eorum voluntatem nihil omnino facere poſſint. Rectoresque ſive præſentes, ſive abſentes à Domo, poſſe reſtringere etiam in ſupra mox dictis, eorum poteſtatem.

131. Rectori dum abeſſe cogitur, in abſentia Vice-Rectoris liceat ſubſtituere pro regimine Domus, quemcunque idoneum Sacerdotem, cui ſine murmuratione omnes obediant. Si non ordinaverit quidquam Rector, ſemper antiquior profeſſione Sacerdos præſit Domui, cui obediatur. Hebdomadarius verò ſecundum Ritus, orationes incipiat, finiatque, benedicat & aqua luſtrali aſpergat. Hebdomadario caſu aliquo abſente, antiquior profeſſione Sacerdos id faciat. Ab Hebdomadarii officio, ſexagenarii, & Vice-Rectores, & qui eos loco præcedunt eximuntur. Qui vero in abſentia Superiorum conſtitutus fuerit in regimine domûs, ſtudeat moderate, ſua uti auctoritate, atque ab aliis mortificandis abſtineat.

§. V.

http://rcin.org.pl

## §. V.

## *De aliis rebus ad curam Rectorum pertinentibus.*

HAetenus ea pertractata ſunt, quæ circa curam Scholarum Inſtitutique noſtri rite exercendi ac oeconomiæ, ad officium Rectorum præcipuò modò ſpectant: ſequuntur, quæ eosdem imprimis concernunt, pertinentia ſimul ad regularem obſervantiam, ſimul ad Inſtituti ejusdem Noſtri, diligentem executionem.

132. Ordinationes ſeu Encyclicas, PP. Generalium, Capitula Generalia, à reducibus Rômâ afferri ſolita, Capitulorum Provincialium Statuta, Ordinationes, Decreta, Encyclicas Provincialium, mox ut PP. Rectores receperint, ſtatim in Communitate publicari & executioni mandari ſemper faciant. Ad audiendum (ut Definitorium Cracovienſe Anni 1664 loquitur) aut ad conſulendum ſuper his, quæ à Provincialibus mandantur, Rectores non obligantur, neque contra Decreta aut pænas à Provincialibus, cuicunque impoſitas ullos interceſſores admittant, nec audiant, ſed ſimpliciter altiorum mandata ſine mora exequentur. Si que aliquis Rectorum ejusmodi altiorum Superiorum mandata, ordinationes & ejuſmodi, publica facere negligeret, aut remiſſus in executione eſſet, etiam ſuſpenſione ab officio per P. Provincialem puniatur.

133. Inter cæteras cauſas deteſtabilis retardationis, quâ ſæpe delinquitur in transmittendis Religioſis noſtris de domo in domum, ſolet eſſe hæc præcipua, quod Superiores multi expectent, donec novi ex aliis Domibus, ab aliis Superioribus miſſi, ad eos perveniant: ita plures ſeptimanæ aliquando effluunt, in occaſione ejusmodi expectanda. Primum remedium graviſſimi hujus mali, ut diſpoſitiones Perſonarum per Provinciam, quàm maturiſſimè poſſunt expediri, à PP. Provincialibus ad poſtremum ultimis Junii vel medijs Julii expediantur, ac Superiores inter ſe, ut libuerit, de transmittendis conferant, deinde ut circa ultimos Julii expediendi, à Superioribus expediantur; ad ultimum, ſi circa 15. Aug: illi, quorum occaſio expectabatur, non advenerint, omnino 16. Aug ad remotiores, ultimis Auguſti ad viciniores domos indiſpensabiliter expediantur, ſub pænis in inobedientes Superiores, quatenus primis 7bris omnes ſuis locis reddantur.

134. Quique ante Feſtum Nativitatis vel Nominis B. V. M. non comparuerint, Rectòr aut Superior indiſpenſabiliter mox iis intimet (exceptâ ſolâ veræ infirmitatis cauſâ evidenter probatâ, vel retardatâ per Superiorem ipſum è domo ſubjecti emiſſione) privari eos locô Profeſſionis, tribus vel quatuor Menſibus, & actu priventur, ac poſt FF. Operarios locum habeant, quam pænam iis Provincialis non condonabit, imò etiam ſeverè animadvertet in Superiores eorum prætеritos, ſi illi retardationis cauſa fuerint. Si longè tardiùs, quàm poſt Feſtum Nominis MARIÆ, aliquis advenerit, præter ſupradictam pænam, Rector P. Provinciali ſcribet, & P. Provincialis gravius etiam pro arbitrio in delinquentem animadvertet, qua in re maximè Provinciales indulgentes non ſint, abuſumque hunc, omni

conatu tollere adnitantur. Superiores in patentibus Obedientiæ literis inſcribant diem, quâ exmittunt Domô Religioſum, in aliam domum proficiſcentem, ut inde retardationis adventûs, ſi unquam contigerit, cauſa pateat, an Superior, an ſubjectus, pro illa reſpondere debeat.

135. Quoniam vero Scholis omnibus menſe Auguſto vacantibus, munera tamen nonnulla ut Concionatorum, & Adminiſtratorum in Parochiis, item Præfecti, Vice-Præfecti, ac ſubpræfectorum in Collegio Nobilium, præſentibus ſemper ibidem Juvenibus, nunquam vacare poſſunt: PP. Rectores, cum primis rationem habeant earum perſonarum, quantocyus expediendarum, quæ ad ſupradicta munia deſtinatæ, etiam vacationum tempore ſunt neceſſariæ, nec enim ab his muneribus, qui ea gerunt, avelli poſſunt, antequam novi ſuperveniant.

136. Præter ſolutam vecturam de loco ad locum, vel datam pro eadem ſufficientem omnino pecuniam, tynfio pro die, pro victu; id eſt pro 6. milliaribus Polonicis noſtris, ſingulis dabitur.

137. Rectores nullum jus penitus habent, vel pro uno die avellendi Magiſtros, Profeſſores, aut Præfectos Scholarum à Scholis ad alia, quæ illos à Scholis avellerent officia, vel ad vias in negotio domûs conficiendas, ut jam pridem Capitulum Reſſovienſe anni 1717. præcavit, neque ullo modo facultatem concedere poſſunt, Scholarũ tempore diſcedendi. Si verò pro Feſtis id alicui, idque rariſſimè difficillimeque: & ad aliquot ſolum milliaria præcipuè junioribus concedent, rigidè diem reditûs præfigant, & tanquam graviter inobedientes puniant, qui vel unô die reditum tardaverint.

138. Unius verò ſeptimanæ abſentiam à domo, longiusque iter, aut facultatem pro Vacationibus ad Conſanguineos ulli concedere, non eſt in Rectorum poteſtate, quæ facultas pro ſolo vacationum generalium tempore, & non alio, à Provinciali petenda eſt, qui illam juvenibus Noſtris, tam Clericis, quàm Sacerdotibus, ſemper cum ſocio gravi & ſeniore, à ſe, vel à Rectore deſignando, ad Parẽtes & Conſanguineos ægerrimè & rariſſimè idque pro tempore præfixo, & præciſo, cum expreſſo ad diem certum redeundi, & non diſcedendi, niſi tempore bene viſo loci Superiori, mandatô concedet: & addet ſemper hanc clauſulam: *cum ſcitu Patris Rectoris.* In longius verò vel unum diem, multo magis plures dies, contra expreſſum mandatum retardantes, graviter in Viſitatione, vel quàm primum animadvertet.

139. Curent omni modo PP. Provinciales & eorum Congregatio, intolerabilem abuſum tollere, qui nedum in Religioſa ſub jurata obedientia viventium Communitate, ſed nec in militaribus copiis ferri poteſt: quod, nimirum, nonnulli è domibus ad domos miſſi, abſque ſcitu Superiorum, ad Conſanguineos aliosvè deflectant, ibi ita morentur, ut tarde ad Domos noſtras, cum detrimento boni ordinis adveniant. Quicunque ergo è noſtris de domo in domum transmiſſus, vult ſuos adire, vel paululum è via deflectere, licentiam à P. Provinciali petat, & obtineat, cum expreſſione temporis à P. Provinciali præſcribendi: aut ſi ab eo facultas denegetur, rectà pergat. Secùs facientes pœnis in inobedientes per Canones

noſtros

http://rcin.org.pl

noſtros latis irremiſſibiliter à P.Provinciali vel a ſuo, ad quem diſcedunt, Superiore ſubjiciantur.

140. PP. Rectores, Præfecti, Profeſſoresque Scholarum, præſcripta infrà fuſiùs in Ordinatione Novitiatus de Candidatis ad Congregationem, diligenter obſervent: nempe de eorum delectu, de ſerio examine, de teſtimoniis *juratis*, de libris Metrices ſtatim cum quovis Candidato mandandis, (quæ, quoties cum Novitiis mox non mandantur, magno incommodo, & tot epiſtolarum pro iis habendis ſcribendarum neceſſitate, ac ſumptu inutili Domum Probationis afficiunt) de cōſcribendis præterea, transmittendisque fideliter, ac Rectori Novitiatûs reddendis Candidati rebus, de neceſſariis rebus ad veſtitum exteriorem, ac interiorem pro more & uſu noſtro, iiſdem è propriis Domibus, quo ad fieri poteſt, providendis, abſque tamen importunitate pauperiorum Parentum. Meminerint autem & PP. Rectores, & PP. Profeſſores, Inſtitutum & ſine hominibus, & ſine lectis ac idoneis hominibus, ſtare non poſſe: quare eorum, qui ſe offerunt, pro amore Inſtituti diligentem curam, quotannis habere non ceſſent, & ſollicitum diſcrimen faciant. Videant ut bonis moribus & ingeniis omnino præſtent, ſecùs, ſi de his certi omnino pro conſcientia non ſunt, Congregationem inutilibus Perſonis non onerent. PP. Rectores pro officio ſùo, & charitate erga Provinciam, procurent ſemper modum, devehendi Candidatos ad Domum Probationis, ſique modus alius pauperioribus defuerit, illi vecturam ſumptumque è Domo ſuppeditent, juxta morē antiquum. Patribus Provincialibus gravis in eos animadverſio committitur, qui differendi vel amitendi alicujus Candidati, neglectu hac in parte ſuo, cauſam præberent.

141. Superiores invigilent, nè ulla Domûs officia, aut quævis alia Magiſtris Scholæ tempus ullomodo diminuant, aut diſtrahant, maximè vero circa executionem toties latæ renovatæque legis, nè exeundi domo, abſque ſcitu & benedictione Superioris, & abſque eodem ſcitu redeundi abuſum, in quibuscunque perſonis ſibi ſubjectis, etiam hoſpitibus ullomodo tolerent. Tabellas cum nominibus ad portam appendi, juxta morem, ubique curent, in quibus exeuntes & redeuntes, Nomina ſua notare nunquam intermittant. Cauſam quilibet locumque exeundi Superiori brevibus dicere tenetur, præſertim ſi Superior id exigit, ſub pœna prohibitionis ne exeat. Cum ſociis ſemper noſtri exeant, ſub pænis à canonibus præſcriptis, quorum deſignatio vel permiſſio, Superiorum arbitrio ac prudentiæ planè relinquitur, qui ſine juſta cauſa hac in re moleſti non erunt: Noſtri veró meminerint ſolitarios incedere religioſos, etiam ſæcularibus diſplicere, ſtatumque noſtrum non decere. Qui ex officio ſoli exire poſſint; Superiorum voluntati relinquitur: qui tardos reditus domum, nunquam diſſimulabunt, ſed ſemper de iis commonebunt, aut recidentes, graviùs reprehendent, vel punient, nullumque ultra primum pulſum pro meditatione ſerotina, niſi juſtâ evidentique cauſa, extra unquam morari permittent. Ante Scholas Præfecti vel Magiſtri domo non egrediantur, aut tardius ad ſcholas ne redeant, ſummopere præcavebunt.

142.

http://rcin.org.pl

142. Quoad Clauſuram domorum noſtrarum tantopere canonibus & legibus præſcriptam attinet; hæc ſacroſanctè ubique ſervetur. Muri ſepimenta, portæ externæ, portæ Domûs omnes, quibuscunque extra exiri poteſt, vel ab extra intrari, ſemper cum opus eſt reparentur. Portæ Cuſtodes, FF. Operarii, aut ſaltem honeſti pauperes, ætate provecti, in qualibet domo adſint, & ubi præſertim fabricæ commodæ finitæque ſunt, Portæ interdiu ſint occluſæ, Cuſtodesque præſto ad ſonum campanæ. Fæminæ nullo modò, nullo prætextu ad domos noſtras admittantur, neç ad curritoria, nec ad Refectoria, nec atria, officinas, nec ullo in loco, intra ſolitam clauſuram exiſtente, ſub pænis juxta canones. In cubiculis extra portam ſeu hoſpitiis admittendæ, cum habent negotium, ſed ut in iſtis cubiculis pernoctent, choreas ducant, ludant, ut in iis cum externis compotationes fiant, hoc omnino nefas eſt, Superioresque qui id auſi fuerint, graviſſimè per PP. Provinciales puniri oportet; quibus de rebus, Provinciales in Viſitationibus diligenter ſemper interrogent. Fæminæ quæ cum vendibilibus rebus, ſeu quacunque neceſſitate veniunt ad portam, quantocyus expediendæ, nec ullomodo, præſertim ſerotino tempore in atria noſtra, culinam, diſpenſam, cæterasque officinas admittendæ, ſub gravi pæna in Officiales.

143. Servi domorum ſæculares, ſolâ neceſſitate cogente à Superiore ad obſequia admittendi, ut Diſpenſator, Cellarius, Sacriſtianus, cocus, coculi, aurigæ ſimiliaque famulitia. Superiores ad ſibi inſerviendum, poſſunt habere unum aliquem famulum, nullomodo vero ullus ex Communitate, cujuscunque gradus & ætatis, abſque expreſſa P. Provincialis cum ejus Congregatione in ſcripto licentia: qui ut tot Capitulis cautum eſt, parvos ad ſerviendum pueros, nemini permittat, & difficillimè quoscunque Si quis in ſcripto licentiam non habuerit, ei ſerviens, à Superiore Domûs domô exigatur; intelligaturque ſemper tales, etiam Ex-Provincialibus aut quibuscunque cum conſenſu mox dicto ſervientes, nullomodo à domo nutriri, veſtirique oportere, neque prætextu cedendarum illis propriarum portionum: præſertim Junioribus noſtris nulla ratione ejusmodi ſervientes permittantur, & vix quidem provectioribus ætate. Superiores tamen pro numero religioſorũ (exceptis Profeſſoriis & Novitiatu) ſi FF. Operarii domus deficiunt, habita ſemper ratione Domus & communitatis, unum, duos, tresve pauperes præſertim è ſtudentibus, famulos communes, nullis aliis officiis domus impeditos, honectos homines, foveant & ſolvant, qui religioſis neceſſaria præſtent officia, præſertim ætate provectioribus ac bene meritis; nulli verò ex his à Superiore conductis uni ſervient, ſed ſint cæterorum quibus Superior jubebit commodo, ac in eos animadverſio quæcunque ad neminem, præter Superiorem pertineat; Superioresque potiùs animadvertant in eos, qui è noſtris ejusmodi famulum, male tractare auderent. Neque vero hos, abſque expreſſa facultate Rectoris, ulli noſtrũ cũ literis aut cõmiſſionibus quocunque longius mandare fas ſit.

144. Studentes pauperes, Noſtros aliquando è domo in domum ſequi ſolent, id quod omnibus prohibetur, nè, cum eos alere non poſſint, ſe talibus & domos onerent, ſique ipſi advenerint, in domibus noſtris non locentur. Studentibus

paupe-

http://rcin.org.pl

pauperibus qui Scholæ Magiſtrorumque fornaces calefaciunt, ut id quod ſtudentes contribuunt exactè ſolvatur, tempusque iis ſtudendi intra & extra Scholam ſuis obſequiolis à Magiſtris non eripiatur, nec per curritoria & cellas vagentur, nec eos Magiſtri aut alii cum literis & commiſſionibus, cum detrimento temporis & ſcholæ eorum, extra, multominus pro die vel diebus aliquot mandent, Præfecti Scholarum ac Superiores invigilent. Optimum autem foret, ſi non ſtudentes pueri, ſed unus vel alter communis omnium Scholarum famulus ruſticus, ubique conſtitueretur, qui & in Scholis, & in Cellis Magiſtrorum fornaces calefaceret, & curritoria qualibet ſeptimana expurgaret. Pro quorum calefactorum ſolutione, quàm etiam pro emendis lignis, collectiones, non ad Magiſtros, ſed ad ſolos Præfectos pertineant, ordinamus commendamusque; & ut Præfecti percepta & expenſa hæc regeſtris fideliter connotata Rectoribus in menſe Majo tradant. Magiſtri vero ac Profeſſores, ſi Præfecti collectam pecuniam pro lignis & Calefactoribus non impenderent, Patri Rectori, ac in Viſitatione P. Provinciali deferant: circa quæ omnia in Viſitationibus, Provincialis diligentia maximè deſideratur.

145. Imprimis jam PP Rectores invigilent circa exactam obſervantiam toties confirmatæ legis, ut ſtudentes, nullo modo, nullo prætextu, nulla ratione, cubicula Magiſtrorum aut quorumcunque Profeſſorum, etiam Præfecti Scholarum, unquam ingrediantur, nec per curritoria ubi noſtri religioſi manent, divagentur. Præfectus ſonò campanulæ ad quemvis ſtudentem evocetur ad Portam, uti & Magiſtri ac Profeſſores. Circa ſolum Præfectum id obſervatur, ut regulæ huic imprimis ille ſe pro dando aliis exemplo conformet; ſi verò Præfectus neceſſarium judicabit aliquos è Directoribus Sæcularibus ad ſuum vocare cubiculum, aut generalem à Superiore facultatem petat, eaque quo ad rariùs poterit, utatur, aut judicio Superioris ſe accõmodet, qui nôrit, cui Præfecto, & quamobrem id generatim permittere. Inde verò minimè ſequetur, poſſe & alios quoscunque Profeſſores, Diſcipulos ſive alios ſtudentes in cubicula admittere, aut tales facultates generatim obtinere. Superiores qui contrarium obſervaverint, graviter primum noſtros quoscunque moneant, deinde etiam in contumaces animadvertant, ac Provinciales in ipſosmet Superiores, ſi in Viſitatione eorum hac in parte negligentiam cognoverint. Noſtri pariter ſcholas extra tempus nunquam adeant inſcio Rectore, multo minùs ſtudentium intra vel extra domum manſiones, graviterque ſecus facientes puniantur. Circa cubiculorum inter noſtros ingreſſum, Regulæ ut obſerventur, Superiores attendant. Magiſtri & Profeſſores omnino caveant tempore Scholarum Diſcipulos cum clavi ad cubicula ſua pro re aliqua portanda mandare.

146. Convictus abſolutè omninoque in Noſtris Domibus prohibentur, niſi ut Conſtitutiones Noſtræ permittunt, ad normam Collegii Noſtri Nazareni; quæ quo ad præſentem rem pertinet, forma iſtius Collegii in hoc præſertim imprimisque conſiſtit, quod nimirum puerorum Convictorum Cubicula penitus ſint ab omnibus aliis religioſis ſeparata, & præcluſa, præter eos, qui ad illorum regimen & cuſtodiam deſtinantur. Communicatione cum cæteris noſtris Religioſis ita penitus

per-

http://rcin.org.pl

perpetuoque intercluſâ, ut ſacroſanctum ſit, ne ullus Religioſorum, manſiones Convictorum, ullâ unquam cauſa, aut prætextu adeat.

147. Si ergo Domus noſtræ pro earum commodo, aut Parentum obligatione aliquos admittant Convictores, quod rariſſimè difficillimèque permittatur; nullus omnino Superior, ſub pæna ſuſpenſionis, aut deinde per P. Generalem privationis officii, aliter dictos Convictores admittere unquam poſſit; niſi talem locum habeat, qui vel ſit omnino extra clauſuram, vel ita ſaltem benè ſolideque ſeparetur, & ita omnino claudatur, ut nulla omnino communicatio cum Domo noſtra, illi parti Domûs ubi manebunt Convictores, interſit: gravioresque Religioſi & probati ad curam talium Convictorum deſtinentur, aut ſæcularium Directorum curæ relinquantur. Alii verò Religioſi Noſtri, ſi ſine Rectoris licentia Convictum vel Convictorem aliquem adierint, aut cum eo converſati fuerint, pœna graviore, pro prima ſtatim vice irremiſſibiliter, pro arbitrio Superioris, in Refectorio mulctentur.

148 Hâc inviolabili ullo in caſu regulâ, & rariùs quoad fieri poteſt, Cõvictores in bene ordinatis Domibus admitti poterunt, & nullô modô aliter; qua in re Provincialium conſcientia ſummopere obligatur, ut in Viſitationibus, contrarios huic conſtitutioni Convictus & Convictores, omnino, abſque ullo ullarum rationũ reſpectu, tollant, aboleant, & ſeveriſſimè prohibeant, aut cõmunicationẽ omnem, ſe præſentibus, muris ſtabiliter præcludi mox jubeant. Curent verò potiùs Superiores ſeparatas omnino Fabricas conſtrui, ſi ex Convictibus emolumentũ aliquod quærunt, & nè ullum quidem Convictorem, aliter quam mox præſcriptum eſt, teneant. Collegia etiam Nobilium, quibus Provincia non ſufficeret, non multiplicentur.

149. Viæ Superiorum inutiles omnino caveantur, in idque P. Provincialis Viſitationis tempore, quoties, quò, ob quod negotium, & quanto tempore, Superiores extra domum diſceſſerint, ſedulò inquirant, cum, ut Capitulum Varſav: 1691. inquit, reſidentia Paſtoris cum grege, ſit de jure Divino & humano, & ſuperfluæ expenſæ pro itineribus reſcindi debeant. Viæ pro emolumento Domûs evitari non poſſunt, ſed nè ſub earum prætextu, ad Conſanguineos aliosque externos, aut in noſtris domibus adeundis, Superiores divagentur, quàm maximè Provinciales, ſub pænis in ſynopſi expreſſis, attendant.

150. Commendatur omnibus PP. Rectoribus, ut more veteri ac laudabili, pro recreationibus tam pomeridianis quam veſpertinis in Communitate adſint. Patreſque ſimul, deinde Clerici, ſi plures ſint ſuis locis ſimul converſentur, ſive recreationum locus ſit in Refectorio, ſive in cubiculo P. Rectoris, aut alio ad id deſtinato, ſive in horto, nec per cubicula recreationum tempore ut ſeparentur, ſinant. Si Rector abſit. P. Vice-Rector ſit præſens. Jn hac conſvetudine non parum boni ſitum eſſe meminerint, nec id paucis fore malis remedium.

151. Jnſtrumentis muſicis præſertim ſonoris ob aliorum incommodum vitandum, noſtri in cubiculis præſertim tempore dum alii ſuis occupationibus vacant, non utantur: ſique iſtis, tempore ſtudiis debito, abuti, quis etiam monitus ani-

http://rcin.org.pl

animadverteretur, ei Pater Rector etiam abſolutè, nè ludat, prohibebit.

151. Omne genus armorum, gladiorum, ſcloporum Statuto Capituli Lovicienſis Anni 1753. perpetuo prohibetur Noſtris tam Superioribus, quam ſubjectis; & ſicubi apud aliquem è Noſtris deprehenderentur, à P. Superiore loci tollantur, & vendantur, ac pecunia Regeſtris Domûs inſcribatur, qua in re PP. Superiores ſint diligentes, tanquam in re, canonibus & Noſtris Statutis prohibita, multumque Statui Religioso inconvenienti, quorum executioni & PP. Provinciales in Viſitationibus invigilent.

153. In epiſtolarum inter noſtros commercio invigilent PP. Superiores ſuper nimia ac inutili earum frequentia. Meris officiis, abſque negotio fere ſemper inutilibus noſtri tabellarios non onerent. Nova de rebus domeſticis, ſuſurris & detractionibus ſimiliora, penitùs devitent, & ſi quis hac in re notatus fuerit, à Superioribus in eum debitè animadvertetúr. Pro caritate omnique prudentia ſcribe e ea caveant, quæ dedecori aut malo exemplo eſſe poſſent, verbisque uti, quæ viros graves, non decent, nimiamve familiaritatem ſapiunt. Ad Superiorem cuncti literas ſuas ſigillandas deferant, & ab eo recipiant, cui liberum eſt quascunque aperire vel reddere. Literas ad exteros, quæ ſolvi debent, & ubi literæ etiam ad Noſtrates ſcriptæ ſolvi ſolent, quilibet ſive mittit, ſive recipit, ſolvet, non Domus, nec Provincia, vel à ſcribendis abſtineat. Si in negotio Domus vel Provinciæ ad quem oportet, ſcribitur, à Superioribus ſolvetur, item in iis, quæ regula permittit vel jubet.

154. Cum PP. Superiores Domorum ſingulis Menſibus Provinciali ex regula ſcribere debeant, negligentes hanc officii partem à Provincialibus graviter moneantur; ubi vero extra curſum Tabellariorum domus noſtræ ſunt, uti Szczucinenſis, Varęzenſis, Interamnenſis, Lucovienſis, &c: &c: PP. Provinciales urgeant ſemper Rectores, ut certum modum omnino provideant, ſtatis diebus, bis ſaltem in Menſe, cum & pro epiſtolis ad locum viciniorem, ubi cum poſtæ Magiſtro conveniant mittendi, juxta ſtatutum Capituli Varęzenſis Anni 1732. Sigilla privata, præter Ex-Provincialibus & componentibus Congregationem Provincialem, Rectores in ſuis Domibus omnibus tollere & prohibere poſſunt: habitâ tamen perſonarũ ratione. Conſvetudinem noſtri literas Latinè ſcribendi conſervent præſertim ad Superiores, optimosque epiſtolarum Scriptores imitari conentur.

155. Abuſio titulorum prorſus tollatur, ſolisque tantùm & unicè PP. Provincialibus, neminique alii in Provincia inter noſtros, tam ore quam ſcripto titulus *Paternitatis*, aliis omnibus *Reverentiæ*, Clericis & Operariis *Charitatis* titulus cõpetit. In ſubſcriptione epiſtolarũ (propter externos) P. Provinciali titulô *Reverendiſſimi*, omnibus aliis Superioribus *Admodum Reverendo Patri*, omnibus non Superioribus: *Reverendo Patri* Noſtri utentur. Clericis: *Reverendo N. N.* Operariis ſimpliciter *Fratri N.* Epitheta, *Digniſſimi*, *Colendiſſimi*, *Obſervandiſſimi*, & ſimilia monaſtica, penitus omnibus omittantur: præter ſimplicem officiorum, quæ quis gerit expreſſionem, nihil apponatur.

156. Deinde ad coercendum talium, ſi qui eſſent, temeritatem, qui externis domeſtica revelare auderent, provide & noſtris, & Generali 1637. Capitulis



http://rcin.org.pl

ſtatutum eſt, ut illi qui de Congregatione noſtra, & religioſis noſtris ac ſuis Superioribus murmurando, male locuti fuerint, præſentibus ſæcularibus, & ſimiliter qui quomodocunque manifeſtarint noſtrorum defectus ſæcularibus, juxta Canones culpæque gravitatem pro arbitrio Superioris omnino puniantur.

157. Quod ad Eccleſias Noſtras pertinet, Superiorum ante omnia intereſt, eas ſartas tectas ſervare, & decorem Domûs Dei diligere. Quilibet itaque Rector & Superior Domûs, primo regiminis initi menſe, Vice Rectore duobusque adlectis Sacerdotibus, tectum Eccleſiæ viſitet, fornices & ſundamenta, & ſi quid reparandum eſt, indilate reparari curet, uti & in muris, feneſtrisque dum reparatione egent. Hæc verò tectorum Eccleſiæque viſitatio ſcribatur, in libro ſuperiùs dicto, in quo alii Rectorum ex officio actus, ſuis diebus, inſcribi jubentur: idque brevibus verbis *v.g:* N. Annô N. Menſe N. primô regiminis Patris N. à S. N. facta eſt Viſitatio murorum, Officinarum, tectorumque Eccleſiæ per eundem P. Rectorem in præſentia PP. N. N.

158. Rerum Sacrarii conceſſio toties Capitulis Provincialibus ſeverè prohibita eſt, ſub gravibus Præfectorum Sacrarii pœnis: nullôque modô ſtatutum hoc Superiores diſpenſent abſque Provincialis ejusque Congregationis in ſcriptis conſenſu. Domeſticas res præſertim Sacrarii, abſque conſenſu Capitulari Communitatis, tam externis, quàm etiam noſtris, maximè ad actus Scholaſticos, ac quibuscunque aliis domibus Superiores non concedant.

159. Res ad Sacrarium pertinentes, decoris Domus Dei cupidi, & augere procurent, & inventaria Sacrarii, aliaque per quam exactè conſcribi, renovari; ac quolibet quartuali, revideri curent, & officialibus Sacrariorum invigilent, ut omnia benè compoſita, pulvere excuſsô munda, quotannis Menſe Majo vel Junio exſiccata, ſuis locis bene clauſa conſervent, ac mox, quæ opus eſt, vel à Sacrarii Præfecto, aut famulo præmoniti, vel quæ ipſimet reparatione indigere viderint, indilatè reparari procurent. Candelabra & vaſa Sacra, ut terſa & polita ſemper ſint, indumenta alba, uti Albæ, Superpellicea, & alia, ſtatis temporibus, vel cum opus eſt, laventur, & ea præſertim, quæ ad Calicem ſpectant, quam mundiſſima ſemper ſint, cujus imprimis rei neglectus, & Religioſorum præſertim Eccleſias dedecet, & cunctos offendit.

160. Devotiones publicæ in Noſtris Eccleſiis privato Superiorum arbitriô, abſque Provincialis ejusque Congregationis ſcitu, nec ullomodô augeantur, neque etiam tollantur, aut mutentur. Proceſſiones & Expoſitiones Sanctiſſimi, ultra à multo tempore introductas non multiplicentur. Scholis tempus non diminuatur. Hisque rebus Provinciales in Viſitationibus ſeriò attendant & nova quævis in illis, ac ſingularia omnino prohibeant.

161. Devotionum Tabula perpetua in omnibus domibus deſcribatur, & manu P. Provincialis ſubſcripta, in Sacrario appendatur, in qua, tam ordinariæ ſingulis hebdomadis, Dominicis & Feſtis, Menſibusque Anni, quàm extraordinariæ Devotiones & Celebritates annuæ, Expoſitiones Sanctiſſimi, Proceſſiones, Conciones matutinæ & veſpertinæ, Veſperæ, Miſſæ cantatæ, & id genus, clarè diſtinctèque inſcribantur, ne unquam mutari poſſint.

126.

162. Conciones ſingulis Dominicis fiant, per ordinarios Concionatores (ſive aliquãdo Studentes noſtros aptiores, prout P. Provinciali cum ſuo Conſiſtorio viſum fuerit, in Profeſſoriis id conſtituere,) præter vacationes, niſi in Parochialibus Eccleſiis in quibus etiã vacationũ tempore conciones, vel potius catechiſmi habendi ſunt. Feſtis, præter præcipua uti Natalis Dñi, duobusq; diebus ſequentibus, Novi anni, Epiph: Paſch: primô die, & Pentec: Aſcenſionis, Corporis Chriſti, Feſtis Beatæ præcipuis, ac ſingularium Patronorum, Feſtis SS. Petri & Pauli, Joannis, Joſephi, aliæ omitti poſſunt: neq; duo Concionatores, in paucitate præſertim noſtrorũ, neceſſarii ſunt: unde ſi duo deſtinari non poterunt, facile unus omnes conciones, dũ ad plus mediã horã non excedant, ſupplebit. Rector attendat, ut ſolide & cũ ædificatione, atq; ad captũ & profectũ præſertim noſtrorũ ſtudentium ſermones fiant, & præſcripta inferius his Ordinationib9 pro Cõcionator: obſerventur.

163 De Ordine Sacrorum ſuperiùs dictum, in ſcheda quotidie exponendo: in eadem ſcheda pro diebus feſtis Confeſſarii aſſignentur, ſuis alii poſt alios horis, aut ſi multitudo confitentium adſit, etiam omnes, toto præter Miſſam & Officia neceſſaria, tempore adſint. Si autem confitentes penitus non adſint, aſſignati in ſcheda Confeſſarii in cubiculis manere poſſunt, dummodo præſto ſint, ſi vocentur. Ubi pauci Confeſſarii reperirentur, etiam iidem quotidie ſcribentur. PP. Provinciales in Viſitationibus admoneant graviter eos PP. Rectores & ſuperiores ac ſeniores, ſi qui etiam in majore populi concurſu à confeſſionibus excipiendis ſubterfugiunt, cum id & officium Eccleſiæ, & exemplum ſuis debeant. Novi Sacerdotes (qui abuſus ex neceſſitate quadam ut videtur, inolevit) à PP. Rectoribus ad Confeſſiones excipiendas non vocentur, ad completum ſaltem triennium Sacerdotii, imo neque adhuc in ætate 29. annorum, niſi perſonæ valde probatæ juxta Capitulum Podolinenſe Anni 1664. priusque benè examinentur, & ad tempus præfixum facultas audiendi Confeſſiones ipſis concedatur, ſervatis de jure ſervandis. Romæ bene ultra trigeſimum annum expectatur, antequam aliquis ad hoc graviſſium officium admittatur.

164. Quotidie diebus etiam profeſtis duo Confeſſarii aſſignentur in eadem ſcheda pro craſtinis Confeſſionibus, unus ad nonam horam, alter ad meridiem, ut Sacrarii Cuſtos ſciat in caſu neceſſitatis, quos præcipuè vocet. Non ideò tamen, ſi pro confeſſionibus audiendis alii etiam vocantur, quàm in ſcheda pro craſtino aſſignati, ullô modô ſe excuſent; adeoq; circa diligentiſſimã huj9 Sacramẽti adminiſtrationem ſummopere Rectores attendant. Pro Studentibus verò aſſignatarum ipſis Confeſſionum diebus, ut & ſolemnioribus Eccleſiæ propriæ Feſtis, ac in confluxu populi, plures omnino Confeſſarii in eadem ſcheda aſſignentur. Quo fine, pluries Superior Sacrarium & Eccleſiam mane adibit, & ut Confeſſores adſint, invigilabit, aut aliquem mittet. Religioſi noſtri nonniſi deſtinatis à Provinciali Confeſſoribus pro noſtris, confiteantur. Rectores qui habent licentiam abſolvendi à caſibus reſervatis, eam aliquot Patribus communicent, qui non habent, procurent, & in qualibet domo Rector procuret facultatem abſolvendi ab hæreſi.

165. Vir aliquis ſemper de gravioribus ſacrario præficiatur in ſingulis domibus, ut Capitulum Reſſovienſe Anni 1682. præmonet. Ut verò de numero Sacro-



http://rcin.org.pl

rum, à quovis noſtro Sacerdote ſingulis Menſibus celebratorum conſtet, quilibet pro conſcientia numerum a ſe celebratorum quovis Menſe Sacrorum, Præfecto Sacrarii reddat, ut moris eſt: Laudabilemque non nullorum Superiorum conſvetudinem (qui quovis anno, in ſupplementum, ſi quomodo deficerent ex obligatione Miſſarum, tricenas, quinquagenas, pluresve adjungunt,) expediret ut omnes ſequantur.

166. Ubi Summæ, non noſtrâ culpâ interierunt, ipſimet Superiores locales, diminutionem obligationum, ſed re manifeſtè probatâ, à Loci Ordinariis petant. De cætero ut ordinat Capitulum Varęzenſe Anni 1747 in omnibus Contractibus pro perpetuis Miſſarum obligationibus incundis, apponatur providè clauſula, *ſalvâ Loci Ordinariorum, ſi cenſus non ſolvuntur, quò ad obligationes, reductione*, ſecundum deciſionem Sacræ Congregationis Concilii Tridentini Interpretum

167. Capitulum Varęzenſe Anni 1744. de Miſſis pro noſtris Defunctis, ita diſpoſuit: Cum de Suffragiis pro noſtris, ultimô Capitulô Generali diſpoſitum ſit, Patres pro Provincia Noſtra conſenſerunt & decreverunt, ut pro ſingulis Provinciæ hujus Religioſis noſtris, tria à quolibet Sacerdote ſuffragia fiant; in ea verò Domo ubi aliquis mortuus fuerit, ſex à ſingulis. Pro P. autem Provinciali, ſi intra tempus regiminis deceſſerit, ſex pariter à ſingulis in tota Provincia. Una quoque Miſſa ut jam in uſu eſt à quolibet Sacerdote pro quolibet noſtræ Congregationis Lithvano abſolventur. Cætera verò ſuffragia current, ut de iis in Capitulo Generali 1742. ordinatum eſt.

168. Tertio Nonas 9bris Miſſa pro noſtris Defunctis, (uti & in die obitûs ſeu ſepulturæ demortuorum Noſtrorum in domo) dicetur & Officium integrum Defunctorum in Eccleſia. Jn craſtino verò vel proxima die non impedita Miſſæ pro Noſtrorum Parentibus ac Conſangvineis à ſingulis offerentur, juxta Capitulum 1664. & 1676. Proxima vero die non impedita, pro Benefactoribus & Fundatoribus, Sacra ab omnibus abſolventur in omnibus Domibus. Denique pro iis Defunctis in tota Provincia Sacra dicentur ab omnibus, pro quibus ex juſtis rationibus, uti pro Protectoribus, vel ad communicationem meritorum admiſſis P: Provincialis abſolvenda judicaverit. Jn Capitulis Provincialibus, Capitulum Podolinenſe Anni 1676. decrevit, ut pro defunctis in hac Provincia Religioſis noſtris, Miſſæ ab omnibus præſentibus ſemel celebrentur.

169. Quo ad decentiam exteriorem in Eccleſiis à noſtris ſervandam Capitulum Podolinenſe Anni 1664. præcavet, nè ſine ſuperpelliceo in Expoſitione SSmi, & alias ſine pallio ad Altare aliquis noſtrorum accedat, præcipuè Sacriſtianus: Diebus verò Communionis in qua Fratres noſtri ſumunt Sacram Synaxim, nè in ſcamnis ſedeant, nec in Sacrario, ſed ante altare omnes genuflectent. Hæc quæ ad curam Superiorum circa Eccleſias Noſtras pertinent.

170. Proſpiciendo conſervationi rerum Muſicalium Capitula Reſſovienſe 1689. & Podolinienſe 1664. ſtatuunt, quatenus quilibet Præfectus Chori, omnes penitus compoſitiones muſicas, ad ſuum chorum pertinentes, in unum vel plura volumina, cum notis deſcribi faciat, & P. Provinciali ſic conſcriptas præſentet,

idem-

http://rcin.org.pl

idemque intelligendum de rebus ejusmodi in futurum acquirendis. Tam verò ſcriptorum muſicalium indicem, quam rerum omnium & Inſtrumentorum ad chorum pertinentium Jnventaria exactè deſcripta & in Viſitationibus producantur & examinentur, & à Superioribus Domorum, Præfectis chori, bene ſemper verificata, per deſtinatum à Rectore Commiſſarium reddantur, atque à diſcedentibus alio, recipiantur, uti & Regeſtra pecuniarum, ac pecuniæ, ſicubi ſunt, ad Muſicem pertinentes: quibus de rebus Rectores in Reſignationibus Domorum ſingulari ſemper articulo ſuos Succeſſores informent. Præfecti chori, Muſicos in ſobrietate continere curent, & à debitis abſtineant, neque iis Domum, aut Succeſſores onerent.

171. Nunquam jam ſatis PP. Rectorum aliorumq; Superiorum localium vigilantiæ, zelo & charitati, Parochiarum aliquot in locis noſtræ curæ commiſſarũ adminiſtratio commendari poteſt, quarum deeſſe officiis, & ſumma injuſtitia, & Eccleſiæ deceptio, & ingens coram Deo peccatum eſt, majusq; etiam quam aliæ omnes negligentiæ.

172. Jmprimis itaq; quæcunq; Lociordinariorũ ſunt jura, in viſitandis talibus Eccleſiis, & in examinandis rebus, quæ ad Sacramentorũ omniũ adminiſtrationẽ, ad verbi Divini Doctrinam, ad vitã etiã eorũ qui directe ad Adminiſtrandã Parochiam deputantur, pertinent, ſacroſanctè à noſtris obſerventur; non derogando in iis, quæ ad interius Congregationis regimen ſpectant, ordinariis noſtris exceptionibus. Jn viſitationibus itaque Epiſcopalibus curent noſtri, ut illi omnia ad ædificationem inveniant, & quæ viſitantibus præſentanda ſunt, in rebus & libris, optimo ordine conſtent, & parata ſint omnia.

173. PP. Rectores, & PP. Provinciales imprimis ſummopere invigilent moribus, & vitæ eorum, quibus immediata animarum cura, baptiſmata, Confeſſiones, ægrotorum Viſitationes & hujusmodi commiſſa ſunt: etſi umbrã ſcandali, multo magis culpam animadverterent, longe ſeverius tales ſibi puniendos eſſe exiſtiment, & indilate puniant, quã pro quibusvis domeſticis culpis, & officio mox eos amoveant. PP. Provles principale primariumq; id in Viſitationibus talium Domorũ Officiũ ſuũ in eo collocent, ut quæ ad vitam inſervientiũ Parochiæ, & ad ejus adminiſtrationem pertinent, primo, & diligentius, ac exactius etiam quam alia, examinent, corrigant, & conſtituant, juxta librum Viſitationum Provincialium, de quo mox infra.

174. PP. vero Rectores meminerint, non tantum eſſe ſe Rectores Domus & Scholarũ, ſed & Parochos, Patresq; Spirituales plebis in ſuis Parochiis, proinde Catechiſmos imprimis mane diebus Dominicis, ut quã ſolidiſſimè & clariſſimè, ſimpliciter, prudenter, & laborioſè noſtri tradant, majorem in modum attendant; & ut pauca proponantur, ſed pluries pluriesque repetantur: & populus ad adtentionem excitetur, & ut pueri præſertim quam optimè principiis Fidei inſtruantur. Conciones ſuis temporibus, ut ſint faciles captu, contra peccata, & pro virtutibus inſtillandis, in genere & præſertim in ſpecie, bene è Scriptura, Patribusq; ac Chriſtianis rationibus, ſolidis non anilibus exemplis, fabellisq; probatæ, apte, diviſæ, doctrina morali plenæ, ſimplices & claræ, nec vero horam mediam excedant Piæ cantilenæ populi imprimis in laudem Dei Trini & Unius, tum ad invocationem

B.V.M.

http://rcin.org.pl

B. V. M. & Sanctorum, ritè ordinentur, præſitque ſemper qui intonet. Actus breves & pii virtutum Chriſtianarum, & Confeſſio generalis omnibus Dominicis populo clariſſimè paulatimq; ex ambone prælegantur. Ne mane præſertim populus ebrietati dedatur diebus Feſtis, ſed ad Eccleſiam confluat, ſacrisque ut adſit, majorem in modum invigilandum eſt.

175. Confeſſarii nedum ad Parochias directè deſtinati, ſed etiã alii è noſtris diligentes ut ſint, & charitate pleni, & probatiſſimis ipſi moribus. qui nunquã petentibus deſint, neq; præcipitanter rem cũ pænitentibus abſolvant, ſed Confeſſione audita, ad quã ſimplices interrogationibus prudentibus juvare debent, non multis, at ſolidè tamen, pænitentes ſemper commoneant ac doceant, ante abſolutionẽ.

176. Devotiones aliquæ præcipue diebus feſtis quadrageſimæ, aliisque pro loci conſvetudine & opportunitate vel introductæ, exactè fiant, vel pro populo excitando, prudenter, ac moderatè, cum conſenſu P. Provincialis, ſi neceſſarium ac utile ei videbitur, introducantur: ſuperſtitionibus, quæ revera tales ſunt, ſolicitè reſciſſis. Ad benefaciendum pauperibus modi faciles & leves Parochianis proponẽdi, & maximopere ad id ſunt, continuòque excitandi. Si quæ ſunt pro pauperibus fundationes, ſoliciriſſimè ad effectum deducendæ.

177. Scandala & crimina publica & privata inter Parochianos ut extirpẽtur totis viribus laborandum, quæ Epiſcopo deferant. Quo ad fieri poteſt, in quodam certo annorum numero, zeloſiores ſalutis animarum Rectores optimum factu putent, ſi pro populo plus minus (pro numero fidelium) binarum ſeptimanarum Miſſiones, per noſtros fieri procurent: hoc enim modo incredibilem fructum facerent, emendationemque morum identidem inducerent. Innumera alia pro Parochiis ab Eccleſia præſcripta ſunt, in quorum obſervatione, noſtros, melioribus & ſanctioribus Parochis, cedere non oportet.

178. Finitis Ordinationibus imprimetur libellus utiliſſimus de Viſitationibus PP. Provincialium pro eorum uſu, noſtrorumque notitia: juxta quem PP. Viſitatores, omnia hucusque circa obſervantiam domeſticam dicta, in Viſitationibus facile examinabunt, dum ſuo officio ritè & pro conſcientia ſatisfacere velint.

179. Denique de libris Domorum manuſcriptis, uti ſunt regeſtra, manualia, & liber Magiſter, Inventaria officinarum diverſarum domus & præſertim Sacrarii, Bibliothecæ &c. Liber Familiarum, liber adventus & diſceſſus noſtrorum, liber Viſitationum & Ordinationum Provincialium & PP. Generalium, libri Capitulorum localium, liber Capitulorm Provincialium: Liber Capitulorum Generalium: liber Summarii Archivi, liber Inventariorum, prædiolorum & villularum: liber quo actus in Domo noſtra abſolvendi fixis diverſis temporibus, annotantur, ut ſupra hic: liber Hiſtoriæ Domus, liber cum nominibus & cognominibus ſtudentium: Liber Reſignationum Domus, Liber ſi qui ſunt Proceſſuum & Cauſarum liber Quietationum: Liber Suffragiorum pro mortuis & qui alii in domibus uſui ſunt: imprimis diligentiæ ſummæ Superiorum localium commendamus, ut per Secretarios Domorum omnia ſuis locis exactè inſcribi curent, nec inſcribenda differant, ſed mox ſuis libris omnia inſcribantur Deinde ut PP. Provinciales in Viſitationibus videant, examinarique faciant. Tum ut res abſurdiſſima, vigilantia

tia

http://rcin.org.pl

tia & prudentia Superiorum ac Secretariorum domûs tollatur, abuſus nimirum inſcribendi in libros, res quæ non ad has ſed ad alias materias librosque pertinent. Ubi tales libri reperiuntur, deponantur in Archivo, & alii iis ſubſtituantur in quibus prudentius inſcribendarum rerum natura deinceps ab his temporibus obſervetur. Denique PP. Superiores præcipuam hanc Officii eorum partem, amoris boni publici, ſuique honoris intuitu non omittant, ut & diverſos hos libros pro diverſis materiis parari, mox ubi eos deeſſe vident, faciant, & ut eos diligentiſſime conſervent.

180. Cum jam in Superiorum immediatorum virtute tota adminiſtratio Domorum conſiſtat, hique plurima officia muneri eorum penitus adjuncta habeant, perutile imprimis neceſſariumque eſt, ut aliquis in quavis Communitate ſit, cujus munus ſit proprium, Superiores de rebus, ſi quæ extra orbitam exciderent, ſincerè informandi, hæcque iis duntaxat candidè deferendi. Talis itaque in quavis Domo & reſidentia, in perpetuum quotannis, à PP. Provincialibus conſtituetur è gravioribus & virtute ſpectatis in Communitate viris: in Familia verò Domus, duntaxat hoc Officium notabitur litera P. quæ ſignificabit Præmonitor.

181. Prudentiæ jam maturique judicii hujus ita deſtinatæ Perſonæ intererit, nè commiſſo ſibi munere ullo modo abutatur, ſed potius raro ac circumſpectè, in ſolaque evidente neceſſitate utatur. Jtem ut quam maximè curet, cum moderatione modeſtiaque animi & cum debito ſemper reſpectu, præſertim in verbis cum Superiore agere. Ne verò ſe periculo committat ullo excedendi verbo, aut, ne forte exceſſiſſe aſſeratur in majoris momenti rebus, non ore tenus, ſed in ſcripto bene meditato, rem Superiori deferat, exemplarque aliud apud ſe conſervet, ac diem, annum, locumque notet. Videat verò ne eum præmonitionis ſuæ coram P Provinciali pudeat, ipſeque vituperationem ac correctionem mereatur. A nugis & apinis leviorisque momenti rebus omnino abſtineat: graviterque in ſe Provincialem animadverſurum ſciat, ſi inquietandi vexandique duntaxat Superioris cauſa, non gravi juſtaque ratione, officio ſuo utatur. Conſcientia autem, deliberatione matura, & bono prudentique zelo ducibus, cum agendum eſt, agere non omittat, ſuoque fungatur munere Rem itaque quamcunque certam, veram & bene perſpectam perpenſamque habuerit, Superiori deferat: aut etiam dubiè, & minùs certè ſibi delatam (ſi res gravior ſit) ad inveſtigandum & probandũ Superiori proponat.

182. Meminerit autem Statuti Capituli Lovicienſis 1726. Anni de Conſultoribus Domorum, quod huic etiam officio merito accòmodatur: Conſultores Domorum non excedant limites ſui officii, immiſcendo ſe in officium, aut in auctoritatem PP. Rectorum. Proinde Præmonitor nulla conventicula faciat, nec ullam penitus jurisdictionis umbram ſibi arroget, parteſque ſuas tantummodo eſſe nôrit, quod juſtum ac neceſſarium videtur, Superiori deferendi, nihilque amplius.

183. Præmonitorem autem ipſum exemplo virtutis, omnisque obſervantiæ religioſæ ſuis & exteris prælucere oportet, atque ita digniùs munus ſuum reddere. Quare id illi nullo modo occaſionem præbere debet, ut ſe ulla in re

aut ,

aut Superiori, aut cuicunque gravem minusque tolerabilem reddat: multo minus ut illi quidquam liceat, quod cuicunque licere non judicat. Jdeoque ſi ille ipſe deviaret, vel Communitatem, vel aliquem ex Communitate concitaret, à Superiore moneatur, & puniatur, aut ſi neceſſe eſt, P. Provinciali deferatur.

184. Qua tamen in re Superior quam maximè cavebit, ne ex præmonitionis Fraternæ cauſa, alicujus offenſionis, aut irritationis ſuſpicionem offendat, eamque aut per ſe, aut per alios directè vel indirectè oſtendat. Superioris igitur intererit, ut eum qui ſuum explet munus, debito cum honore recipiat, prout in Domino judicaverit, reſpondeat, nec dictis offendatur.

185. Si Præmonitor vel pluries à ſe Superiori delata, male recepta eſſe viderit, vel ab eo male tractatus fuerit, vel nullam mutationem aut remedium allatum patuerit, id leniter moderateque feret, & ſincere modeſteque, ſed omnino pro munere ſuo Patri Provinciali ejuſque Congregationi denunciabit. Præſertim verò de neceſſariarum omnino rerum tam Communitati quam alicujus ex Communitate defectu, de non correctis in aliquo vitiis, præſertim ebrietatis, de rebus Inſtituti & Scholarũ male adminiſtratis, de rebus Communitatẽ vel extraneos in Superiore offendentibus, & ſimilibus majoris momenti rebus, eidem deferre, non omittet. P. Provincialis verò nullo modo differet, ſeu eo Varſaviâ abſente, Congregatio Provincialis, imprimis P. Rectorem graviter per literas commonere, eique ne moleſtiam ullam præmonenti facere auſit, ſerio inhibere: tum ſi res domi non corrigerentur, vel Commiſſarium in gravioris momenti rebus expedire, vel Viſitationem domus inſtituere.

186 Quod ſi Præmonitor merâ negligentiâ vel puſillanimitate, aut aliâ causâ, munus ſuum neglexerit, & hujus negligentiæ apud P. Provincialem vel Congregationem Provincialem accuſatus & convictus fuerit, graviter arguetur, & ſi ob ejus negligentiam vel diſſimulationem nimiam malum aliquod evenerit, tanquam negligens ſui officii arbitrio Patris Provincialis punietur.

187 Cum denique Ordinationes præſentes, non omnes ad omnes pertineant, neque proinde omnes in Communitate legi neceſſe ſit: prima enim earum pars generatim ad regimen Provinciæ ſpectans à Superioribus; tertia pars de Novitiatu, Profeſſoriis & Studiis Noſtrorum; in iis ad quas hæc pertinent, Domibus: Quarta pars de Scholis publicis, in Studiis noſtrorum, & a Magiſtris Profeſſoribusque legentur: Quinta pars quæ diverſas materias continet, ab iis quorum intereſt, evolvetur. Jtaque hæc ſola 2*dà* pars, quæ domeſticam obſervantiam concernit in ſingulis domibus & reſidentiis noſtris, tempore refectionis, quotannis, ſemel, à die 3tia Novembris, mane & veſpere, donec finiat, omnibus præſentibus legetur; hacque lectione finitâ, ſi aliqua vel ex Capitulis Generalibus vel ex Provincialibus noviter celebratis publicanda ſunt, iis annis qui talia ſequuntur Capitula, conſequenter legentur: atque in libro ſupraſcripto, de quo p. 2. § I *Nro* 16. Lectio Ordinationum harum facta, à Secretario Domus quotannis inſcribetur: quod PP. Superiorum & Provincialium vigilantiæ commendatur.

FINIS PARTIS SECUNDÆ.

ORDI-

http://rcin.org.pl

# ORDINATIONES

## Circa Juvenum noſtrorum Religioſorum educationem.

# PARS III.

## ORDINATIO NOVITIATUS.

ORdinationes circa diſciplinam regularem in Novitiatu, ac circa rationem ſtudiorum, ordinemque temporis, alias Anno Domini 1742. factas, tam in ultima noſtra Novitiatus ejuſdem Viſiſitatione collaudavimus, & approbavimus, quam in præſentiarum eaſdem prout nonnullis locis immutatæ, vel ex neceſſariis obſervationibus auctæ ſunt approbamus, & confirmamus, decretisque Viſitationis noſtræ Apoſtolicæ inſerimus, atque eaſdem in Domo Probationis, perpetuò ac inviolabiliter obſervari mandamus, ſuntque tenoris ſequentis.

### §. I.

### *Ordinatio circa diſciplinam regularem in Novitiatu.*

VItæ totius fundamentum, in ſolicita optimaque juventutis noſtræ educatione collocatum eſſe, ipſa (ut ajunt) luce clarius eſt. Quales novitios Domus Probationis ad profitenda vota ſolennia, admiſerit, quales illa Provinciæ ac Ordini educârit, tales totâ reliquâ vitâ futuri ſunt. Jmo aliquando etiam infeliciter contingere ſolet, ut illi, qui boni aut fuerunt, aut eſſe videbantur Novitii, jam in ulteriore deinceps vitæ curſu magna Congregationis calamitate, damnoque, quandoque degenerent, quæque in illis ſtudiò occulta erant in Domo Probationis vitia, in aliis Domibus paulatim erumpant, & tarde eorum detegatur indoles. Secus verò id ne ſemel quidem accidiſſe obſervatum eſt, ut qui malus tyro fuerit, bonus ali-



http://rcin.org.pl

aliquando Vir Religioſus evaſerit. Nimirum naturæ malitia, celari in tyrocinio poteſt, quamdiu nonnullos, ejectionis metus cogit eſſe bonos. Jam per vota emiſſa, ſui ſtatûs ſecurus, & in majorem aliquanto libertatem egreſſus juvenis, quæ in arcano pectoris ſtudiose celarat, rerum ſuarum jam tutus, prodere paulatim incipit. Jtaque ſi de iis etiam, qui pij, probi, honeſtique videbantur, tyronibus metuendum eſt, ne aliquando mutentur, certè jam de iis omnino deſperandum eſt, qui vel in tyrocinio religioſæ vitæ, protervi, tepidi, otioſi, inobedientes, immodeſti, garruli, rixoſi, à pietate in DEUM remoti, obſervantur, deinceps boni eſſe probique poſſint. Jnde patet, quanta cura, diligentia, ac vigilantia, educandi ſunt illi, quam cautè attentè diuque, eorum examinanda indoles, quam bonis, ut meliores evadant, inſudandum eſt, quam malis exactè ſevereque, omnibus humanis rationibus poſthabitis, Congregatio purganda eſt. Pro corrigendis itaque eorum vitiis, pro jaciendo ſolide hoc religioſæ vitæ fundamento, pro illis ipſis in reliqua vita felicibus reddendis, pro commodo & decore Provinciæ, Ordinis ac Patriæ noſtræ, pro quam optimo hujus Novitiatus regimine, nihil quidem novi cõſtituimus, ſed duntaxat quædam, è noſtris regulis, capitulis, viſitationibus, canonibus & bullis Apoſtolicis, quæ magis neceſſaria nobis eſſe videntur, excerpimus, ac perpetuò in Domo Probationis obſervanda, Novitiisque noſtris continuo inculcanda, decernimus.

1. Ordinem temporis in ſeparato chartæ folio deſcriptum, item rationem ſtudiorum, etiam ſeparatim inferius præſcriptam, diligentiſſime obſervent.

2. Pater Magiſter novitiorum maximopere invigilet, ut ad ſigna communia juxta regulam, ſint quam exactiſſimi, atque ad omnia ſe ſimul conferant, neminemque vel minimè tardare ad communia officia, ad templum, menſam, hortum ac recreationes ſinat, quique tardius aliis ſine juſta cauſa venerit, mortificationem ſubire jubeatur.

3. Surrectio matutina, prandium, & cæna, ſunt tria principalia momenta de die, juxta quæ reliquarum actionum ordo decurrere ubique ſolet. Proinde præſenti diſpoſitione ſtatuimus, circa tempus prandii, in hac Probationis Domo, ut prandium quotidie exactiſſimè hora ipſa undecima detur, adeoque uti pro cæna interrogari non ſolet, an ſint res in culina paratæ, ita & pro prandio nunquam interrogetur, ſed dictis horis ſemper exactè pulſetur.

4. Pulſus verò ſecundus pro meditatione veſpertina, ut in ordine temporis infra, ita ut Ordo temporis matutini & pomeridiani quo ad exercitia & Spiritualia & Scholaſtica ab his punctis ſecundi pulſus pro prandio, & ſecundi pulſus pro meditatione ſerotina pendere, & in iis firmiter conſiſtere poſſit.

5. Ad invigilandum continuo & ſine ulla interruptione Novitiorum, novorumque profeſſorum moribus, vires unius hominis non ſufficiunt. Quamobrem præter Magiſtrum Novitiorum, ſingulari ſanctitate ac prudentia præditum, adjungendus eſt ſemper, moribus ei ſimilis Promagiſter, qui in iis omnibus, quæ ab eo Pater Magiſter Novitiorum voluerit, eundem diligenter juvet, præcipuèque, ut Magiſtro legitimè impedito, nunquam penitus novitii, ac noviter profeſſi extra



http://rcin.org.pl

oculos & curam ſui Superioris ſint. Nihil verò penitùs idem P. Promagiſter, abſq; voluntate, ſcitu, & conſenſu P. Magiſtri circa Novitios faciat aut diſponat.

6. Licentiæ pro diſcedendo extra novitiàtus clauſuram, & pro quavis alia re, ab ipſo P. Magiſtro accipiantur, neque aliter eas det P. Promagiſter, ſed duntaxat in caſu, ſi P. Magiſter legitimè ſe ſe impeditum, Patri Promagiſtro declaraverit, & ab eo accipere licentiam novitios juſſerit.

7. Novitiatum & cellas omnes quoties in iis novitii morantur, præſertim vero poſt benedictionem nocturnam, ac tardiùs obeant, vel graviorem ex Novitiis, aut Profeſſis Clericis, ad obeundas cellas, ſi id illi facere aliquando non potuerint, mittent.

8. Pater Magiſter virum aliquem gravem, honeſtum, prudentem, diligentemque è Fratribus Operariis novitiis, vel etiam Profeſſis ſibi deligat, quo utatur ad inſpectionem Novitiorum, & qui ſibi, quæcunque obſervare juſſus fuerit, fideliter deferat.

9. Jam cum nec Magiſter, nec Promagiſter Novitiorum dum tot aliis officiis circa novitios ſatisfacere omnino velint, Rhetoricen docere poſſint, ordinamus proinde in perpetuum, ut ſeparatus ſemper Profeſſor ſtudii Rhetorici pro novitiis, moribus gravis deſtinetur, qui in curritorio aliquo novitiatus ſuperiùs maneat, ut etiam, in quibus fieri poſſit, ejus adminiculo P. Magiſter ſi ipſi videbitur, uti valeat.

10. Ordinatione præſenti, ac Authoritate Viſitationis Apoſtolicæ in perpetuum ſtatuimus, ut tam primi, quam ſecundi anni Novitii *à Vacationibus* uſque ad *Natalem Dni*, *ſolis rebus Spiritualibus vacent*, præter unam horam pomeridianam, ut in ordine temporis, menſibus. Octobri, Novembri ad 23. Decembris, pro explicatione Grammaticæ deſtinatam

11. A Natali verò Dñi ad vacationes tam primi quam ſecundi anni Novitii, ſtudia deſtinatis horis tractent.

12. Quæ itaque à vacationibus ad Natalem Domini facienda ſunt, ita præſcribuntur: horis in ordine temporis deſignatis explicentur ipſis conſequenter; *Primo* novitiorum regulæ. *Secundo* Conſtitutiones noſtræ, præter ultimam partem. *Tertio* legantur ipſis cum ſolida explicatione libri Spirituales, qui hominem à ſæculo ad ſerviendum DEO venientem, viam virtutis, pænitentiam fugamque peccatorum, ac vitiorum doceant, & voluntatem ad morum correctionem permoveant.

13. Legantur autem imprimis libri polonico idiomate, quales ſunt: Rodrycyuſz, Akademia pobożności, Ambona Ducha Swiętego. Tum Schola Religioſa Neudeker Exprovincialis Ordinis Minorū in Bavaria, Conſideratio tripartita P. Michaelis, & ſimiles, qui methodice virtutes Chriſtianas religioſasque tradant. Meditationes, & examina conſcientiæ abſolvere cum fructu doceantur, Officium Divinum recitent, Manualia exercitia obeant & cætera, juxta infra poſitam diſpoſitionem temporis Etſi verò non omnes ſimul ad novitiatum veniant nec ſimul induantur, tamen quandocunque veniunt, omnia ſupradicta, cum cæteris antiquioribus exercitia, eodem modo & ſimul faciant.



http://rcin.org.pl

14. Jam verò in Menſe Octobri exercitia Spiritualia decem dierum à die 18. ad diem 28. Octobris, omnes primi anni novitii abſolvant, & generali Confeſſione vitam ſuam præteritam expient. Interea verò ſecundi anni novitii ſub cura P. Promagiſtri ſuas ut cæperunt ordinarias exercitationes proſequantur, menſe vero Auguſto omnes tam primi quam ſecundi anni novitii decem dierum recollectiones à die 5. ad 15. Auguſti facient.

15. Poſt Natalem Domini die quæ mox feſta ſubſequitur, juxta diſpoſitionem temporis inferius appoſitam, Scholam mane & veſpere frequentare incipient. Præmoneantur voto ſolemni, ſub peccato mortali, nos ad docendos peculiari cura pueros obligari, & cum nemo docere poſſit, niſi prius ipſe docenda didicerit, proinde graviſſime eos peccare, qui ſtudia negligunt, ſe ſeque inutiles & ineptos ad ordinem noſtrum reddunt.

16. PP. Magiſtri & Promagiſtri, ſingulis annis Menſe Majo ſcribant breviter judicia de Novitiis, & ſi qui ſunt Clericis noviter profeſſis, Patrique Provinciali ea mittant, in quibus clarè notentur, hæ præſertim tres virtutes, ſi ſint pij, & devoti ? ſi ſunt bonæ indolis ac tractabiles & bonorũ morũ ? ſi ſint diligentes in ſtudiis ? ſimulque qualis ad ea ingenii ? aut vero hæc tria contraria vitia, ſi ſint indevoti? ſi rixoſi, malitioſi aut inobedientes, aut contumaces? ſi ſint in ſtudiis negligentes ? hæc enim tria Lydius erunt lapis eorum, qui ad Profeſſionem admittendi ſunt, qui omnino reijciendi. Cæterum ea, quæ biennio novitiatus doceri debebunt in ratione ſtudiorum, inferiùs deſcribentur.

17. Nihil magis in novitiatu juvenum religioſorum ſpiritum poſſe diſſipare , aut ſtudia impedire obſervatum eſt, quam extra portam excurſiones in inferius curritorium, ſub prætextu officiorum domeſticorum, vel alicujus obſequii. Quam ob rem præſentem Ordinationem, ſacroſanctè deinceps in hac Domo Probationis , perpetuis temporibus ſervandam talem facimus, nimirum: Ut officia Sacriſtæ, aut ejus ſubſtituti, refectorariorum, cellariorum, exceptoris ac ſervitoris hoſpitum, etiam noſtrorum, etiam pro minimo tempore, portulani à porta Collegii, Diſpenſatoris, Infirmarii in inferiore Curritorio, Hortulani, Veſtiarii totius extra Novitiatum Communitatis, Præfecti muſices, œconomi, & ſimilia omnia alia diſtrahentia & evocantia, quæ in inferiore curritorio aut alibi extra clauſuram novitiatus peraguntur, aut ad tractandum cum ſæcularibus, vel noſtris extra novitiatum obligant, nunquam penitus novitiis committantur, nec ab hac lege Magiſter Novitiorum, Rector, atque etiam Provincialis, cum ſua congregatione, ulla ratione, ullum unquam novitium eximere poſſit, ſed ad talia officia deligantur imprimis Fratres Operarii, in horum autem defectu Fratres Clerici Profeſſi in inferiore curritorio ſemper manentes, aut Sacerdotes. Novitii autem & Clerici noviter profeſſi; ſuperius manentes, nullomodo inferius, niſi ſimul omnes ad refectorium, templum, hortum aut recreationes deſcendant.

18. Sique eorum aliquis P. Rectoris adeundi neceſſitatem habebit, licentiâ à P. Magiſtro acceptâ deſcendat. Si item pro obſequio novitiorum, uti infirmorum, vel rerum ad reparationem inferius portandarum, vel alia juſta cauſa

& ne-

http://rcin.org.pl

& neceſſitate deſcendendum ſit, id niſi deſtinatus à P. Magiſtro & cum ejus expreſſa licentia faciat.

19. PP. Provinciales & P. Rector, cum novitium aliquem ad ſe evocant, ad Magiſtrum Novitiorum pro eo ſibi mittendo mandent, ita ut ſine ejus ſcitu, nullus unquam ulla ratione, ad inferius deſcendat curritorium. Diſpoſitionem hanc noſtram Decretis Apoſtolicis omnino conformem P. Magiſtri, Superiorumque, conſcientiæ ac obedientiæ,& PP. Provincialium zelo, ſacroſanctè commendamus, & ut omnino ſemper, ac in perpetuum executioni demandetur, authoritate Viſitationis Apoſtolicæ, expreſsè præcipimus.

20. Novitii etiam qui in cubiculis aliis collocati ſunt, ſemper in communi Novitiatus aula de die morentur, ibique ſua ſtudia privata faciant, nec ullus ſine licentia P. Magiſtri in cubiculo extra Novitiatum verſetur. Cum omnes in communi poſt benedictionem nocturnam ex Oratorio redeunt, novitiatum omnes rectà adeant, ac inde poſt quadrantem horæ ad ſua cubicula ſeparentur.

21. Bullæ Summorum Pontificum, ſeriò ſanctèque prohibent, ne novitii cum profeſſis, ullum commercium habeant, cujus Conſtitutionis Apoſtolicæ executio, quam maximè ac ſolicitiſſimè PP. Rectori, Magiſtro, & Promagiſtro Novitiorum commendatur. Adeoque novitii, & Clerici noviter profeſſi, ab omnibus aliis antiquioribus profeſſis, penitus ſeparentur, & cum iis ſuperiora curritoria, à parte ſcholarum portâ perpetuo clauſâ, à parte vero graduum principalium, aliâ portâ cum ſua campanula, & ſuo portæ cuſtode novitio, occludantur. Porta ibidem quæ eſt ad minores gradus, perpetuo clauſa maneat, ab eaque nullus alius præter P. Magiſtrum Novitiorum & P. Rectorem claves habeat.

22. In curritoriis ſuperioribus maneant P. Magiſter, & Promagiſter, illique omnibus rebus invigilent. Ne præſertim novitii aut Clerici noviter profeſſi cellas alienas, ſub gravi ſemper mortificatione ingrediantur.

23. Si aliquis ex inferiore curritorio ſine ſcitu P. Magiſtri curritoria ſuperiora novitiatus ingredi auſus fuerit, mox à P. Rectore irremiſſibili diſciplinæ pœna puniatur. Manentes noſtri inferius, ſi novitiatus curritoria ingredi opus habent, campanulam pulſent, portulanus P. Magiſtro ſignificet perſonam, qui videat cui ingreſſum permittat. Quoniam verò in æſtate tota Communitas Oratorium in curritorio novitiatus ſitum frequentare ſolet: P. Rector & P. Magiſter novitiorum, neminem ex antiquioribus profeſſis,finitis Orationibus,abſque juſta cauſa remanere permittant.

24. Si Novitius cum profeſſo Clerico vel Sacerdote cujuscunque in Communitate gradus, muneris, & ætatis (præter proprios Superiores) ſine expreſſa P. Magiſtri licentia, ubicunque locorum, aut in curritorio aut in refectorio, in ſacrario & alibi locutus fuerit, tam novitius quam profeſſus, Sacerdos ſeu quicunque alius, in refectorio pænam diſciplinæ irremiſſibiliter ſubeant, & præterea novitius eandem culpam in refectorio publicè fatebitur. In relabentes gravius animadvertatur; in contumaces verò profeſſos, etiam alia graviore, etiam pæna ſequeſtrationis, in novitiis autem erit id graviſſima nota & monitum ad ejectionem. Eædem

collo-

http://rcin.org.pl

collocutiones ſub iiſdem pœnis, in quibuscunque recreationum locis inter novitios & profeſſos quoscunque antiquiores prohibentur.

25. Jn horto ſeparatis & remotis invicem locis, Novitii cum noviter profeſſis ſimul, alii omnes profeſſi alibi occupentur. Jdem intelligitur de recreationibus quibuscunque extra domum. Si contigerit in refectorio omnes remanere poſt menſam, quod rariſſime permittti oportet, tum aliæ menſæ novitiis cum noviter profeſſis, aliæ aliis profeſſis ad recreationes inſerviant.

26. Nunquam penitus ex ulla cauſa Novitii ac noviter profeſſi, Patres extra domum, propiùs vel remotiùs, pro brevi vel longiore tempore comitentur. Magiſter ipſe & Promagiſter ac Rector, ſocios ex Communitate, non ex noviciatu ſibi adlegant.

27. Si vera neceſſitas, & negotium adſit ut novitius extra domum exeat, P. Magiſter vel Promagiſter, vel Superiorum aut graviorum Patrum aliquis, eum conducat, brevibusque ſe expediat. Cum nullo penitus ſæculari, ſine præſentia Magiſtri vel Promagiſtri aut ab iis deſtinati unquam loquantur novitii.

28. Quotiescunque novitii ſimul ad munia quæcunque egrediuntur, ſemper eos Pater Magiſter vel P. Promagiſter comitetur ad Sacrarium præſertim, & ad locum recreationis, ſique illis quod raro contingat, non vacaverit, ut recreationi eorum præſentes adſint, ſaltem eos frequenter adeant.

29. Jn recreationibus loquelas vanas, ſæculares, otioſas, pueriles, de rebus eorum domeſticis, de Scholis & Scholaribus aliarumque ſimilium apinarum relationes, maximopere novitii caveant, ſed ſemper de rebus Spiritualibus, aut aliis ſeriis, ad rem aliquam utilem tendentibus Scholaſticis, de libris, quos legerunt, & ſimilibus ſermo eorum ſit. Detractionem boni nominis cujuscunque & jurgia ac contentiones, tanquam peſtem humanæ nedum religioſæ converſationis, vehementer fugiant, unusque alium, mox fraterne, modeſteque commoneat, & ſi nullum fraternæ admonitionis fructum viderit omnino P. Magiſtro deferat, ſi quid diſſonum dici ab alio audierit, qui in ejusmodi rixoſos, & contentioſos, æque, ut & in ſcandaloſum aliquid proferentes, gravi ſemper pœna animadvertat.

30 Seorſivas in loco recreationis, ſeu ubicunqne collocutiones, ac converſationes vitent, ac ſi quis perquam noxias familiaritates, ſingularius cum aliquibus quam cum aliis, monitus, deſerere nollet, crimen ſit graviſſimum etiam ad ejectionem ſufficiens

31. Præter vigilias aliquot ex præſcripto Eccleſiæ majores, dies veneris, quatuor Tempora, tempus Quadrageſimæ & Adventûs & exercitia Spiritualia, ſingulis aliis diebus, poſt prandium, & poſt collationem horis relaxationi animorum, pro conſervanda ſanitate, ſublevandiſque, inter tot alia novitiatus officia mentibus neceſſario deſtinatis, colloquantur aut ludant, exceptis iis diebus, quibus recreationis tempore, cantus vel cerimonias docentur, aut quibus catechiſmi, & alia exercitia, in ordine temporis præſcripta ſunt Poſt ſerotinam refectionem, paucis ſi libet Magiſtro, de rebus, quas audierint, vel legerint, interrogentur, & deinde colloqui permittantur. Jd verò etiam de iis menſibus, à Septembri ad Decem-

http://rcin.org.pl

cembrem, quibus ſolis Spiritualibus vacant, intelligitur. Quadrageſimæ, & Adtûs tempore judicio & prudentiæ P. Magiſtri relinquitur, quibus diebus colloqui & principalibus aliquibus feſtis recreationis tempore, etiam ludere permittere iis velit. Nullus autem penitus ſine licentia audeat abeſſe à recreationis loco, quæ licentia rariſſime & niſi ex mera aliqua neceſſitate detur, cum vel recreationis tempore, ſi velint, lectione libri cum aliis occupari poſſint.

32. Pro manuali exercitio, in ordine temporis ita hora à 10. ad 11. deſtinatur diebus Scholaſticis, ut qui linguam germanicam diſcunt, huic ſtudio hanc horam impendant, qui non diſcunt, manuali exercitio vacent, quæ tamen manualia, indiſcreta prohibentur. Si hortum P. Magiſter eos colere permiſerit, ſit id potiùs recreationis atque agitatonis cauſa, uti & tempore fænilegii antiqua in hoc novitiatu recreationis ſpecie, ſemper tamen omnino ſint ſub Magiſtri, vel Promagiſtri vel Profeſſoris oculis, nec ſeparari ac dilabi permittantur.

33 Ordinariæ redditiones conſcientiæ ut perneceſſarium & perutile pro novitiis exercitium, ordine, quem inter novitios P. Magiſter ſingulis annis vel quoties illi libuerit deſcripſerit expediantur iis temporibus, quæ P. Magiſtro aptiora ſingulis diebus videbuntur: quæ tempora novitiis ſemel pro ſemper in ſcripto declarabit, vel ſi ea permutare ipſi viſum fuerit, illis in ſcripto appenſo notificabit: uti tempore manualium exercitiorum, recreationum, & ſtudii privati. Pro Novitiorum numero, ſi omnes una ſeptimana cum redditionibus conſcientiæ ordinariis abſolvi poterunt, abſolventur, & ita ſingulis ſeptimanis: ſi vero non poterunt omnes novitii in una ſeptimana conſcientiæ redditiones ordinarias abſolvere, diebus alterius ſeptimanæ continuabunt, donec illas omnes abſolvant: tum iterum redditio ordinaria conſcientiæ ad primos redibit. Ita ſemper P. Magiſter curabit, ut omnes novitii ordine prout ſcribentur, audiantur, antequam iidem ad alteram ordinariam redditionem conſcientiæ redeant. Si vero extra ordinem audiri aliqui cupient, P. Magiſter iis tempus benigne ſemper indulgebit, ordinem tamen à ſe præſcriptum inter alios proſequetur.

34. Ne vero diutius novitii expectare cogantur, ordinamus, ut qui Novitius pro reddenda conſcientia P. Magiſtrum accedit, apertis foribus eidem ſe præſentet, qui, ſi cum alio, tunc occupatus fuerit, illum, ſive illos, qui ſe præſentarunt, vocari faciat. Nullo autem modo, ſive unus, ſive plures, ante fores, vel in curritorio expectent, ſed mox ut ſe præſentarint, ad ſua agenda redeant, & ibi donec vocentur, præſtolentur. Si vero in extraordinaria aliqua neceſſitate P. Magiſter, poſt benedictionem nocturnam aliquem audiendum judicarit, quod rariſſime ſiat, tum videat quo ad fieri poterit, ne ultra decimam noctis horam novitium detineat, ſed mox ſonante decima dimittat, ac in aliud tempus differat. In redditione conſcientiæ genuflexi non detineantur.

35. Si quid aliud religioſum ſpiritum diſſipare in novitiatu ſolet, certè, maxime garrulitas, & ſilentii fractio; qui itaque extra tempus, locumque recreationis, ſine vera & legitima neceſſitate locutus fuerit, frænum ad menſam, vel recreationis tempore irremiſſibiliter teneat, aliisve pænis Superiorum arbitrio.

puniatur.

http://rcin.org.pl

puniatur. Maxime verò ſi in Sacrario aut aula novitiatus ſilentium violaverit.

36. Circa exteriorem corporis figuram ac modeſtiam, majorem in modum Magiſter invigilet, ut ad decentiſſimam compoſitionem aſveſiant, collo & capite recto, non elato affectate, in neutram partem, nullatenus inclinato, oculis modeſtè demiſſis. Omnem in inceſſu vel levem manuum agitationem caveant. Stando, incedendo, ſedendo, manus commodè, decenterque, ut in gravioribus perſonis vident, teneant, paſſu nec nimis lento, nec præcipiti. Dum ſedent, & intra refectionem corpore ſemper recto, in manducando, quidquid civilitatem lædit, devitent, oſcitationem item, & negligentem in ſeſſione corporis,pedumque ſitum.Honore invicem ſe præveniant. Cum pro dignitate perſonæ reverentiam præſtant, amplexum genuum, pedumque vitent, nec inclinatione nimia. Vocem in loquendo prudenter moderentur, ab inſipidis cachinnis, & jactationibus ridendo abſtineant. Effervescentiæ ac vultus mutationes, quæ impetum animi indomitum deſignant, magnopere in iis reprehendantur, uti & opinionis propriæ, in colloquiis obſtinata defenſio, ac decidendi de lectis vel auditis imprudentia, juvenibus imò & cuivis indecora, audientesque offendens, multò magis quæcunque charitati & humanitati contraria verborum acerbitas. Sed vel in invidiore de re aut ſententia quavis ſermocinatione, comitatem, affabilitatem, modeſtiam ſummopere ſervare, verba bene ad limam rationis & boni judicii exacta proferre, neminem joco aut impetu offendere, primi omnino cedere; vanam puerilemque victoriam in ſimilibus graviter contemnere, eruditionis ac ſcientíolæ oſtentationem quamvis,ſtudioſiſſime vitare continuo doceantur, moneanturque. In ſacrario præſertim, templo, & conſpectu ubicunque ſæcularium, aut quorumcunque externorum, magis etiam ſui ſtatûs, modeſtiæque meminerint.

37. Viſitationes SSmi uti mos utiliſſimus conſerventur. Sed in communi (præter exercitia Spiritualia) hæ duntaxat in die ordinariæ fiant, nimirum: poſt meditationem matutinam,poſt coronulam, & poſt benedictionem nocturnam. Item viſitatio B. MARIÆ Doloroſæ poſt Sacrum conventuale. Item cum poſt prandiū & poſt cænam, aut ad novitiatum, aut æſtate ad hortum pergunt, item cum è novitiatu ad recreationem extra domum exeunt, item cum à recreatione tam ex horto, quam ab extra, ad novitiatum redeunt. Aliæ omnes in communi tolluntur. Privatim nullus novitius ad alias ejusmodi viſitationes,abſque expreſſa licentia P. Magiſtri excurrat. Quadrans præparationi ante, & gratiarum actioni poſt ſacram cum communionem novitii ſumunt, ſacroſanctè ſemper obſervetur.

38. Preces vocales novitiis quotidianæ ſunt: tempore matutinæ meditationis: Intentio. In viſitatione SSmi poſt meditationem matutinam. Ave verum Corpus natum, *&c.* Adoramus te, *&c*: eodem tempore ante imaginem B. V. Doloroſæ: Salve Regina *&c*: Interveniat *&c*: O Sapientia æterna *&c*, Beate Joſeph parvulis *&c*: cum Antiphona: Qui miſericordiam *&c*: Et Oratione: Deus qui B. Joſeph, *&c*: In novitiatu ante imaginem B. V. M. O Dulciſſima ac Beatiſſima *&c*. Poſt Miſſam conventualem ante imaginem B. V. Doloroſæ, Sancta MARIA ſuccurre miſeris *&c*. S. Philippe Neri Ora *&c*. S. Cunegundis Ora *&c*: Sub tuum præſi-

http://rcin.org.pl

præſidium &c: Poſt menſam in viſitatione SSmi Oratio: Coram te o Sanctiſſimum Sacramentum, &c: eodem tempore coram altari Doloroſæ, Sancta Maria ſuccurre, &c: Poſt Coronulam ante SSmum 5. Pater, 5. Ave Maria & Credo, &c: Ut Eccleſiam &c: Ut Regibus &c: Ut cunctas hæreſes &c: Ante altare B. V. Doloroſæ, Stella cœli extirpavit &c: Ut nos in hoc ſancto ſervitio &c: in novitiatu Veſperæ de B.V.M. & cum ſuffragia pro noſtris abſolvenda ſunt *Veſperæ Defunctorum:* In aliis omnibus viſitationibus Sanctiſſimi ut ſupra Oratio: Coram te o Sanctiſſimum Sacramentum, &c: Et coram altari B Doloroſæ, Sancta Maria ſuccurre &c: Cum exeunt extra domum,in Oratorio preces communes exeuntium,in reditu preces redeuntium. Poſt benedictionem nocturnam ante Sanctiſſimum: Adoro te devotè latens Deitas &c: quinquies: Qui paſſus eſt pro nobis &c: ante Doloroſam Litaniæ Lauretanæ, Ave Maria &c: verſus: In conſpectu Angelorum &c: cum Oratione DEUS qui ineffabili Providentia &c: verſus, Beate Pater JOSEPH Ora &c: cum oratione Eccleſiæ de eodem. Requiem æternam quinquies. Finitis in communi precibus,omnes ſimul ſurgant & abeant.

39. Aliæ Novitiorum devotiones in communi,& viſitationes SSmi, ac altaris Beatæ tolluntur, & ut neque P. Rector, neque Magiſter Novitiorum, ullas ſtatas Orationes in communi invehant, perpetuò authoritate Viſitationis Apoſtolicæ prohibetur. Miſſa cantata cum concione & Communione horam & dimidiam non excedat, cum Expoſitione verò SSmi,& cum proceſſione duas horas Confeſſiones Novitii faciant matutinæ meditationis tempore, & pridie veſpertinæ meditationis tempore, confiteri incipiant P. Magiſtro, vel cum ejus conſenſu Promagiſtro. Ceremoniarum exercitatio ut in ordine temporis.

40. Nihil quod gravius puniendũ, quodve magis abominabile, ac inauditũ in Religioſo eſſe debeat, quã unũ ex his tribus criminibus, aut inobedientia cõtra expreſſa Superioris juſſa, aut cujuscunq; inebriantis liquoris clãdeſtinus potus, aut clãdeſtinæ quocunq; in loco paucorũ duorumque converſationes. Si quis aut ex Novitiis, aut ex Profeſſis horum ſummorum, & ſicubi certè in Novitiatu inuſitatorum, atque intolerabilium delictorum reus, inventus & convictus fuerit, Patri Provinciali P. Magiſter deferat, interea, mox poſt tale unum ex his tribus criminibus commiſſum, PP. Superiores immediati ſeveriſſime ac irremiſſibiliter reum puniant, & relabens novitius omnino dimittatur.

41. Admoneantur ſæpe ſæpius, ſerioque novitii, ut id ſibi, quam maxime menti imprimant. Sex eſſe præcipuas cauſas, ob quas, in Ordine noſtro tolerari nullomodo poſſunt. 1. Si Novitius pietate careat, indevotusque ſit erga DEUM; nam ſolida erga Deum religio, & pietas, unicum eſt reliquæ vitæ fundamentum. Qui autem vel à juventute obliviſcitur DEI Creatoris ſui, nihil boni de illo deinceps in vita ulteriori ſperandum eſt. 2. Novitius rixoſus & impatiens cum æqualibus vel Senioribus, & qui contumelioſis verbis alios proſcinderet; ſecus enim ſi tales tolerarentur, infernum quendam è Domibus religioſis facerent. 3. Novitius refractarius, durus, cervicoſus, & contra Superiorum juſſa inobediens: fieri enim nequit,ut unquã pacem cũ tali homine Religio & Superiores, aut ille cum

N Reli-

Religione & Superioribus habeat, qui protervus eſt ad Superiorum mandata, talique homine nihil in religioſo ſtatu infelicius. 4. Si vel minimam ad ebrietatem inclinationem demonſtret; hæc eſt enim omnium, quæ in Regularium Ordinibus dari poſſunt, malorum origo, & cauſa. 5. Si inter aliquos animorum propenſio nimia, & inordinatus amor deprehendatur; maximæ enim inde timendæ ſunt ſequelæ. 6. Et quæ inter alias ſæpius contingere poteſt ejectionis cauſa, eſt negligentia in ſtudendo ac otioſitas. Non prætendit Ordo noſter, ut omnes ſummorum ingeniorum, & admirabilis ſint memoriæ; ſi tales ſint, Deo ſint gratiæ; ſi tantam ad ſcientias & artes ſublimiores capacitatem non habent, dummodo diligētiſſimi, & laborioſiſſimi ſint, ſatis iis contenti ſumus. Sed ſive aliquis novitius præclari, ſive minoris ſit ingenii, otioſus autem & negligens ſit, id enim verò eſt, quod in Ordine noſtro tolerari nec poteſt, nec debet. Nemo enim diligenter docebit, niſi ipſe diligenter ſtuduerit. Quare qui pertinaciter ſtudere, componenda componere, diſcenda diſcere, ſcribere, perorare, & cætera ejusmodi, quæ pro modo ſuo poteſt, non vult exequi, ille, ut certiſſime ineptus, incapax, inutiliſſimus, imo damnoſiſſimus futurus noſtro Ordini ac Reipublicæ; tanquam onus domorum inutile, omnino dimittendus eſt. Ipſi videant Chariſſimi Fratres novitii, utrum ipſis conſcientia non dictet, in aliquo eos ex his ſex malis notari, & ſi moniti, correctique reſipiſcere nolint, judicent omnino eſſe ſe ad noſtrum penitus ineptos Ordinē, infelices tota vita futuros, habitumque ſæcularem ſponte potius petant. Patres autem Rector & Magiſter Novitiorum, ſi tales tolerant, quamvis videant admonitiones nihil cum illis proficere, DEO diſtricto Judici ſciant ſe in extremo judicio graviter reſponſuros, meminerint ſe ſummam Ordini noſtro injuriam, damnū, dedecus, ac infamiam inferre, qui talibus hominibus Congregationem noſtram tempeſtivè non liberant. Dumque Patres Rectores, Magiſtros, vel Promagiſtros tales ad profeſſionem commendâſſe, ac proinde Provinciali ac Provinciæ illuſiſſe quandocunque pateret, norint reſponſuros ſe graviter in Capitulo Provinciali, vel in Viſitationibus novitiatûs. Sique tales novitios re vera commendaſſe reperti fuerint, gravioribus pœnis in eos, aut PP. Provinciales, aut Capitulum Provinciale ſerio animadvertet. Obligantur itaque eorum conſcientiæ, ut tales novitios omnino Patri Provinciali deferant, & eos irremiſſibiliter dimitti curent. Humana quidem hypocriſis, ejectionisque metus, induſtriæ plenus eſt, & indoles quædam tantò periculoſiores, quantò occultiores, pluraque animorum vitia, totis viribus ſtudent celare & celant, ſpatium tamen temporis ſatis amplum eſt, ut tandem aliquid ejusmodi detegatur, ut qui corrigi velit, corrigatur, qui nolit, certe vel uno ex his delictis notatus, quibusvis rationibus, precibus, interceſſionibus ac reſpectibus poſthabitis, dimittatur.

42. P. Magiſter quoque totis viribus curet, ut præcipuas has, & Inſtituto noſtro quam maxime neceſſarias virtutes novitii noſtri ſingularius acquirere curent, ad eas in omnibus doctrinis Spiritualibus, admonitionibus, redditionibus conſcientiæ, & aliis occaſionibus continuò præſertim iis inſpirandas tendendo: *Primo Fervorem*, nimirum devotionem, ac pietatem, in Sacramentorum pœnitentiæ & Eucha-

Euchariſtiæ uſu,in præparationibus & gratiarũ actionibus,in meditationibus,& orationibus vocalibus, in examinibus conſcientiæ,in mente ſæpe ad DEUM elevanda, in intentionibus per breves teſſeras, & actus jaculatorios. *Secundo* Studium perfectæ obedientiæ, ut in omnibus voluntatem, ac intellectum Superiorum mandatis ſubjicere,& libenter obedire aſſveſcant. *Tertio*, Angelicæ caſtitatis puritatem & modeſtiam corporis exteriorem. *Quarto* motuũ animi,& linguæ moderationem, ac in converſando cum omnibus ſvavitatem, comitatem, affabilitatem. *Quinto*, ſobrietatem. *Sexto* diligentiam in ſtudiis ac officiis, otiique ſugam. *Septimo* Religionis, boni,& famæ communis ſummum amorem & curam. His præſertim virtutibus Congregationem egere. his res noſtras ſtare, ad has illos tota virium contentione tendere debere, rite concipiant, perſvaſumque habeant. Harũ virtutum Novitiatum eſſe biennalem Scholam intelligant, totosque ſe dedant earum imprimis ſtudio, ac continuæ exercitationi.

43. Quoniam Catechiſmi ſtudium juvenibus noſtris perneceſſarium eſt, tempus diebus veneris poſt collationem,pro hoc exercitio deſignavimus Quare omnes Fratres Novitii, & noviter Profeſſi, tradant per Ordinem in forma debita Catechiſmum per interrogationes, quales pueris proponi ſolent,adeoque hæc exercitatio nunquam prædictis diebus omittatur, & ſi ſolennius aliquod feſtum die veneris inciderit, die Sabbato ſuppleatur.

44. Cum religioſi omnes ſub gravi culpa teneantur præmonere Superiorem, ſi quid correctione dignum ipſis videtur, ſalutarem hunc morem,ſvavi tamen admonitione fraterna,ſi certò correctio ſperari poteſt prius præcedente,omnes novitii & Clerici ſanctiſſime obſervent, ac P. Magiſtro deferenda omnino deſerant. Qua in re prudenter ſibi perſvadeant,denuntiatorem ex conſcientia obligatum,non eſſe ſuſurronẽm, & accuſatorem fratrum, dum vero, atque ſolo fratrem lucrandi deſiderio, non ulla levitate,ad quem ſpectat denuntiat. Imo verò qui ſilentio denuntianda premit, complex mali eſt, Judicique DEO graviter pro fratre reſpondebit. Illi autem qui delati fuerint, irreligioſum, ſtultum, impiumque eſſe credant, iraſci & offendi fraternis ejusmodi denuntiationibus: Quare ſi quis, ſive generaliter coram aliquo conquereretur, ſe eſſe denuntiatum, ſive denuntiatori ſuo aliquid impatienter dixerit, deferatur, & mox aliqua mortificatione à P Magiſtro irremiſſibiliter afficiatur. In relabentes tanquam incapaces diſciplinæ religioſæ gravius etiam animadvertatur. Diſcant novitii tantum habere dominii ſuper ſui impetibus animi, tantum cognitionis ſui, veræque humilitatis, ut ſe, prout amor proprius perſvadet & obcæcat, innocentes, culpæque immunes non exiſtiment, nec obſtinate defendant. Meminerint ſe non eſſe ſanctos, & præſertim in juventute multis infirmitatibus animi circumdatos, nihil illis imperfectius eſſe. Dum interrogantur de re aliqua commiſſa,poſtquam modeſte, ſi culpam non ſentiunt, negarint, ſatis ipſis ſit; ſi conſcii ſunt, veritatem ſe coram Deo, non homine oportere dicere, aut ſecus, Deo non homini mentiri meminerint. Peſſimum eſſe ſignum mali animi ſciant, culpam nolle agnoſcere, aut modos omnes extenuandæ quærere. Cum autem mutuo ſe fratres admonent, id quidem valde laudabiliter faciunt, ſed

tam admonens caveat, ne charitatem lædat, ullique contentioni occaſionem præbeat, nec verbis aut tono aſperiore ullomodo utatur, ne admonitio aliquid jurisdictionis ſapiat, quam admonitus magnopere vitet, ne admonenti pro bono male ſolvat, ſed monitionem, ut ab amico, ac fratre ſui amante ſuſcipiat. Bonæ ac ingenuæ indoles, facile huic regulæ, ac methodo accommodabuntur.

45. Denique de externo veſtium, & ſimilium cultu, chariſſimos fratres admonemus, ut meminerint dicti S. Bernardi: Paupertatem amo, ſorditiem non amo. Veſtes itaque tam exteriores, quam interiores, mundas ſemper, ſartasque cōſervent. Cellulas purgatas, menſulas & lectos bene compoſitos ſemper habeant. Quocunque egent, tam pro veſtitu, quam pro aliis commodis, filiali ſemper fiducia, Patri Magiſtro aperiant, & neceſſaria petant.

46. Hæc omnia ſuperius à nobis deſcripta bis in Anno, nimirum in menſe Novembri, iis diebus quibus Decreta Pontificia legi ſolent, & in principio Quadrageſimæ Novitiis vel hora doctrinæ ſpiritualis, vel poſt collationes per P. Magiſtrum novitiorum, aut etiam pluries, ſi ipſi videbitur perlegantur ſub pæna negligentis officium. Patribus autem in communitate manentibus articuli qui ſupra poſiti ſunt numeris 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. *de ſeparatione Novitiorum à Profeſſis* primo capitulo culparum menſe Octobri quovis ſemel legantur.

47. Intelligant chariſſimi fratres, nihil hic eſſe præſcriptum, quod unice ad ſalutem animarum & ad profectum illorum in virtute ac literis non tendat. Cum autem fieri nequeat, fide nos ipſa docente, ut ſine DEI gratia, boni etiam aliquid cogitare poſſimus, proinde Orationes conſvetas, meditationes, intentiones imprimis, maxime verò Sacratiſſima Miſſæ ſacrificia, communiones, præparationes & gratiarum actiones, poſt menſam viſitationes SSmi, ac Beatiſſimæ MARIÆ Matris & Patronæ noſtræ ſingulariſſimæ, examina conſcientiæ, frequentes mentis ad DEUM elevationes, mortificationes conſvetas, lectiones & doctrinas ſpirituales, roſaria, & privatas preces, & alia hujusmodi, diligentiſſime & attentiſſimè obeant, Deumque ardenter continuo orent, ut in ipſis ſpiritum religioſæ vocationis confirmet. Meminerint adhuc ſemel, quod, quales modo ſunt novitii, tales olim religioſi homines ſperandi ſunt, meminerint in iis, ſpem totam Ordinis noſtri, ac Provinciæ collocatam eſſe.

## §. II.

# RATIO STUDIORUM,

## *Pro ſtudentibus Novitiis, 1mi & 2di Anni.*

48. A Vacationibus ad Natalem Domini, omnes tam primi, quam ſecundi Anni novitii, rebus Spiritualibus vacabunt, ut ſupra dictum. Una tantum hora pomeridiana, ut in ordine temporis, à Feſto Nominis MARIÆ ad Natalem Dñi ita cum iis impendetur. Grammatice primi Anni Novitiis prælegatur, ut

bene

bene ejuſdem diſpoſitionem intelligant. Explicetur verò ipſis & Proſodia & Arithmetica ibidem contenta. Quæ explicatio, tota hora, abſque ulla compoſitione duret, donec totum libellum finiant. Eo intra menſem, plus minus finito, hora eadem ad diem 23. Decembris compoſitioni detur. Profeſſor itaque hac hora illis menſibus vicenas vel tricenas epiſtolas Ciceronis, cum iis in communi in linguam patriam traducat. Deinde libellum aliquem Polonicum, ut *Abrys życia ludzkiego*, vel alium accipiat, & eadam hora capita aliquot ejuſdem libri, bona latinitate correctaque cum iis vertat, ac ipſemet prius ſibi traductionem ſcripto præparet. Nullam verò penitus compoſitionem extra hanc horam privatim faciendam illis det, nec quidquam diſcendum memoriter. Hanc verò 1mi anni Novitiis lectionē Grammatices ad Natalem Domini tradet Pater Promagiſter in aliquo ſuperioris curritorii, intra clauſuram novitiatûs, cubiculo. In aula verò novitiatûs, conveniant novitii 2di Anni cum Patre eorum Profeſſore, qui iis alternis diebus hora eadem tota, explicet Orationes aliquas P. Paulini, & Juvenalis expurgati Satyras duas vel tres: item poſt has, librum Odarum Horatii. Nec quidquam cum iis componat, nec componi privatim quidquam jubeat. Hæc unius horæ ſeparata lectio ordinatur, ne 2di Anni Novitii cramben Grammaticæ recoquant; ſi tamen fuerit inter eos, qui omnino adhuc grammaticæ egeat, ad Grammaticam lectionem mittatur.

49. A Natali verò Dñi, jam ſimul & cum primi & cum ſecundi Anni Novitiis, Profeſſor hanc Methodum ſequatur. Videat primo, ne eadem utroque anno iis legantur, & explicentur, ſed diverſa. Jta, ut tam primi, quam ſecundi anni Novitii, novum ſemper aliquid audiant, quod ad eos perficiendos in humanioribus juvet. Jtaque uno anno explicet illis Rhetoricam Prodromi, vel cũ prodibit, Rhetoricam ad uſum Scholarum factam, conſequenter à capite ad calcem, in qua, uti & omnium Auctorum explicationibus inutilibus immorandũ non eſt, ſed ita cum iis legendi, ut ſi privatim ipſi eos legerent, dummodo bene intelligant. Præcepta Poetica nulla, præter genera verſuum ex Smetio, nam in ſola Poetarum lectione ſatis eſt. Mythologiorum libellus aliquis finito Prodromo iis legatur. Hoc finito explicentur illis 1mo Paradoxa omnia Ciceronis, poſt quæ, triginta aliquæ ſelectæ Epiſtolæ ejuſdem, poſt has quatuor Orationes ejuſdem: pro lege Manilia, pro Marco Marcello, pro Archia Poeta, pro Dejotaro. Poſt has Tuſculana ſecunda, poſt hanc duo libri Livii. His finitis Saluſtius de bello Catilinario, deinde ex Cæſare liber unus, ex Tacito liber unus, ex epiſtolis ad Lucilium Senecæ libri duo. Præcauto ſemper, nullum eos in eloquentia imitari debere, præterquam Oratorum Principem. Ex Poetis Ecclogæ Virgilii, duo libri Æneidos, liber Horatii de Arte Poetica, liber aliquis ex Ovidio, Martialis liber aliquis.

50. Altero verò anno hos ipſos libros continuet, à locis in quibus anno præterito ceſſatum eſt; in hiſtoriis præmoneat paucis, quod in iis præceſſit. Tertio idem explicetur, quod primo anno. Quarto idem quod ſecundo. Jta omnes Novitii eadem legent & audient. Pro Prodromo eloquentiæ, ſecundo anno explicet ipſis Rhetoricam Decoloniæ; loco Mythologiorum fabulas Phædri, Orationes Cice-

ronis,

ronis, alias quasdam, quam anno præterito, item alias ejuſdem Epiſtolas Librum de conſolatione poſt mortem Tulliæ, Saluſtium de bello Jugurtino vel Cornelium Nepotem. P. Paulini & Mureti Orationes aliquot ex cæteris ut ſupra continuet.

51. Studium hoc in duobus conſiſtat, nimirum in explicatione continua librorum, & in compoſitionibus. Explicationi dentur totæ matutinæ Scholæ, compoſitioni autem, correctioni, & dictationi, Veſpertinæ uſque ad Paſcha. A Paſchate uſque ad finem anni Scholaſtici, tempus veſpertinæ ſcholæ ita per hebdomadam diſtribuatur: Ut una ſchola compoſitioni, altera lectioni Auctorum, tertia Arithmeticæ ſtudio detur, ita ſemper hæ tres prælectiones ſe ſe ſequantur: Quod quidem Arithmetices ſtudium tantopere à B Patre præſcriptum Inſtitutoque pernecesſarium ac diſcipulis perutile, vigilantiæ P. Magiſtri, & P. Profeſſoris maximopere commendatur. Quod etiam exercitium aliquando tempore recreationum præſertim in Quadrageſima, & tempore vacationum hora deſtinata detur.

52. Pro compoſitionibus dentur ipſis epiſtolæ, fabulæ pro ſe tractatæ, narrationes, theſes, chriæ, nihilque aliud ex progymnasmatis. In fabulis breves ſint, qualis Phædrus, cum ſola ſimpliciter affabulatione. Narrationes hiſtoriarum vel factorum item breves, abſque futilibus, & puerilibus amplificationibus, quæ ſunt contra naturam narrationis, ſed mere imitentur hiſtoricos, epiſtolas alternas latinas, & polonicas componant, ſtudeantque ſtylum conformare Ciceroni aut Plinio, Chriæ breviores item ſint. E latinis verſibus quintam quamvis compoſitionem afferant. E Polonicis, niſi qui per otium velint.

53. Cum habeant novitii in ordine temporis horas ſufficientes ſtudio privato deſtinatas, compoſitiones domeſticæ ſint ſemper tres in ſeptimana, ſemper autem mediocres, nec una dividatur in duas, ſed ſint orationes completæ. Bene materia à Profeſſore in cubiculo ſcribatur & digeratur; ut cũ dictanda eſt, bene illis explicetur. Compoſitio una ſemper publice corrigatur, cæteræ privatim. Profeſſor identidem cum iis componat. Jam vero ſemel in ſeptimana, mane pro ſchola pomeridiana, oratiunculæ aliquæ breviſſimæ gratulatoriæ & ſalutatoriæ, abſque puerilibus illis circumſtantiis dentur: ſed quæ ſolide, benevolentiam duntaxat animi exprimant. Die vero Mercurii Diſtichum latinum. Ante quamvis compoſitionem, nihil utilius ſe facturum Profeſſor norit, quam ut aliquid ex bonis libris ſimile diſcipulis prælegatur.

54. Pater Profeſſor, quæ cum illis eſt compoſiturus in Schola, parata ferat & ſcripta, deinde cum illis ita componat, ut Inventionem, Diſpoſitionem, & elocutionem, praxi ipſa videant, & condiſcant; nec ſecus cum illis in ſchola componat, quam cum ipſe in cubiculo componeret. Propoſitiones ſeu Materias graves ſemper, morales & fructuoſas deligat. Memoria diſcant Paradoxa Ciceronis & Plinii, Virgilium & Horatium. Sed in his omnibus, quæ ad hanc Rhetoricen pertinent, rebus remittitur P. Profeſſor ad ea, quæ amplius pro Magiſtris Publicis Rhetorices, in ordinationibus Scholarum præſenti in Viſitatione Apoſtolica, deſcripta ſunt: quas Ordinationes incluſive ad Syntaxim & humanitatis ſcholam, menſibus Junio & Julio hora ſcholæ pomeridianæ, quotannis, novitiis omnibus Profeſſor

ſeſſor diligenter explicet, ut ad quæ Magiſtri obligantur, intelligere incipiant.

55. Nunquam cum Novitiis in Schola polonice loquatur, & extra Scholam, nec illos loqui ſinat, qua ſuper re & P. Magiſter ſummopere invigilet tam omnibus aliis temporibus, quam præſertim in recreationibus.

56 Quod attinet ad Geographiam, & univerſalem hiſtoriam, harum ſtudium ad Profeſſorium remittitur, hìc de illis nihil.

57. Quavis ſeptimana à prima ſeptimana Octobris perorent, atque pro numero eorum, quovis anno à P. Profeſſore ita inter illos ordo diſponatur, ut ſaltem bini vel terni ſingulis ſeptimanis perorent: Et ſyllabus peroratnrorum uſque ad vacationes exponatur. Quilibet verò ſemel oratione ſoluta, aut verſu aliquid, altera vice exhortationem peroret.

58. Cum naturaliter fieri nequeat, ut exhortationes ſeu conciones bene componant, nunquam aliter id faciant, ſed ſemper vel ex latino ſolidas aliquas conciones traducant de verbo ad verbum, vel Polonicas ex Skarga, Starowolſcio, Liborio, non ex aliis ullis recentioribus, ediſcant & pronuntient: Neque ab hac lege ullus omnino Profeſſor aut P. Magiſter Novitiorum eos eximere poſſit; longe enim illis erit utilius, ac olim Eccleſiæ ſalubrius, ſi optimorum Concionatorum exempla condiſcant, memoriæ eorum, aliqua ſaltem parte hæſura, quam ſi leviter & imperfectè ut juvenes à ſe confecta declament.

59. Germanicæ lingvæ ſtudium toties jam commendatum, in perpetuum in novitiatu à nobis ordinatur, illique hora præſcripta diligentiſſime vacent, tam primi quam ſecundi Anni Novitii. P. Provincialis in Communitate Podolinenſi virum aliquem exemplarem ſemper deſtinet lingvæ hujus magiſtrum, qui hora præſcripta aulam ſtudiorum adeat, cui etiam P. Magiſter vel Promagiſter Novitiorum invigilet.

60. Characterum formatio, tantopere Inſtituto noſtro neceſſaria, majorem in modum commendatur & ordinatur, ut quotidie tempore deſignato omnes ſcripturam ſibi ſuper bonis exemplaribus forment, dies quibus ſcripſerint, deſignati reviſores characterum notent, & P. Magiſter eos Sabbato, quavis ſeptimana recenſeat vel Promagiſter. Attendatur verò quam diligentiſſimè, ut in ſcribendo curſim & raptim ſcripturam non vitient, ſed conſiderate ſcribere aſſveſcant: ea verò quæ deſcripta Profeſſori præſentant, ut ſint munda, & optimo charactere formata.

61. Examen Novitiorum bis in anno fiat: primum primis diebus ſtatim poſt Paſcha: Secundum à die 12. Julii P. Rector cũ communitate adſit: & P. Profeſſor examinet. Dent Specimina cõpoſitionũ, explicationes auctorũ, & præceptorũ Characteris, Arithmeticæ. Memoriter aliquid ex Poetis vel Oratoribus recitent.

62. Recreationes ut in ordine temporis præſcriptæ minime minuantur, nec augeantur. Ordinamus verò firmiſſime in perpetuum, ut quandoquidem juxta ordinem temporis matutinæ horæ ſemper ſunt occupatæ, duæ recreationes pomeridianæ quavis ſeptimana dentur, ſi tamen feſtum occurreret, una. Quodſi quatuor dies feriales ſunt continui, tertio vel ſecundo ex iis die recreatio concedatur: totius verò diei ut in bachanalibus, Majo, &c: recreationes P. Magiſtri arbitrio, cum cõſenſu P. Rectoris relinquuntur.

63. Studium in Novitiatu, utroque biennii anno, mox à Natalitiis Domini feſtis ſemper incipiat, nec prius finiatur quam 17 Julii. Jnde vacationes ſequentur, ad feſtum Nominis MARIÆ.

## §. III.
# DISPOSITIO TEMPORIS
## JN NOVITIATU
### à Vacationibus ad Nativitatem Domini.

64. *Diebus Ferialibus.*

à 5 ad 6. Meditatio de more.

à 6 ad med 7. Preces privatæ, lotio, lecti compoſitio.

à med: 7. ad med: 8. Doctrina Spiritualis in communi, cui aderunt etiam Scholaſtici Clerici ad quadrantem pro octava.

à med: 8 ad 8 Recitatio horarum Officii Divini.

ab 8 ad 9. Lectio privata librorum ſpiritualium ſibi traditorum.

à 9 ad 10 Explicatio Grammaticæ.

à 10 ad 11. Sacrum, lectio privata.

ab 11 ad 1. quadrantem pro prima, Examen Conſcientiæ, Prandium, doctrina ex lectione ad menſam, recreatio vel ſpiritualis lectio.

à 1mo quadr: pro 1ma, ad 1mam Coronula, Viſitatio SSmi, ac Bſſimæ Veſp: B. M. V. cum ſuo Completorio.

à 1ma ad 3. Exercitium characteris, ſcriptio regularum, cæremoniarum, conſtitutionum, præparatio pro perorationibus & catechiſmo, aut examen lectionis privatæ Spiritualium librorum, aut exercitium cærimoniarum, quod ſemel in hebdomada fiet.

à 3 ad 4. Exercitium manuale, ſi tamen dies ferialis, ſit vigilia feſti, in qua veſperæ in Eccleſia aut Litaniæ cantandæ eſſent, manuale prætermittitur.

à 4 ad med: 6. Veſperæ Divini Officii cum completorio ac matutinum cũ Laudibus diei ſequentis.

à med: 6 ad 7 His diebus, quibus tertio quadrante pro 6. primum ſignum pro meditatione datur, Lectio Thomæ à Kempis, ac regularum, tum meditatio. Si verò pulſandum ſit 1mo quadr: pro 7ma, idque fiat feria quarta, capitulum culparum à med: 6. erit ad 6. tum ſtudiũ Thomæ à Kempis ac regularum, deinde meditatio.

à 7. ad 8. Cæna aut collatio, examen lectionis ad menſam, Thomæ à Kempis ac regularum, deinde Spiritualis doctrina vel recreatio. Si non ſit diſciplina communis, recreatio ad mediam nonam.

Hora

http://rcin.org.pl

Hora 8. Litaniæ Omnium Sanctorum, Devotiones ad altare Beatiſſimæ, Hora 9. vel quadrante poſt nonam ſignum ſilentii,tum quies.

## *Diebus Recreationum.*

Mane omnia ut diebus ferialibus ad undecimam.

ab 11 ad 1. Prandium,repetitio lectionis ad menſam,recreatio.

à 1. ad 2. Coronula, Viſitatio SSmi ac Bſſimæ, Veſperæ B. M. V. cum completorio, exercitium characteris.

à 2 ad 3. Scriptio, vel lectio privata.

à 3 ad med: 6 Recreatio.

Reliqua de more ut ſupra, præterquam quod hora media nona pulſandum ſit pro litaniis, quod ſervabitur etiam diebus feſtis ac Dominicis.

## *Diebus Communionis & Dominicis.*

à 5 ad 6. Meditatio de more.

à 6 ad med: 7. Preces privatæ, lotio.

à med: 7 ad med: 8 Præparatio ad Communionem, Sacrum,gratiarum actio.

à med: 8 ad med: 9. Spiritualis doctrina.

à med. 9 ad 9. Recitatio horarum Divini Officii.

à 9 ad 10. Lectio privata.

à 10 omnia ut ſupra, nempe ſi dies communionis ſit ferialis, ut in diebus ferialibus, ſi recreationis,ut diebus recreationis. Si verò dies Dńica,tunc:

à 1 ad med: 2. Coronula,Viſitatio SSmi ac Beatiſſimæ.

à med: 2 ad 2. Exercitium characteris, lectio privata.

à 2 ad 3. Doctrina traducendarum concionum ex latino in polonicum, Diſpoſitio earundem, Synoptica relatio.

à 3. ad med: 6. Veſperæ ac recreatio.

à med: 6. Omnia ut diebus recreationum, præterquam quod ſi die Dominico conferentiæ ſint, tunc media hora recreationi ſubtrahatur, pulſeturque 1mo quadrante pro 6. prima vice.

## *Diebus feſtis, quibus cantatur Sacrum cum concione.*

à 5 ad med: 7. Omnia de more.

à med: 7 ad 9. aut amplius, Præparatio ad Communionem,Sacrum, gratiarum actio.

à 9 ad 10 Lectio Spiritualis privata, reliqua ut diebus Dominicis.

DOMINICIS verò Adventûs cum Sacrum finiatur poſt horam 7. ideoque ab hora 8. ad 9 doctrina Spiritualis in Communi.



http://rcin.org.pl

## *Inſuper hæc ſervari mandantur.*

*Primo*: Bis ſingulis hebdomadis perorationes fient à Fratribus Clericis, tam Studentibus quam Scholaſticis, qui ordo continuabitur ad Vacationum tempus.

*Secundo*: Qualibet feria ſexta poſt collationem, cum hoc tempus aptiſſimũ ſit, nam omnes Fratres Operarii adeſſe poſſunt, catechiſmus habebitur conſequenter à Fratribus.

*Tertio*: Latinæ lingvæ uſus perpetuus ſub pæna aliqua.

*Quarto*: Fratres Operarii tam Novitii quam Profeſſi diebus Dominicis Catechiſmo aderunt in Ecclesia.

*Quinto*: Quandocunque loco recreationum, præcipuè in Adventu & Quadrageſima fiet exercitium Cerimoniarum & cantûs.

# DISPOSITIO TEMPORIS
## Pro Studio Scholaſtico.
## *A Nativitate Domini ad vacationes diebus ferialibus.*

à 5 ad 6. meditatio de more.

à 6 ad med: 7. Preces privatæ, lotio.

à med: 7 ad 8. Lectio privata, compoſitio, præparatio ad ſtudium.

ab 8 ad 10. Studium Scholaſticum.

à 10 ad 11. Sacrum, ſtudium privatum.

ab 11 ad primum quadrantem pro 1. Prandium, examen lectionis ad menſam, recreatio vel Spiritualis lectio.

à 1mo quadr: pro 1. ad 1 Coronula, Viſitatio SSmi ac Bſſimæ, Veſperæ B V. M, cum ſuo Completorio.

à 1 ad 2. Linguæ germanicæ ſtudium, qui illi dant operam, alii exercitium manuale.

à 2 ad med: 4. Scriptio characteris, compoſitio occupationum autorum, ſibi traditorum lectio.

à med: 4 ad 4. Exacta præparatio omnium ad ſtudium pertinentium, lectionumque recitatio.

à 4 ad med: 6 Studiũ ſcholaſticũ, cui aderunt Magiſtri, ſiqui ſunt ſtudentes: Si tamen ea die Veſperæ futuræ ſint, aut Litaniæ in choro, à media quinta ad mediam ſextam ſtudium.

à med: 6 ad 9. Omnia ut ſupra diebus ferialibus.

## *Diebus Dominicis & Communionis.*

à 5. ad mediam 8. Omnia ut ſupra præfatis diebus Dominicis.

à med:

http://rcin.org.pl

à med: 8. ad med: 9. Quovis die Dominico Doctrina Spiritualis in communi; quovis die feſto in quo non eſt concio, poſt communionem & gratiarum actionem Doctrina ſpiritualis per horam. Quavis feria 3tia & feria 5ta quando non eſt communio, à med: 7. ad med: 8. Spiritualis Doctrina. Si fuerit his diebus communio à med: 8. ad med: 9. Doctrina Spiritualis.

à med: 9 ad 10. Studium privatum.

à 10 - Omnia ut diebus Dominicis vel recreationũ vel ferialibus.

## *Feriis Tertia & Quinta.*

à med: 7 ad med: 8 (ſi non incidat communio, tunc enim ut mox ſupra) Doctrina ſpiritualis in communi.

à med: 8. ad 9. Privata lectio.

à 9 ad 10. Una ex his feriis, quæ recreationis fuerit, examen lectionis privatæ Authorum ſibi diſtributorum.

à 10. - Omnia ut ſupra pro temporum varietate.

# DISPOSITIO TEMPORIS.
## *Pro Vacationibus generalibus.*

à 6. ad 7. meditatio.

à 7 ad 8. Lotio, lecti compoſitio, lectio privata.

ab 8 ad 9 Spiritualis lectio

à 9. ad 10. Exercitium Manuale.

à 10 ad 11 Sacrum, lectio privata.

ab 11 ad 1 Prandium, recreatio.

à 1. ad 2 Coronula, Veſperæ de Beata, exercitium Characteris.

à 2 ad 3 Feriis ſecunda, quarta, ſexta, & Sabbato ſtudium Arithmeticæ & Hiſtoriæ, aliis verò diebus privata lectio.

à 3 ad med: 6. Recreatio, feriis tamen 6tis, & vigiliis occurrentibus, loco recreationis à 3 ad 4. manuale, à 4 ad 5. & amplius Matutinum cum laudibus diei ſequentis. Reliqua de more.

Diebus verò Dominicis & Communionis omnia ſervabuntur quæ præſcripta ſunt in Diſpoſitione ſuperiori, quantum ad ſurrectionem, præparationem, communionem, gratiarum actionem, & doctrinam Spiritualem.

## §. IV.

# ORDINATIO ULTERIOR,

## *Circa Novitiatum: pro Rectore Domûs Probationis, Magiſtro Novitiorum & Promagiſtro, aliisque Religioſis Noſtris quorum intereſt.*

63. PRæter omnia ſupradicta quæ ad internam novitiorum & novitiatus directionem pertinent, quæque novitiis, ſtatutis ut ſupra temporibus prælegi debent, adjungimus præterea pernecesſarias Ordinationes ſequentes, quæ potius ad Superiores ſpectant, nihilominùs ad quam optimam Domus Probationis gubernationem regulantur. Jtaque.

64. Juvenes & Candidati qui ſe ad amplectendum inſtitutum noſtrum ſponte offerunt, ſummo judicio ac prudentia admittantur, juxta præſcriptum Clementis X. præſertim ut proceſſus quidam vitæ ejus, qui noſtrum petit habitum, à Rectore Domus, Præfecto Scholarum & tertio Sacerdote ſummatim conficiatur, teſtimoniumque hoc de rebus omnino certis, verbo & conſcientiâ Sacerdotali juratum (juxta Decretum Sanctæ Congregationis ſub Clem: X. incipiens, *Ad propagandam* Anno 1675. die 16 Martii latum) & ſupradictorum manibus ſubſcriptum, P. Provinciali ac P. Rectori Novitiatus, mandetur, tenore ſimili: *Nos infra ſcripti, verbo Sacerdotali, coram DEO teſtamur, conſtare nobis certo de Juvenis N. N natalibus: in Scholis noſtris ab anno N. educati moribus talibus vel talibus, ingenio tali vel tali, pietate & ſimilibus, hacque vel illa re, illum ſingularius commendari: annorum eſt N N. Parentum N. N Diœceſis N Patria N Scholæ N valetudine N. &c: in quorum fidem &c:* Si vero non è noſtris Scholis, vel aliquo, poſt abſolutas Scholas tempore, aliquis admitti petit, Rector ejus domus, in qua intentum ſuum aperit, eodem modo ut ſupra procedat. In Podolinenſibus Scholis eodem modo Rector Podolinenſis abſque tali teſtimonio jurato, & à tribus ſubſcripto, nullum omnino deinceps, poſt præſentem ordinationem, ad novitiatum noſtrum admittat, nullumque veſtiat. Quare PP. Rectores domorum hæc exacte obſervent.

65. Curent omnino P. Rector, P. Præfectus, aut Profeſſor, ſeu Superiores Domus, ex qua candidatus diſcedit, ut nullo modo abſque teſtimonio authentico metrices ullus ad domum probationis è loco diſcedat, cum id & expenſas pro poſtis & plura gravia incommoda cauſare ſoleat, ſi primum è novitiatu procuranda ſit illius transmiſſio.

66. Graviores ſemper Religioſi ad conducendos ad novitiatum deſtinentur, qui omnia eorum fideliter P. Rectori probationis reddant. PP. vero Rectores & Profeſſores, aut illi qui cum Parentibus, Tutoribus ſeu cum quibuscunque rem habent, (iis duntaxat intelligitur, qui omnino ſunt in ſtatu, providendi ſuis liberis,) abſque ulla ex noſtra parte (Deus avertat) moleſtia, proponant, quæ novi-

tiis

http://rcin.org.pl

tiis juſtè, nullomodo ſuperfluè, neceſſaria eſſent, ut habitus ex panno, pallium materiale ex Kromras bene longũ, pro creſcente ſtatura, toga, thorax hyemalis, & æſtivus, veſtis vialis, pellis aliqua; endromis, pileus, galerus, caligæ, tibialia, ocreæ linea ſupellex, ex tela ordinaria, etiam copioſior, lodix nullomodo ex ſerico, fuſci coloris, tapes ſimplex alias Kilim, vel pannus pro lecto, culcitræ, ſaccus coriaceus vulgo tłomok, arcula, libri aliqui utiles, proviſio aliqua pecuniæ pro via, ſi fieri poteſt. In quibus omnibus, prudentiæ ac honeſtati noſtrorum vehementer cõmendatur, ne ulla parentibus renitentibus aut nolentibus importunitate ſint moleſti, ſed honeſta quadam ratione, ubi putant proponenda proponant. Hæc omnia ſeu ex his aliqua dum diſceſſuro novitio comparabuntur, videat P. Rector Domus ex qua diſcedit, & religioſus cui hujus rei curam committit, ut res ſint tales, noſtroque ſtatui conformes, quibus in novitiatu & poſt noviciatum juvenes bene uti poſſint, ac fideliter pro illis expendant, & expenſarum ac percepti regeſtrum deſignatus ad id Religioſus ſuo Rectori, deinde Rectori Podolinenſi omnino tradat. Res autẽ ejusmodi triplici regeſtro conſcribantur, & à Rectore alteroq; Sacerdote ſubſcribantur, quorum unum P. Provinciali mandetur, alterum domi retineatur, tertium Rectori Domus Probationis reddatur. Quodſi quis ex Candidatorum ſociis, vel quicunque alius, aliquid ex his rebus ſibi acceperit, & una cum regeſtro Rectori Podolinenſi non reddiderit, mox pæna proprietariorum puniatur, vel Provinciali omnino puniendus deferatur. Quamobrem, quicunque è noſtris conducit novitium vel novitios Podolinium, rerum ad novitios pertinentium quas P. Rectori Novitiatus reddidit, regeſtrum à P. Rectore, vel à P. Magiſtro ſubſcriptum prout receperunt, ſecum referat, & in Viſitatione P. Provinciali reddat. Si verò tales Candidati ſint, qui à ſe ipſis dependeant, nihilominus regeſtrum rerum omnium quas ad novitiatum devehunt, pariter triplex, ut mox dictum, conficiatur, & ad profeſſionem conſervetur.

67. Nulla re penitus, quam novitii ſecum tulerint, (præter libros aliquot arbitrio P. Magiſtri) utantur, ſed omnis ſupellex eorum linea, veſtes, lodices, & omnia hujusmodi, in ſeparato loco ſeponantur, exceptis iis quæ ſibi directè ad uſũ in novitiatu comparaverint, uti habitus, ſubveſtes, pallia, lodix, ſubuculæ &c; cæterarum rerum regeſtra à novitiis allata cum rebus exactiſſimè conferantur, & libro ad id conſveto inſcribantur, & manibus novitii deponentis ac recipientis ſubſcribantur. Hæ res nullomodo ante profeſſionem novitii tangantur, nec etiam cũ ejus conſenſu ulla ratione vendantur, ulloque neceſſitatis novitii prætextu. Poſt profeſſionem, dum ad profeſſorium exmittuntur, reddatur ipſis omnino tota ſupellex linea, lodices, libri, pallia vialia, & ejusmodi ad uſum neceſſaria ac reliqua ad lectum, pertinentia, quæ ſi contra ſtatum noſtrum fuerint, vendantur, ſed interea alia hujusmodi ſtatui noſtro conſentanea, illis tribuantur, etiam omnino iis, qui nihil attulerint, ita ut quæ ad veſtes internas externasque, ad lineam ſupellectilem & ad lectum pertinent, neceſſaria diſcedentibus præbeantur, quorum regeſtrum in novitiatu cõſcribatur & manu P. Magiſtri ſubſcribatur ac Neoprofeſſo detur, ut illud Rectori profeſſorii præſentet. Induſia, lintea iis qui non haberent ſufficienter ſecum

cum

http://rcin.org.pl

cum allata & hujuſmodi, toto novitiatus biennio ex veſtiario domus, quavis ſeptimana, juxta morem veterem ſubminiſtrentur uti & habitus, qui eos ſecum non tulerint, thoraces, tibialia, caligæ, calceamenta, pilei, lodicesque ſimplices vulgo kotze. Rerum poſt novitium profeſſum relictarum ut veſtium ſæcularium & ſimilium depoſitio, ac venditio ad neminem ſed unicè ad Rectorem Domus Probationis pertinere declaratur. Dimiſſo verò novitio, & ſi quam attulit, pecunia & omnia ad unguem reddantur. Neoprofeſſo quoque, pecunia ſi quam depoſuerit, à P. Magiſtro Novitiorum ad capſam Novitiatus repoſita & apud P. Rectorem conſervari ſolita, poſtea cum diſcedit noviter profeſſus, ſigillata & apud P. Rectorem profeſſorii deponenda fideliter omnino reddatur. Et hæc enim pecunia ſubeſt fidei depoſitorum.

68 Abuſus omnino inutilis, imo perquam noxius, naturæque biennalis novitiatus directè repugnans, veſtiendi novitios, in quacunque extra novitiatum domo tollitur, ac PP Provinciales & Conſiſtorium ejus difficillimè ac rariſſimè id ita permittere valeant ex ſingulari aliqua cauſa, ut in exemplum non tranſeat: Eoque perraro caſu, res omnes eodem ut ſupra modo veſtesque ſæculares omnino ad Domum Probationis deferantur.

69. Patris Rectoris paternæ curæ, charitati, juſtitiæ, & denique vel ipſi humanitati, tandem etiam & conſcientiæ majorem in modum commendatur, ut tam circa victum, quam circa amictum, calefactionem, lumina, lectos, veſtiarium tam lineum quam laneum, ſummam ſollicitudinem, bonique parentis munus gerat, & quæ ipſi P. Magiſter ſignificaverit, indilate provideat. P. Rector domus probationis tempeſtivè ea omnia, quæ ad amictum, uſum, commoda pertinent, parari aut coemi omnì diligentia & ſolicitudine curet. P. autem Magiſter ſæpe ſæpius dum novitiorum cellulas viſitat, aut eos interroget quibus indigent, aut quibus indigere perſpexerit, mox à P. Rectore quam diligentiſſime provideri curet. Commendet etiam Fratri Operario, quem ſibi adlegerit, ut ſupra, de iis quæ neceſſaria ſunt novitiis, eum præmoneat. P. Provincialis in viſitationibus præcipuè de commodis neceſſariis in novitiatu præſtandis examinet & provideri curet.

70. Deteſtabilis nec unquam alias auditus abuſus ſcribendi ad Parentes è novitiatu pro aliquo ſubſidio, tam novitiis, quam neoprofeſſis, & quibuscunque eos regentibus majorem in modum prohibetur, ſub gravioribus pænis. Si qui mitterentur ad novitios famuli, aut amici Parentum vel Conſanguineorum, ad P. Magiſtrum cum ſcitu ſemper Rectoris, vel ad P. Rectorem, eos audire, literas accipere & reſolvere pertinet. Si quid miſſum ſponte fuerit, P. Magiſter cum ſcitu Rectoris vel P. Rector recipiat. Literas novitiorum ad quoscunque circa bona in ſæculo relicta & ſimilia, nullomodo P. Magiſter ſcribi faciat, niſi tales literæ neceſſariò, juſſu P. Provincialis ſcribendæ eſſent, aut petitæ à Patre Procuratore capſæ Provinciæ.

71. Novitii ut nullomodo ſine conſenſu P. Provincialis ſuſcipi, ita nullo æquè modo ſine ejus conſenſu, voce ſi præſens, ſcriptò ſi abſens fuerit, aut ad profitendum admitti, aut ejici, vel dimitti poſſunt, niſi ipſi novitii dimitti ſponte voluerint.

http://rcin.org.pl

fuerint. Aut nulli, aut omnino rariſſime biennale probationis tempus ad annum abbrevietur, neque hic ullo modo introducatur abuſus, niſi graviſſimis juſtiſſimisque fortaſſe cauſis ac indiſpenſabili neceſſitate, P. Provinciali cum ejus Congregatione pro aliquo apud P. Generalem, inſtandum eſſe videretur, quod tamen, ſi quàm rarius vel nunquam contingat, tantò Provincia ſecurior erit.

72. Cum tamen à translatione ſimul noviter profeſſorum ad ſtudia ordo bonus pendeat, proinde curandum per domos eſt, quatenus ita candidati mittantur ad Domum Probationis, ut novitii omnes quo ad fieri poteſt, ante feſtum Aſſumptionis, B. V. M. veſtiantur, aut ſaltem Menſe Auguſto ut nempe profeſſio omnium illius anni fieri poſſit in feſto Aſſumptionis. Si verò ſeriùs aliqui veſtiantur, neque tamen tardius tribus aut quatuor menſibus, ex ſingulari aliquo caſu, P. Rector vel Magiſter Novitiorum ſcribat ad P. Provincialem tempeſtivè, nempe in Menſe Januario vel anterius, & quantum temporis alicui novitio diſpenſandum ſit, ut omnes 15. Auguſti ſimul profiteri poſſint, denuntiet, petatque ut P. Provincialis à P. Generali tempeſtivè hanc diſpenſationem oret & obtinere curet ac Podolinium transmittat.

73. Patres Rectores Domus Probationis invigilent, ne Magiſtri & Promagiſtri Novitiorum ſuis officiis deſint, poteſtatem autem Magiſtris ſuper Novitiis plenam, ut Clementina præmonet, relinquant. Magiſter de neceſſariis novitiorũ commodis Rectorem ſemper præmoneat, ac pro iis ex officio zelet, atque etiam ſi opus eſt P. Provinciali denuntiet. Meminerit autem ſi quem alium certe Virtutis & ſanctitatis Magiſtrum, offendicula cum Rectore, quam maxime dedecere, ac eſſe novitiatus ruinam Unde primus ille religioſis viri obedientis ſit exemplum. Reſpectivè idem de Promagiſtro, verſus Magiſtrum intelligi debet. Pater verò Rector, nihil de novitiis diſponat, quin prius cum Magiſtro conferat, atque per eundem novitii, mandata Rectoris exequantur, præter ea quæ in plena Communitate, dicenda novitiis ipſi viderentur. Honorem Authoritatemque Magiſtri modis omnibus ſuſtineat. Mortificationes à Magiſtro impoſitas, nunquam immediate novitiis condonet, niſi per ipſummet P. Magiſtrum, quod par eſt, ut & Provincialis faciat.

74 Relinquitur arbitrio P. Magiſtri Novitiorum ut tribus quatuor vel pluribus conſequenter concurrentibus feſtis, non quovis ob vitandam quandam aſſvetudinem, ſed tertio die ad Sanctam Communionem accedant.

75. Locus Magiſtri Novitiorum ſit ante Vice-Rectorem, Promagiſtri locus profeſſionis. In abſentia & Rectoris, & Vice-Rectoris P. Magiſter ſigna det, & benedictiones in communitate. P. Magiſter, & Promagiſter alterutro in novitiatu manente, poſſunt pro captando äëre ſocio non ex novitiis ſumpto, egredi, quod tamen raro fiat, potius enim æſtate aliove commodo tempore cum novitiis exeant. Nullo munere tali Magiſter vel Promagiſter oneretur, quod eos ab officio eorum diſtrahat, uti ſunt Expenſoris, Rationiſtæ, Scrutatoris diligentiæ Magiſtrorum, & ſimilia munera.

76. Jn cubiculis noſtrorum intra clauſuram novitiatus in ſuperioribus cur-

xitoriis

http://rcin.org.pl

ritoriis etiam prætextu tractandi alicujus etiam noſtri hoſpitis (quod intra clauſuram novitiatus ſacroſancte prohibetur) vinum nec alius potus afferatur, præterquam in ipſa valetudinis neceſſitate & præter cereviſiam pro neceſſitate novitiorũ, quæ ſit ſemper, in, non ante cubiculum P. Magiſtri.

77. Capitula culparum pro novitiis & noviter profeſſis, bis in hebdomada ſemper fiant, præter feſta & tempora, quibus P. Magiſtro pro prudentia ea eſſe diſpenſanda, videbitur. Jn refectorio, ac oratorio abſente Rectore novitios & noviter profeſſos, ſi in aliquo publice ſint monendi, P. Vice-Rector perbreviter & cum omni moderatione ac perraro admoneat. Nec ille vero, nec ullus Patrum, ullum novitium quacunque de re quocunque in loco ullo prætextu, ullaque etiam juſta ut videretur ratione, admonere audeat, ſed pro conſcientia, prudentia, charitate ac zelo, vel in capitulo culparum, vel privatim P. Rectori, vel P. Magiſtro deferat. Nihil iidem Patres unquam vel minimum, ſive ad domus ſive ad eorum obſequium pertinens, unquam novitiis imperent, graviterque à Rectore, in transgredientes animadvertatur.

78. Mortificationes ſummæ prudentiæ P. Rectoris & P. Magiſtri commẽdantur, neque tales imponantur, quæ bono ſenſui, ac diſcretioni repugnent, aut nauſeam provocent; ſint juxta regulam, Probationis verò magis propriæ: velum, frænum. Jllæ quæ nimis pudore juvenes afficiunt, penitus prohibentur. Mos mortificationum per novitios petendarum in vigiliis conſervetur, inuſitata & ſtatui noſtro penitus indecora, pæna verberationis, nulla penitus imaginabili ex cauſa in novitiatu adhibeatur, ſed potius dimittantur. Pater Profeſſor tempore ſtudii, non verò extra ſtudium, cum Magiſtri Novitiorum, ſi hic expedire judicaverit conſenſu, novitiis mortificationem injungere poterit.

79. Feſtis diebus, præter tempus ſacrorum quæ omnes audiunt, ad ſerviendum aliis non evocentur, neque P. Magiſter & Promagiſter; cum novitii lectionibus Spiritualibus, vel Scholaſticis occupati ſunt, iis ad ſua ſacra utantur.

80. Etiam in adventu P. Provincialis, aut cujuscunque Viſitatoris, nullomodo novitii, ad ſerviendum ejusdem in cubiculo menſæ, vel ad alia obſequia unquam evocentur, cum tales abuſus etiam pro paucis diebus ſint valde incommodi, ordinemque perturbent. Ad Miſſam P. Provincialis, ſi non ſint alii extra Novitiatum Clerici, duo, non plures novitii (intelligitur de tempore, quo Novitii doctrina ſpirituali occupati ſunt) ſerviant diebus feſtis; Scholaſticis autem, ſtudentes ſæculares invitentur, niſi Miſſam communem pro novitiis habuerit.

81. Strenæ conſvetæ non tolluntur ſolis P. Rectori & Magiſtro, ſed à reliqua præter novitios communitate, illæ nunquam penitus fiant, in ſuperioribus curritoriis intra novitiatûs clauſuram.

82. Theatrales diebus poſt Septuageſimæ Dominicam recitationes tragicæ ſolæ, de rebus Chriſtianis, & Sanctis, abſque ulla amorum ſpecie, & umbra, & in quas perſonæ fæminarum non intrent, permittuntur, ſique plures tales non reperirentur, etiam eædem reſumantur, aliæ quæcunque ſacroſancte prohibentur, neq; ſi in ſcholis eas unquam adeant, nec Academicas, nec Diſputationes.

83.

http://rcin.org.pl

83. Jentacula qui illis egent, abſque ulla difficultate, antecænia aliquibus temporibus cum potu etiam aliquo, ſi P. Magiſtro videbitur, dentur, & P. Rector hac in re humanus ſit, & veteri uſui ſe accommodet.

84. Circa balneum Drużbaki, vetus conſuetudo conſervetur, illudque æſtate cum videbitur Patri Rectori & P. Magiſtro, omnes ſimul bis vel ter adeant; ſique ab aliquo omnes ſimul intra hanc recreationem pro refectione invitentur arbitrio P. Magiſtri relinquitur, quod tamen potius declinandum. Balneum domi penitus tollatur, ſi ex præſcripto ſolo Medici neceſſarium ſit, in cubiculo aliquo paretur.

85. Cum ob leges patrias fieri aliter nequit, niſi aliqui novitii ante profeſſionem, Sandeciam ad Acta publica, rebus ſuis renuntiaturi aut de eiſdem diſpoſituri diſcedant, ſemper eos ſuperiorum vel graviorum Patrum aliquis, & nullomodo unquam P. Magiſter, aut Promagiſter Novitiorum comitetur, qua in re ne Provincialis quidem cum Congregatione ſua unquam diſponere poſſit. Similesque Magiſtri & Promagiſtri extra novitiatum diſceſſiones, quæ vel unius noctis abſentiam poſt ſe trahant, abſque Provincialis conſenſu illis prohibentur. Si medico eguerint, conducatur vel ſi vera infirmitatis cauſa eſſet, talis ſit, de qua P. Rector, & P. Provincialis re vera convincantur: tum unus eorum, altero remanente in novitiatu diſpenſari poterit. Novitii pariter pro gratulationibus aut quacunque cauſa vel prætextu, ad Benefactores, Conſanguineos ſeu quoscunque, nunquam penitus mittantur.

86 Novitii bis ingreſſi ordinem noſtrum, nunquam à pleno biennio Novitiatus, cauſa præteriti Novitiatus diſpenſentur.

87. Paria vota, pro & contra novitium, non ſufficiunt ut profiteri poſſit, ſed commoneri canonice Novitius à Provinciali, vel ejus commiſſo à Rectore debet. Si ter paria fuerint tempore biennii, debet omnino dimitti. Si duntaxat ante profeſſionem paria, poterit differri profeſſio. Si poſt dilationem ad futuram Quadrimeſtrem viſitationem paria, prorſus dimittatur. Infames & à voce abjudicati, vel ad ſolam correctionem ad Novitiatum miſſi Sacerdotes, nullum habeant votum. Pater Provincialis vero, eo caſu expreſsè debet admonere Rectorem, talem perſonam ad ſolam correctionem mitti, de quo tamen infra. Provincialis præſens, non verò abſens poteſt dare votum pro novitio admittendo ad profeſſionem, juxta Capitulum generale 1718. Profeſſorum contra pluralitatem, profeſſio nulla, proinde dimittantur. Magiſter novitiorum, pro iis qui votis debitis caruerint, nec per ſe, nec per alios, aut pro iis ſuffragia petat, ſeu quærat, aut ad P. Provincialem, ullomodo inſtet. Si vero Novitium aliquem haud adhuc dimittendum judicaverit, P. Rectori rem totam deferat, qui videat, qua cauſa, quo animo id fiat, ac diligentiſſime rem de Novitio examinet, Patremque Provincialem informet, cujus deciſioni ſtandum.

88 Ratio jam omnis, & prudentia ſuadet, ut ad domum Probationis, illaque communitatem, extra novitiatum viri ſelecti, graves, bonique exempli, tam ad alia officia, quam ad Scholas docendas mandentur, quorum etiam ſcrutiniis, &

teſtimoniis, quæ circa novitios, ad vota admittendos præſtare ſolent, fidere Provincia, & Provinciales poſſint, quorumque continuus aſpectus, novitios ad virtutem excitet. Concionator præſertim, quem audiunt, unus ex optimis eſſe debet, à quo & ipſi Chriſtianæ vitæ regulas & normam prædicandi condiſcant.

89. Novitii ad Scholas ullas docendas ſine aliqua ſingulari & gravi cauſa non admoveantur. De noviter profeſſis, ordinationibus de profeſſorio inferioribus adhærendo, ſtatuimus in perpetuum ut omnes prorſus noviter profeſſi Clerici, ad domum & ſtudia profeſſoriorum mittantur.

90. Ad Podolinenſes æque, ut & ad alias Scholas Magiſtri Profeſſorio toto abſoluto ex aliis domibus ordinentur, interdicta in perpetuum Provincialibus cũ eorum Congregatione poteſtate, aliter de noviter profeſſis diſponendi, niſi in caſibus, de quibus in ordinatione profeſſorii: nimirum ſi tales noviter profeſſi ſint, qui ad nulla ſtudia unquam amplius applicabuntur, vel ob provectiorem ætatem, & ad ſtudia inutilem, vel ob ingenii modum, quare tales noviter profeſſi poterunt ad infimas Scholas mox deſtinari vel ad domorum Officia etiam Podolinii.

91. Præter Novitios, Clerici ſoli noviter profeſſi donec ad Profeſſorium emittantur, in ſuperioribus cum novitiis curritoriis manebunt, & omnia ſimul cum iis munia obibunt. Jam vero Clerici antiquius profeſſi, qui vel ad Scholas docendas mittuntur, vel ad correctionem, aliunde fortaſſe Podolinium mitterentur, nec ullomodo cum novitiis in ſuperioribus curritoriis maneant, nec cum eis unquam recreationes adeant, nec ullum cum eiſdem commercium habeant, ſed ſi ſunt Magiſtri Scholarum, tales Clerici ut in aliis omnibus noſtris domibus, ad Communitatẽ pertineant, cum eaque habitent & recreationes adeant. Si vero ad recollectionem ſpiritus mittuntur, ſeparatim extra novitiatus curritoria maneant. Facilius enim eſt, bonos à perverſo perverti, quam malos, quantumvis à bonis præſertim adoleſcentibus converti & emendari. Unde talium qui ad recollectionem ad Novitiatũ mitterentur, ſocietas cum novitiis non poteſt non eſſe damnoſa, potiusque quam peſtis, & contagio vitanda. Aliis ergo modis certæ perſonæ, non noxia converſatione cum novitiis corrigendæ erunt. Jmo Patres Provinciales, optamus & commendamus ut quam rariſſime, & ſi fieri poteſt nunquam, tales homines ad domum probationis, ſed aliò emendandos mandent, cum Communitas hæc debeat eſſe novitiis virtutis ſpeculo & exemplo.

92. Pater Rector curam habeat ſummæ à F. Michale Stadnicki ad altare B. V. M. Doloroſæ applicatæ, ut quotannis fructificet, ab eaque cenſus in capſa novitiatus, apud P. Rectorem conſervetur, & P. Magiſter ex eo intentioni ſatisfieri curet.

## §. V.

## *De Tranſactionibus Novitiorum ante Profeſſionem.*

93. QUamvis & communibus & patriis legibus filius viventibus Parentibus, non hæreditet, quoniam tamen Parentes filiorum vitæ & commodis, dũ

poſſunt

http://rcin.org.pl

poſſunt providere, tenentur, id curandum ab iis eſt, qui in ſtatu id faciendi ſunt, præſertim in hac Provincia, in qua ſufficientes fundationes, revera non habemus. Imprimis itaque Patris Provincialis, ac Patris Procuratoris Capſæ provinciæ novitiorum Parentibus, aut iis quorum intereſt, vel per ſe, vel per alios tempeſtive notificare curabunt, quod Novitii a communibus legibus & patriis ante profeſſionem jubeantur de rebus, quas in ſæculo relinquunt diſponere, hocque tempus imminere ut filius eorum, acta publica Sandecenſia accedere debeat & acceſſurus ſit. Si itaq; vel Parentes ſponte inſcribere volunt, vel filio permittere, ut certum quantum proportionate inſcribat, id faciendum eſt. Et tunc inſcriptio vel conſenſus parentum viventium ſecuram rem reddet.

94. Si verò Parentes viventes nihil inſcribere voluerint, cogi nec poſſunt, nec debent, nec moleſtia afficiantur. Filius vero profeſſurus ſi libere & ſponte volet aliquid ex fortuna, quæ ſe olim poſt fata Parentum concernet, mediocriter inſcribere ſibi ac Provinciæ, inſcribere poterit: Si vero totum ſuis Fratribus, Conſangvineis ſeu aliis inſcribere ac relIquere novitius velit, pleniſſima illi relinquatur libertas, nec à noſtris ullomodo inducatur ad mutandam ſuam voluntatem, imo de hac re penitus ipſi libera edoceatur & admoneatur.

95. Inſcriptione vero ſi illi libuerit partis alicujus mediocris ſibi ad vitam, aut Provinciæ in perpetuum facta, poſt ſerum funus Parentum ſi nihil in vita, filio reliquerint, citari poterunt Succeſſores ad inſcriptionem novitii. Tribunalia verò ordinarie in ſimilibus cauſis ad legem 1635, vel ſaltem ad ſtatutum de Monialibus ſe ſe conformare ſolent, nec forte à prudenti, diſcreta & determinatæ quantitatis mediocris inſcriptione, dum & fratribus, aliisque ſucceſſoribus, major & bene inſignior è fortuna novitii pars relinquatur, abjudicabunt. Nam qui totum ſe concernens inſcriberet, nihil inſcriberet.

96. Si autem bona advitalitati tantummodo unius Parentis ſuperſtitis, ſubjiciuntur, tunc novitius poteſt æque de iis diſponere, illorum enim verus hæres eſt, etſi nondum Poſſeſſor. Si itaque ſub unius Parentis advitalitio jure, bona alterius Parentis manent, Novitius acta accedat, & ſi vult ſponte, ſummam medicrem ſibi ac Provinciæ inſcribat ſuper certis Parentis unius demortui, vel demortuæ bonis. Inſcriptio autem quamvis talis adhuc ob jus advitalitium alterutrius Parentis viventis ſtatim effectum non ſortiatur, nihilominus, certa jam filii hæreditas eſt, nec amitti à vivente Parente poteſt, & poſt Parentis mortem inſcriptio mediocris valebit, quæ ante profeſſionem facta eſt. Hoc tamen valde præcauto, ne in hac tali inſcriptione ſuper bonis demortui, vel demortuæ Parentis facienda, ullo modo tangantur bona Parentis viventis, nam hoc inſcriptionem vitiaret.

97. Sed ſi præter demortui Parentis unius bona, ſub advitalitate alterius exiſtentia, ſunt quoque bona parentis ſuperſtitis, conſequenter in iis eſt hæreditas, ſive pars hæreditatis, olim concernens novitium, tunc, ſi ex hac quoque hæreditate Patris vel Matris viventis, & nihil filio præſtare volentis; novitius aliquid diſponere velit, ſeparato inſtrumento inſcriptionis id faciat, ab illa nimirum inſcriptione quam fecerit ſuper bonis ſub advitalitate manentbus Parentis alterius.

98. Si autem aliqua ſint bona, aliunde ſucceſſiva & cadentia non in Parentes viventes, ſed in prolem, ſique jam ante profeſſionem ſucceſſio aperta eſt, de iis quoque diſponere, dum moderate prudenterque id faciat, jure valet, ſed non de iis, quæ poſt ejus profeſſionem aliunde aperientur ſucceſſionibus; mortuus enim ſæculo, profeſſus, in jure exiſtimatur. Jn mortuum autem nullæ ſucceſſiones cadunt, ſuntque omnino incertæ: non ut hæreditas poſt Patrem & Matrem, quæ certa eſt.

99. Jam vero ii Novitii qui parentes non habent, quomodocunque de bonis ſuis diſponere velint, diſponant, ſibique ac Provinciæ ſi ſponte velint, ſummã mediocrem ſeu aliquam partem inſcribere poterunt, reliquum Succeſſoribus relinquant.

100. Si itaque in quocunque caſu, aliquid mediocre & abſque familiæ injuria Provinciæ inſcribere velint, literarum Apoſtolicarum noſtrorumque ſtatutorum de ærariolo Provinciæ ſemper admoneantur: aliter enim & livellum pro ſe & ſummam ſive bona pro Ordine noſtro, inſcribere non poſſunt, niſi ad ærariolum Provinciæ. Inſcriptionis itaque ſemper ſit talis titulus: *Opolienſi Noſtræ Domui mediante Capituli Provincialis diſpoſitione, ad Provinciæ pauperumque fundationum noſtrarum ſubſidium.* Hic titulus in omnibus Tribunalibus Regni valebit. Sive autem Parentes, ſive Novitii, ſibi ipſis inſcribant ſummam aliquam pro cenſu novitii profitentis advitalitio, ſeu ut nos vocamus pro livello, exprimi debet à quali parte inſcriptæ perpetuæ ſummæ cenſus hic annuus ad vitæ tempora reſervetur. Etiamſi enim major aliqua ſumma Provinciæ, ſive à Parentibus, ſive à novitiis ipſiſmet inſcriberetur, livellus ſeu cenſus advitalitius, poteſt inſcribi in parte tantummodo ſummæ, non in tota.

101. Si Parentes deſtinarunt, & inſcripſerunt ſummam pro livello, tali livello Religioſi Noſtri contenti eſſe debent, qualem Superiores ipſis dandum determinarint. ſi ipſi ſibi inſcribunt livellum, eodem modo norint qualitatem ejuſdem, à conſenſu Provincialis, cum ejus Congregatione pendere, quæ ſemel fixa, non mutetur. De his profeſſuri præmoneantur.

102. Leges de Capſa Provinciæ, de ſummis bonisque poſt Novitios, P. Rector Novitiatus diligentiſſime obſervari curet. Procurator capſæ Provinciæ, pro re ejusmodi, à Rectoribus unde miſſi novitiii, ſe prius informet, deinde cum Rectore Probationis conferat, & inter ſe conveniant qui novitius in ſtatu eſt, qui non eſt, diſponendi de ſuis in ſæculo bonis. P. autem Magiſter Syllabum novitiorum, hoc fine P. Procuratori capſæ in Menſe Decembri, ſemper mittat, & poſtea ſi aliquis novitius acceperit. Cumque à Novitiis ipſis, aliqua ſaltem, de rebus hujusmodi informatio capi poſſit, P Rector Probationis prudenter agat ut quam de iis notitiam dare poſſint, dent, & P. Provincialem ac capſæ Procuratorem admoneat, atque ita inter ſe concludant, qui novitii Acta Sandecenſia adire debeant quæ duobus Menſibus ante profeſſionem adeant.

103. Patres Rectores & Superiores domorum, quæ propiores ſunt bonis, vel

http://rcin.org.pl

vel Parentibus novitii, atque Actis publicis ſive judiciis, pro amore boni communis nulli vigilantiæ & diligentiæ parcent, in juvandis negotiis Capſæ Provinciæ, ad quos P. Procurator ejusdem in quibus opus erit recurret, quæque ab ijs petierit, non gravatim facient. Expenſas vero omnes eo fine factas P. Procurator exacte & fideliter ſemper ſolvet. Majores vero etiam ſubminiſtrabit, aut de modo concedendi pro neceſſitate cum PP. Rectoribus conveniet. PP. Superiores qui ad manus pecunias vindicatas, vel quomodocunque pervenientes ac ad Procuratorem Provinciæ pertinentes recipiunt, eas nullo modo nec titulo quidem cōceſſorum retineant, ſed mox quavis prima ſecura occaſione P. Procuratori remittant vel reddant, ſub gravi pœna.

104 Meminerint tamen noſtri, idque perpetuo in ſumma animadverſione habeant, ne importune ne nimis, ne immoderata habendi cupiditate Parentibus & Conſanguineis aliquid extorqueant, aut Novitiis omnia, vel quam plurima inſcribendi nobis animū injiciant, majori enim damno & nocumēto eſt, invidia nobilitatis publica, quod Equeſtris Ordo à Religioſis perſonis, bonis exuatur, quam vel maxima Congregationis emolumenta. Odia aliorum, & ab iis univerſalis averſio, cautela noſtra eſt, ne ſimiliter offendamus, odioque ſimus. Præſtat pauca paulatim acquirere, quā multa vel omnia ſimul aliquando perdere. Quamdiu hæc immoderata augendi res noſtras cupido nos non occupabit, tamdiu cæteris tolerabiliores, aut etiam nobilitati, magis cari erimus. Paupertatem, Matrem columenque rerum noſtrarum divitiis præferamus. Parte modica & valde mediocri contenti ſimus, quam cum novitiis noſtris etiam forte opulentioribus faciliter aſſequi & habere poſſimus, potius quam cum magnis difficultatibus & jurgiis jura eorum vindicemus. Laudabile & ſalutare nobis erit, ſi contra prudentiam ſæculi hujus, minus potius quam plus, à familiis eorum optemus. Magni Germaniæ Principis præſtantiſſimum eſt illud de nobis elogium: Homines iſti utilitati ſunt, ſed non ſunt oneri Reipublicæ. His principiis Provinciales, Superioresque Provinciæ inſiſtant, his in ſimilibus utantur & regantur.

## §. VI.

## *De Fratrum Operariorum Novitiatu.*

FEre à principio Provinciæ hucusque deſideratur ſemper, melior FF. Operariorum inſtitutio, qua deficiente, quæ damna & incommoda domus omnes ſentiant, multis dicendum non eſt. Hanc itaque de eorum probatione Ordinationem perpetuam, Authoritate Viſitationis Noſtræ Apoſtolicæ inſtituimus.

105. Fons & origo malæ FF. Operariorum educationis, præter alias cauſas, eſt biennalis ille, primis duobus annis, eorundem per domos diverſas Novitiatus; in quibus humanitus fieri nullo modo poteſt, quæcunque ſine hoc ſtatuta præſcribantur, ut ea qua par eſt diligentia educentur. Id per ſe patet. Quidquid itaque & aliarum & noſtræ hucusque Provinciæ conſvetudo ac leges, hac de re obtineant,

http://rcin.org.pl

neant, conceſſa nobis à SSmo Domino authoritate ſancte in perpetuum inhibemus, ne ulla ratione unquam novitii Operarii in ullis aliis domibus educentur, aut detineantur, ſed mox cum habitum petunt, examinati juxta leges communes noſtrasque, ad Podolinenſem Domum Probationis non veſtiti noſtro habitu mittantur, ibique(ſervata conditione ut 21. annum ante profeſſionem compleant) induantur. Quodſi ante completum decimum nonum induerentur, quod raro fiat, profeſſionem expectent ad vigeſimum primum completum. Novitiatum eorum quandoquidem domus aliæ,obſequiis illorum egent,ad biennalem in perpetuum reſtringimus, biennioque probationis impleto, ut ad vota ſolennia vel ſimplicia aliqui ſervatis ſervandis admittantur in perpetuum ordinamus. Quod tempus ſatis ſufficiens eſt ad eos utpote maturiores viros, in Spiritu fundandos.

106. Omnis jam ſolicitudo circa educationem Fratrum Operariorum Patribus Magiſtro ac Promagiſtro ſummopere commendatur. Pater Promagiſter (qui non ſit ſimul noſtrorum ſtudentium Profeſſor, nec enim tempus, nec vires illi ſufficerent) a menſe Octobri poſt exercitia Spiritualia, ad Menſem Martium incluſive, poſt Sacrum matutinum auditum, jam vero ab Aprili ad Octobrem poſt Coronulam hora ſolida Spiritualem doctrinam in communi Operariis novitiis ſingulis diebus ferialibus tradet: Dominicis verò diebus, cum non eſt Concio in Eccleſia, ſemper manè poſt Sacrum. Si qui novitii Operarii, ea hora alia haberent exercenda officia, curabunt P. Rector & P. Magiſter illa tempore doctrinæ Spiritualis à Profeſſo aliquo Operario ſuppleri.

107. Lectio & explicatio ſtatui & captui accommodata ex libris polonicis ſuperius nominatis, aliisve ad id delectis fiet. Explicatis prius novitiorum regulis, quæ ipſis competunt. Vitas quoque Sanctorum,præſertim humili eorum ſtatui convenientiores iiſdem legat, vitam JESU Chriſti, à S. Bonaventura ſcriptam, vitam B. MARIÆ Virginis, Beati Fundatoris. Inſpiret ipſis maximum devotionis ſpiritum, continuumque Orationis ſtudium, humilitatis profundæ virtutem, laboris aſſiduitatem, guſtum ad legendos pios libros, patientiam. Doceat eos, ut nihil ſine recta, actualique intentione faciant, ejuſdemque formulas condiſcant, per jaculatorios actus,quorum formulas ipſis tradat, mentem intra operandum quam ſæpiſſime ad Deum elevent. Perſuadeat ipſis ſtatum eorum, eſſe ſtatum laboris, humilitatis, & patientiæ; inobedientiæ, iræ, malorum verborum contra ſuos vel ſæculares horrorem ſummum ipſis incutere ſtudeat. Ad modeſtiam oculorum,& corporis, eos maximopere excitet atque ad ſervandum ſilentium, cujus ipſis naturam rectè explicet. Caſtitatis virtutem majorem in modum ipſis commendet, quamque cautè circa officia ſua cum fæminis ſit ipſis tractandum. Sobrietatem imprimis, nulla ſatis verborum vi iis inſpiret, atque ebrietatis horrorem. Diligentiam ſummam erga bonum commune & incontaminatam ſidelitatem in adminiſtratione diſpenſæ, cellarii, pecuniæ, prædiolorum & ſimilium, ipſis nunquam inculcare ceſſet. Paupertatis ſummum amorem iis inſtillet, munditiem præſertim in capillis, facie, manibus, veſtibus, calceamentis,palliis, exteriore, ac interiore habitu, in cubiculis, lectis, menſulis eorum, iis continuo commendet, & ut ad nitorem in paupertate ſer-

http://rcin.org.pl

ſervandum aſſueſiant, ſummopere invigilet, eandem munditiem & nitorem, ut in templo, curritoriis, officinis, aliisque locis omnibus, diligentiſſime conſervare ſtudeant. Punctualitatem ad ſigna communia ut exactiſſime cuſtodiant. Sacerdotes & Clericos, ut revereantur, rixasque omnes cum iis & inter ſe devitent, & ſi quæ patienda habuerint, vel tolerent, vel Superiori modeſtè deferant. Summa comitate & affabilitate, cum famulis ſæcularibus omnibus externis utantur, quorum familiaritates, & cum iis converſationes vehementer devitent. Mortificationum corporis ſtudium eſſe ſaluberrimum illis ſuadeat. Catechiſmum eos diligentiſſime doceat. Exempla præſertim de virtutibus & vitiis ad eos permovendos in promptu habeat. His doctrinis ſive ex libris, ſive oretenus eos ſingulis diebus mane & veſpere deſtinatis horis, diligentiſſime & laborioſiſſime imbuat.

108. Portulanus, quò ad fieri poteſt Profeſſus Fr. Operarius, uti & Sacriſta deſtinentur, ac P. Promagiſter curet ſi novitii fuerint, officiisque à doctrina Spirituali juſte avocarentur, eos aliis horis privatim inſtituere. Vehementer tamen inſtet, & invigilet, ut quo ad fieri poterit, doctrinis Spiritualibus ſemper adſint, etiam Operarii profeſſi quando poterunt. Quibus ſaltem invigilet, ut communes devotiones, non omittant, & ut vacantibus horis, libros ſpirituales legant, præſertim portulanus, qua in re ſummam rerum conſiſtere ſibi perſuaſum habeat, ut FF. Operarios ad legendos pro eorum ſtatu pios libellos, pro tota eorum vita aſſuefaciat, hoc enim unum ipſis ſupererit, in aliis domibus, Religioſi ſpiritus conſervandi remedium.

109. Statutum eſt toties ut FF. Operarii alicui artificio applicentur, ordinamus & nos præſentibus, ut in novitiatu, primum ad artem culinariam omnes accõmodentur: nimirum ut unus poſt alium novitius Operarius, ſingulis menſibus, omnino Fratri diſpenſatori adjungantur, videantque & diſcant rationem diſpenſandi & coquendi. Deinde qui cum aliqua arte mechanica, ut ſartoria, & ſutoria, ad nos acceſſerint, eaſdem artes in novitiatu excolant. Jlli verò qui nullam artem in ſæculo exercuerunt, ſi ſint inferioris extractionis, omnino ad artem ſutoriam vel ſartoriam applicentur: alii vero ad cellarium, ad panificium, ad mediaſtina in domo, circa ſtabulum, res prædiales, hortum & hujuſmodi officia accommodentur. Nam quoniam maxime ad œconomica circa domum, in prædiolis item & villis his egemus hominibus, ad œconomica imprimis, qui idonei eſſe viderentur, ſummopere applicandi ſunt, ſcilicet cura illis talium rerum domi committenda, non ut ipſi manibus ſuis hæc facere cogantur, ut ligna ſecent, vel hujusmodi, ſed ut famulos, ad talia ſervientes dirigant, inſtruant, iisque invigilent. Plurimum prodeſſet ſi certis recreationum horis, Pater eorum inſtitutor legat ipſis totum excellens opus Polonicum Hauri de œconomicis, quod illos & jucunde occuparet, & notitias ac animum illis ad œconomica adderet & Arithmeticam capaciores diſcerent.

110. Moneantur univerſi ſæpe ſæpius, nullo nos ab iis obſequio magis egere, quam in œconomicis, ſed ſi moribus; aut fidelitati ipſorum diffidatur, nunquam eos ad illa applicatum iri.

111.

http://rcin.org.pl

111. Defectus Operariorum ad œconomica facit ut etiam illos, qui arte aliqua excellere poſſunt, ad ea ex neceſſitate Superiores applicent; ſi tamen DEUS mediante meliore eorum educatione, plures dederit, ratio omnis ſuadet, ne ab artibus, quas profitentur, avellantur, quarum ſingulæ variis domibus poſſunt eſſe utiles.

112. Superiores contemptu aliquo, Operarios afficere majorem in modum caveant, neque eos verbis homine religioſo indignis, unquam tractent, qui illorũ, in laicos impetus, æque à P. Provinciali puniantur, quam in quoscunque alios. Sumus enim omnes æquales in Domino, & alii omnes religioſi noſtri meminerint, eos fratres omnino noſtros eſſe, ejusdem Matris filios, qui itaque ex Patribus, vel Clericis, exprobrationibus quibuscunque contumelioſis tractare auderet Fratres Operarios, irremiſſibiliter pœna accuſationis ſui, diſciplinæ, aliisque pro gravitate culpæ puniatur.

113. Operarii otioſi, contumaces, ebrioſi, indevoti, omnino è Novitiatu ejiciantur. Proprofeſſis in corrigibilibus ac ſummopere exceſſivis, pæna ſervilis Provincialibus Capitulis alias præſcripta, præſertim Capitulo Chełmenſis, ad executionem deducatur, aut indilatis monitoriis præcedentibus, climinentur.

114. Jn aliis domibus omnibus Rectores & Patres Spirituales curent, ut FF. Operarii, una ante meditationem ſerotinam hora, lectionem alicujus libri Spiritualis privatim, nullo die intermittant, eoſque poſt cænam, quid legerint aliquando interrogent, atque Superioribus monitis & doctrinis identidem & data quavis occaſione imbuant.

115. Poſt biennalem Novitiatum, in alias Domos Provincialis arbitrio deſtinentur.

116. De Tertiariis, Capituli Łovicienſis anni 1753 Statutum approbamus; quod eſt tale: ut antequam Tertiarii habitu noſtro induantur ſponſionem juratam præſtent de Caſtitate & Obedientia ſervanda, & de perſeverando in loco ubi in Tertiarios aſſumuntur, ſpatio totius anni in eam formam. Ego N. conſcientiosè me obligo in habitu & ſtatu Tertiariorum, quem ſponte & libere ſuſcipio, in hac Domo N. Religionis Scholarum Piarum Caſtitatem & Obedientiam ſervare, ac à loco non diſcedere, ſed in eo, anno integro perſeverare, ſic me DEUS adjuvet, & hæc Sancta Chriſti Paſſio. Et ita de anno in annum hujusmodi ſponſionem ſuam juratoriam, circa renovationem votorum in Paſchate ſeu alio tempore quo paſchalis votorum renovatio fiet, facere & renovare ſint obligati. Per hoc tamen non eſt intelligendum, quod non poſſit dimitti, & ab ea ſponſione jurata abſolvi ex juſta cauſa rationabili à tota Communitate capitulariter probanda quemadmodum abſque conſenſu capituli Domus ad Tertiariatum admitti non debent ſub admiſſionis nullitate, aliisque pænis arbitrio Provincialis adverſus admittentem, ad cujusvis delationem imponendis, quemadmodûm admitti non debent vagi, peregrinî, ignoti, & teſtimonium bonum aut recommendationem non habentes, & ante omnia de literis baptiſmi inveſtigatio fiat, ut ætatis eorum poſſit haberi notitia, non enim admitti debent niſi in matura ætate circa 30. annos, neque indecrepita annorum

http://rcin.org.pl

rum 60. admittantur inconſulto P. Provinciali. Hi verò Tertiarii ut otioſi non ſint, incumbet curæ Patrum Superiorum, ut in ſpiritu formentur, legant regulas novitiorum idiomate polonico, Vitas SS. polonicas, ſeu alias pias Lectiones ſacras, Catechiſmum etiam, & in arte Arithmeticæ exerceantur ac ad munia Operariorum ſolita applicentur.

## §. VII.

### *De Reclamantibus Profeſſionem.*

117. PAtribus Rectoribus, ac novitiorum Magiſtris majorem in modum, ſumma commendatur attentio, ne ante ætatem debitam, à Concilio Tridentino præſcriptam ad profeſſionem admittant, utque bene alia removere curent, quæ prætextum reclamationum dare poſſent. Inductionem, ſeductionem, coactionem, ſummopere examinent; cum videamus leves juvenes, his aliquando prætextibus uti & Congregationi inquietudinem ac ſcandala cauſare.

118 Itaque hoc in perpetuum inviolabiliter obſervandum authoritate Viſitationis Apoſtolicæ ſtatuimus, ut Novitius ante induitionem ſi vult, libere ſubſcribat ſequens documentum. Ego N. N. natus Parentibus N. & N. Diviniſſimi Spiritus inſtinctu ductus, poſtquam firmam voluntatem meam ac intentionem ingrediendi hanc ſacram Cōgregationē R.P.N. à S. N. aperuiſſem præſentatus R. P. N. à S. N. &c: præmiſſa matura deliberatione, ac conſideratione petii ſpontè, humiliter ac inſtanter admitti ad eandem. Obtentoque conſenſu veni Podolinium in hanc domum Probationis die N. Menſis N. Anno N. ubi die ſtatim ſequenti, vel die N. vocatus ſum ad examen Canonicum (quod etiam prius & in Collegio N. ſubieram) illudque libenter & cum debita reflexione ſubii coram officiosè congregatis RR. Patribus N. à S. N. N. à S. N. &c: à quibus primum interrogatus fui, de fine & intentione, qua id regularis vitæ genus elegerim, tum de fide, ætate, natalibus, baptiſmo, Parentūm conditione, moribus meis, litera tura & corporis valetudine, cæteriſque tam requiſitis & conditionibus ad hunc ſtatum ſuſcipiendum neceſſariis, quam impedimentis ab illo, prout in Conſtitutionibus continentur. Ad quæ omnia & ſingula, ſincerè, candidè, & veridicè reſpondi. Poſt hæc mox acceſſi ad præſtandum juramentum, de quo prævie ſerio fui præmonitus, prompteque & ſecurè cum debita DEI reverentia, tacto Sacro Evangelio & pectore meo juravi, ita ſe omnia habere uti in hoc examine reſpondi. Quæ omnia, & modo dum hæc ſcribo ſanus mente & corpore recognoſco, & ex conſcientia affirmo, ac indubitata eſſe profiteor.

Inſuper cum P. Magiſter mihi explicuiſſet, quid ſit inductio, ſedu-

ctio, & coactio, cumque hæc bene intellexiſſem & cum me interrogaſſet, utrum ab aliquo inductus, ſeductus, aut coactus non fuerim, ut Congregationem Scholarum Piarum ingrederer, reſpondi, me, nec inductum, nec ſeductum, nec coactũ fuiſſe: item reſpondi, quod vocatio ad hunc ſtatum mihi venerit tali vel tali modo: nimirum (hic exprimet novitius prout ipſi libuerit) item reſpondi me ſponte, & libere, poſt multas cogitationes, ac devotiones hoc fine factas ſerviendi DEO, & ſalutis æternæ deſiderio ſtatum hunc amplecti, mihique placuiſſe Inſtitutum Scholarum docendarum, & vel quid ſimile. Item reſpondi &c: &c: (aliæ circumſtantiæ vocationis exprimentur) quod & nunc DEI Nomine invocato, me non mentiri, imò ſinceram veritatem dicere aſſevero. Cumque mihi libertas omnis à P. Magiſtro relicta eſſet, hæc omnia ſupradicta, dandi in ſcripto, & ſubſcribendi iſtud de rei veritate documentum, poſt deliberationem tot vel tot dierum, præſens animi mei de ſupradictis teſtimonium, manu mea ſcripſi, & ſubſcripſi die N. Anno N. *Qui nolit ſubſcribere non cogatur.*

119. Hoc documentum idem quilibet Novitius pridie ante profeſſionem votorum ſubſcribat, ſi vult, his duntaxat verbis: Idem quod ſupra legi, conſideravi, & ſerio perpendi, ac iterum ſponte & libere poſt biennalem novitiatum abſolutum, DEI Nomine invocato, ſubſcribo & aſſevero die N. Menſe N Anno N.

120. Hæc documenta non in chartis ſeparatis, ſed in libro ſeparato, ad id facto ſcribantur, & ſubſcribantur, ſingulis una pagina relicta. Sit verò præterea, & aliud exemplar ſeu copia ejuſdem documenti, in folio volante, manu Novitii ſeu noviter profeſſi ſcripta ut in caſu neceſſitatis transmitti poſſit.

121. Jam obſervatio duntaxat Bullæ de Reclamantibus noviſſimæ Benedicti XIV. 1747. 4. Mart. quæ incipit: *Si datam* emanatæ, exacta cõmendatur.

122. Si vero reclamantes ad cor redierint, ne amplius ullam viam tentationi, prætextumque inconſtantiæ relinquant, non ordinaria formula & tempore, ſed ſequenti profeſſionem renovent, mox cum ſe à reclamando recedere declararunt, interjecto aliquot dierum ſpatio recolligendi animi. Ego N. in præſentia DEI Omnipotentis, fateor attentaſſe me profeſſionis meæ ſolennis revocationem ſed cum diu deliberaſſem, mecumque quid facerem ſerio recogitaſſem, DEUMque ut me illuminaret ac dirigeret, ferventer oraſſem, rationibus de validitate profeſſionis meæ, Divino auxilio in intellectu convictus, tandem cauſas omnes, & quaſcunque rationes pro reclamanda profeſſione à me ac luctas, & quas adducere cogitavi à maligno tentatore ſuggeſtas, nullasque eſſe agnovi, ſeu qualeſcunque demum fuerint ab iis ſponte & deliberate, ac ab omni judicio, & quibuscunque hunc in finem cæptis recedo, & in perpetuum, me ab iis deſtiturum ſancte ſpondeo, declaro & promitto, atque me votis ſolennibus, quæ ſemel emiſi, ad mortem teneri & obligari ſana mente & corpore, coram DEO & Te Patre N. locum P. Noſtri Generalis tenente, Vobisque Patribus præſentibus Communitatis domus huius N. ſponte & ultro agnoſco & aſſevero, veniamque contra factorum vel dictorum, à DEO & à vobis humillimè peto, ejuſque nunc, anno ætatis meæ N. currente, ſum

DEI

http://rcin.org.pl

DEI gratia animi ſinceræque voluntatis, ut ſi etiam aliquis fortaſſis defectus in mea prima votorum profeſſione fuiſſet, eum præſenti actu meo voluntario & rationabili, omni meliori modo ſuppleo. Profeſſionem votorum meorum ex toto corde & mente liberè ita renovo, ut ſi illam nunc primum, DEO Omnipotenti Ordini noſtro, meisque Superioribus facerem, ſic me DEUS adjuvet & ſancta Chriſti Paſſio.

123. Hanc profeſſionem ita renovatam, Clericus, ſive Sacerdos, ſua manu perſcribat & ſubſcribat, atque Rector Domûs & Secretarius eandem manibus ſuis atteſtentur, & ſigillo domus communiant. Originalia ſint duo, unum in archivo domus, alterum P. Provinciali mittatur ad archivum Provinciæ. Si autem in actis externis, vel noſtris, jam aliquem talis Religioſus paſſum fecerit, ab eo in iiſdem actis authentice recedat, ante prædictam renovationem profeſſionis.

124. Si verò quis poſtea, ita profeſſionem renovanti exprobrare auſus fuerit, graviter arbitrio Superiorum puniatur, offenſumque publicè tempore Capituli Culparum deprecetur.

125. Quam diu verò lis pendet, obedientiæ ſubeſſe, in domo noſtra morari debere, alias ut Apoſtatas, capi oportere, à Scholis tamen & Officiis abſolvi declarantur, moxque exercitia Spiritualia abſolvant, antequam quidquam agere incipiant.

126. De minantibus verò reclamationem, ſervetur Capitulum Generale Anni 1712. nimirum Menſe & amplius recollectiones faciant: Jlli verò qui ſuccubuerint, juſtitiæ, arbitrio, & prudentiæ Superiorum relinquuntur. Qui decretum caſſandæ profeſſionis obtinuerint, pro victu & educatione, ut prius quam dimittantur, ſolvant, noſtri, qui nomine religionis in judicio cum iis agent, curabunt.

# §. VIII.

## *De Proroganda Profeſſione.*

127. DIplomate Summi Pontificis BENEDICTI XIV. quod incipit: *Cum alias nos per quasdam noſtras &c: Anno* 1754. *die* 15. *Februarii,* pro confirmandis Ordinationibus Viſitationis Apoſtolicæ conceſſo & edito, ac ad calcem harum omnium Ordinationum annotato, prorogatio Profeſſionis in Novitiatu noſtræ Provinciæ conceſſa & permiſſa eſt his verbis: *Sit in facultate Provincialis ejusque Aſſiſtentium ac Conſultorum, prævio tamen ſcitu & conſenſu P. Generalis pro tempore, differre ſolennem profeſſionē alicui Novitio, ſive Clerico, ſive Operario, poſt expletum Novitiatus biennium, ſi majori experimento eum indigere judicaverit, etiam extra Novitiatum; emiſſis interim ab eodem Novitio votis ſimplicibus,*

*abſque eo, quod iterare debeat formalem Novitiatum ad vota ſolennia.* Patet proinde quod ſi Novitius aliquis biennio probatus, ingenii aliarumque utilitatum cauſa Inſtituto noſtro aptus, aliunde verò bonas dotes æquiparantibus vitiis dimittendus eſſe, judicio imprimis P. Rectoris, Magiſtri, ac Promagiſtri Novitiorum videretur, conceſſum nobis eſſe, ut præmonito per P. Provincialem, & conſentiente Patre Generali, talis Novitius abſoluto biennio ad vota ſolennia nondum admittatur, ſed duntaxat ſimplicia, ad certum tempus annosque aliquot, ad arbitrium Superiorum emittat: ac deinde certa ſpe emendationis, ac conſtantiæ ipſius habita, eo quo ſuperioribus videbitur anno, exercitiis Spiritualibus in quacunque Domo præmiſſis, ad vota ſolennia admittatur; vel ſi admittendus non judicaretur, quocunque tempore cum conſenſu duntaxat Patris Generalis ex Ordine dimittatur 3, 4, 5, 6, vel 7. vel ulteriore à Profeſſione anno. Quod damnũ tolerabilius eſt, quam hominem Congregationi gravem totâ vitâ tolerare.

128. Nequaquam igitur generatim pro omnibus, ſed duntaxat aliquando pro aliquibus Novitiis Privilegium hoc inſervire per ſe liquet, quamobrem eo inter complures Novitios nec omnibus annis, nec niſi in evidenti neceſſitate & utilitate cum aliquibus utendum eſt.

129 Profeſſio votorum ſimplicium, a votis ſolennibus verbis & cæremoniis nihil differt: ſed duntaxat præmonendus eſt talis Novitius de intentione Congregationis, quod illum ea conditione ad vota ſimplicia emittenda admittit, ut ſibi libertatem relinquat, ejus, ſi malus ineptusque fuerit, uſque eo dimittendi, donec vota ſolennia abſque tali ex parte Congregationis conditione, emittat. Præmonendus item eſt novitius vota ſimplicia profitens, quod ſua ex parte Deo ille mentiri non poſſit, & quod ille ſua ex parte pro tota vita ſe Deo obliget; quod in Congregatione noſtra votis ita obligatur, teneturque ut cæteri omnes, ſolennia vota profeſſi: quod denique ſua ex parte, vota ſimplicia ſincere coram Deo emiſſa invalida reddere non poſſit, niſi communibus, quo ad alia omnia vota cauſis; paucis, quod perſeverare teneatur: Videatur amplior hac de re informatio in libro Archivi Domus Podolinenſis Anno 1742. eo fine confecto.

130. Si Novitius admodum dubiæ apud nos ſpei, hac conditione profiteri nollet, ſuaviter perſuadeatur, ſi abſolute nollet, dimittatur. Novitii hac conditione Profeſſi, quovis tempore abſque ulla alia formalitate, cum conſenſu duntaxat ut dictum Patris Generalis, à Patre Provinciali cum ejus Congregatione privatim taciteque dimitti poſſunt, omnino tamen juſtis ex cauſis. Declaratur eos qui vota ſimplicia emitterent, locum induitionis ſi non dimittuntur, ſemper habituros. Præmonetur id quoque quod etiamſi Novitius, pluralitatem ſuffragiorum à Patribus in Domo Probationis manentibus in quocunque etiam ultimo ſcrutinio haberet, tamen ſi ad repræſentationem P. Rectoris & Magiſtri Novitiorum Provinciali videretur ejusque Congregationi, Profeſſio ejus votorum ſolennium prorogari poſſit, mediantibus votis ſimplicibus. Jta de indole nonnullorum valde dubia Provincia noſtra melius longiore tempore edocebitur, & rarius ſaltem ſeducetur.

131.

http://rcin.org.pl

131. Denique hoc loco adjungitur decretum & ſtatutum Capituli Provincialis Loviciensis Anno 1753. ſub præſidentia & Auctoritate Viſitationis Noſtræ Apoſtolicæ celebrati: *Priores induitione, ubique præcedant: & prioritas induitionis prioritate Profeſſionis poſthabita, in omnibus caſibus pro præcedentia attendatur: non modo juxta Statutum Capituli Generalis 1718 ſed etiam juxta noviſſimum Decretum Benedicti XIV. Papæ, ſub data Romæ die 6 Decembris, 1745. idque pro lege perpetua habeatur.* Adeoque cum P. Carolus Generalis literis ſuis Romæ 15. Novembris Anno 1681. datis, (quarum originale exemplar in Archivo Provinciæ extat) clare ſcripſerit: *ultra Montanæ Provinciæ, non ligantur acceptare Novitios decimo quinto ætatis Anno completo, quo ad Clericos, & vigeſimo, quo ad FF. Operarios, ſed ſatis erit, ſi ætate à Concilio Tridentino ſtatuta edatur Profeſſio:* proinde nullum amplius dubium movendum eſt, quo ad locum præcedendi ſuper ætate qua quis habitu noſtro indutus fuerit.

## §. IX.

## *De Incorrigibilibus.*

132. Bullæ & Canones ſatis præſcripſerunt modum agendi cum incorrigibilibus, quod tamen, cum incredibili Provinciæ Ordinisque Noſtri onere, damno, & dedecore, diu nos aliqui affligant, taleſque augeantur, & tandem etiam vere incorrigibiles ad exitum vitæ tolerentur, Noſtri magiſtratus omnino in cauſa ſunt, eorum culpa eſt, de iis Provincia juſte conquerendi legitimam habet rationem. Dilatio enim & procraſtinatio, non ob miſericordiam, ſed ob negligentiam vel imprudentiam graduum, cum incorrigibilibus præſcriptorum, unica cauſa eſt, quod iis quamvis cum omni juſtitia poſſet, Congregatio noſtra, non liberetur. Ordinamus itaque ſancte & inviolabiliter in perpetuum, ut à Juventute ſtatim, primo enormi crimine paterne emendato, vel punito, ſi quicunque cujuscunque ætatis, ac annorum in ordine ſit, in aliud idemque crimen relabitur, pænæ irremiſſibiliter primum ad ejectionem monitorium adjungatur. Tertio relabenti, irremiſſibiliter ſecundum monitorium. Quarto relabenti præſcripta Pontificiis legibus, pæna carceris dimidii omnino anni, & tertium irremiſſibiliter monitorium detur. Jn relabentem quinto, Judicium ut moris eſt convocetur, & decretum ejectionis ſervatis ſervandis feratur, & Patri Generali ut moris eſt mittatur pro approbatione. Poſt quod ſi adhuc Provincialis cum ſua Congregatione judicat, ter ita monitum, & ſententia lata, jam ex Ordine ejectum, ſpe emendationis retinere, retineatur, aut dimittatur. Sed ſexto relabens, abſque ullo alio proceſſu, judicio, ſententia, à P. Provinciali, dimitti ſervatis ſervandis jubeatur; aut Provincialis ſi dimittere neglexerit, Judicibus in Capitulo Provinciali ſtrictam rationem reddat. Crimina vero huic modo agendi obnoxia ſunt maxime: ebrietas ſcandaloſa,

http://rcin.org.pl

dalosa, & lapſus carnis, atque alia gravem infamiam poſt ſe trahentia.

133. Tam vero prima correctio quam cæteræ omnes pœnæ, monitoria, gradusque, diligenter ac exactè in libro decretorum & matriculæ notentur. Nullumque penitus ſub gravi negligentiæ culpa, à Provinciali ejusque Secretario non inſcriptum omittatur, ut facile Provincialibus ſibi ſuccedentibus pateat, qui ejusmodi incorrigibilium, in quo gradu incorrigibilitatis exiſtant.

134. De primo crimine declaratur, non eſſe illud crimen primum, quod cum primo Superioribus revelatur, ſed ſi duo, tria, vel plura ejuſdem ſpeciei vel ſpeciei diverſæ, ſed gravis, crimina ſimul, primoque ſimul revelantur; eo caſu Provincialis, etiam prima vice, ad primum monitorium, pro ejectione accedat. De his omnibus ritè exequendis, Patrum Provincialium, ejuſque Congregationis ac PP. Rectorum omnium conſcientia ſummopere obligatur.

135. Sunt præterea quædam vitioſæ, ſunt & tales in Provincia Perſonæ, quæ nulli ſunt uſui, & duntaxat ſunt Communitatum onera, in officiis, aut infideles, aut pro iis inepti, quibus nihil tuto committi poſſit: Provincialis prudentiæ & charitatis intereſt, non pluribus talibus domum onerare eandem, ſed ad plurimum uno vel duobus: Qui (ut S. Saleſius ſcribit) magis demonſtrent Superiorum prudentiam & charitatem, quæ in ſolis bonis regendis, non ſatis elucet. Hos enim virtus ipſa regit, ſed in arte malos gubernandi, longe perfectius prudentia & bonitas Superioris eluceſcit. Hos tales, Rectores nunquam domo exire permittant, niſi in ſumma, evidenti, ac omnino indiſpenſabili neceſſitate, & quibus poſſint modis, ac obſequiis eos domi occupatos tenere ſatagant. Denique ſaltem eos cubiculum cuſtodire, ne externis ſint ſcandalo ac domeſticis majori oneri, & inquietudini continuo jubeant. Modis interea omnibus, ſeveritatem benignitati miſcendo, eos coercere ac continere ſtudeant.

## §. X.

# ORDINATIONES

## Profeſſorii: & Rhetorici, Philoſophici, ac Theologici, Studiorum.

### *De ijs quæ Generatim Profeſſoria concernunt.*

136. PRofeſſorium ſolido trium Annorum ſpatio poſt abſolutum mox biennalis Probationis tempus durabit, ut ſuperius parte prima dictum, quod ita continuetur, ut ab eo P. Provincialis cum ſua Congregatione auctoritas neminem eximere unquam poſſit, ſed Novitii noviter profeſſi mox à vacationibus ad

illud

http://rcin.org.pl

illud transferantur. Jntelligitur de illis duntaxat qui ad quascunque Scholas docendas applicabuntur juxta Profeſſionem Inſtituti. Videatur *Partis primæ*, § *VI. à numero* 168. Nam qui ſenes Congregationem ingrederentur, aut qui ætate provectiores & ſimul verè benè fundati in ſcientiis ante aſſumptum habitum noſtrum, moribusque omnino graves reperirentur, aut denique qui penitus ad humaniora cōdiſcenda & Philoſophiam re vera inepti viderentur, Provincialis cum ejus Congregatione judicio ſubſit, ne locum fruſtra in ſtudiis occupent.

137. Profeſſorii finem duplicem eſſe liquet: & ut noviter profeſſi, in Spiritu ac virtute conſerventur, foveantur ac confirmentur, & ut humaniora Studia, Philoſophiam atque alia, quæ docturi ſunt, ipſi condiſcant.

138 Domos noſtras Reſſovienſem & Jnteramnenſem pro ſtudiis ejusmodi humaniorum ac Philoſophiæ, ſimulque pro Profeſſoriis deſtinamus: niſi forte Provinciæ aliquando ad majorem commoditatem alias ad id deligere viſum fuerit. Ex his vero duabus domibus, tam ſtudiis humaniorum, quam Philoſophicis deſignare, Provincialis cum ejus Congregatione judicio ſubſit Ob difficilem tamen librorum transportationem expedit, ut ſemper in eadem domo idem ſtudium noſtrorum juvenum perſeveret.

139 Si tamen tanta copia alumnorum Philoſophiæ adeſſet, ut iis ſuſtentādis domus Jnteramnenſis non eſſet, cum ii qui primo anno primas Philoſophiæ partes audierunt, ſecundo anno ad Phyſicen promovendi ſint, & alii mox pro incipienda Philoſophia quovis anno novi ſubintrare debeant: proinde, ſi PP. Provinciales judicarint, ſecundi anni Philoſophos Jnteramna, Cheſmam, vel Varęzum, vel alio transportare poterunt cum ſuo Profeſſore, & alio P, Spirituali: Ordinationesque præſentes intelligantur reſpective pertinere etiam ad aliam quamcunque Profeſſorii Domum, Ordine temporis ſi neceſſe fuerit pro Domus neceſſitate per P. Provincialem forte nonnihil immutato.

140. Jn his verò domibus Provinciales Rectoresque harum Domorum, imprimis & ante omnia curent, ut pars ſuperior domus pro Profeſſorio deſtinata, undequaque commoda, & ita occluſa ſeparataque ſit, ut aliunde nulla Communicatio ad eam reliquæ Communitati, ſive quibuscunque aliis relinquatur, niſi per portam ad dictum Profeſſorium clauſam, & cuſtodiendam ſemper à Profeſſorii Cuſtode. Cubicula pro P. Spirituali, ejusque adjuncto, pro Profeſſoribus ad Profeſſorium deſtinatis, ita commode diſtributa ſint, ut inſpectionem ac vigilantiam eorum, ipſo loci ſitu, juvare poſſint. Aulæ pro Schola ſtudiisque communibus commodæ capacesque ſint, cubicula pro juvenibus commoda, & ſi fieri poteſt, quod valde optandum eſt, ſingula pro ſingulis, in quibus tamen ſaltem nunquam penitus, plus binis maneant, niſi forte in majoribus cubiculis ſeparationes commodæ, ut in novitiatu Podolinenſi dari poſſent. Feneſtrulæ vitro clauſæ in ipſis portarum tabulis ad Juvenum noſtrorum cubicula aperiantur. Loca communia pro hac parte, domûs ſint ſemper ſeparata. Locus pro recreationibus, tam domi, quam in horto pro Profeſſorio ſeparatus. His fabricæ conditionibus ad Profeſſorium neceſſariis Rectores ac Provinciales ſummopere invigilent.



http://rcin.org.pl

141. Provinciæ jam univerſæ ac Provincialium maximopere intereſt, ut bonos Profeſſores ac Magiſtros, peridoneum Patrem Spiritualem, ejusque adjunctum, ac Rectores virtute ſpectatos, optimi exempli, boni communis amantiſſimos, prudentesque, ſicubi certè ad Profeſſorium deſtinent, qui omnes & religioſis moribus omnino præditi, probatique ſint, & qui docere debent, ipſi ſingulari eruditione polleant. Pro PP. Spiritualibus, Ex-Provinciales, Ex-Rectores, Ex Aſſiſtentes, vel qui Magiſtri Novitiorum fuerint, aliive Viri graviſſimi, vigilantiſſimi, & laborioſiſſimi, deligendi ſunt. Profeſſores qui præter rerum, quas docturi ſunt, ſcientiam ac experientiam, linguam Græcam, aut Germanicam aut Gallicam calleant.

142. Pro humanioribus ſtudiis Noſtrorum unus Profeſſor, pro aliis tamen lectionibus, ut infra, aliquis vir eruditus, illi ſemper adjungendus erit, qui etiam adjuncti Patris Spiritualis munere fungi poterit. Sed pro Philoſophia omnino duo Profeſſores dari debent. Nam ſupponitur biennio Novitiatus, Juvenes noſtros aliquid jam in humanioribus profeciſſe, unde in Profeſſorio pro eodem humaniorum Studio, annus unus ſufficit. Jam verò cum ſingulis annis aliqua pars numerusque noſtrorum Clericorum ſtudia humanitatis abſolvent, moxque ad Philoſophiam applicandi ſint, evidenter patet, alium Profeſſorem eſſe debere pro Logica, Metaphiſica, & Ethica, pro uno anno, quem incipientes Philoſophiam audiant alium pro altero anno, qui Philoſophos anni ſecundi doceat.

143. Præterea cum tot lectiones aliæ, ut infra patebit, noſtris juvenibus tradendæ ſint, ad quas vires unius tradendas nullomodo ſufficient, quis enim unus horis ſex vel pluribus quotidie in Schola declamando ſufficere queat. Hinc proinde magis etiam patet neceſſitas, quam omnino tam Philoſophiæ, quam ut dictum eſt, humaniorum Profeſſoribus, alii adjungendi ſunt, qui tot docendi ac lectionum diverſis horis dandarum officia adimplere poſſint.

144. Studium linguæ Gallicæ pro intelligentia optimorum in hac lingua librorum (ut olim Romanis Græcæ) perneceſſarium eſt Studium itaque, culturamque hujus linguæ annô primô, ſecundô & tertiô Profeſſorii, perpetuo adjungimus, ac ordinamus, ut ſemper Magiſter linguæ Gallicæ à Rectoribus Profeſſorii teneatur, aut unus è noſtris, aut verò, quod etiam longè utilius eſt, Magiſter ſæcularis, probè linguam hanc callens conducatur, cum res hæc neque ſit factu impoſſibilis, non plurimique conſtet, neque bonum totius Provinciæ negligendum ſit, cum procurari poteſt. Majusque longè Provinciæ detrimentum eſſet, hoc inſigni eruditionis ſubſidio, eandem privari, quam quæcunque incommoda, aut expenſæ, quæ leves eſſent, quæ poſſit Rector cauſari.

145. Linguæ quoque Græcæ notitia Scholis Piis maximè neceſſaria eſt, cũ in florentiſſimis omni eruditione nationibus, vix inter doctos, hujus linguæ ignari computentur, quamobrem ſtudium hujus linguæ biennale Philoſophiæ ſtudio in perpetuum adjungimus ordinamusque, ut ejuſdem Profeſſor in Domo Profeſſorii, in qua Philoſophia traditur, conſervetur, qui præter linguam hanc, alia quoque



http://rcin.org.pl

ex infraſcriptis, quæ jubebitur, tradere poterit. Jtaque in Studio Philoſophico duo ſemper ſint Profeſſores, unus Philoſophiæ 1mi Anni, alter Philoſophiæ 2di Anni, 3tius ut mox dictum item vir aliquis doctus cum fieri poterit, qui diverſas quoque alias Lectiones ex infra ponendis inter ſe partientur Ut autem linguæ Græcæ præceptores non deſint, ordinamus & ſtatuimus, ut illi, qui ad exteras Nationes Studiorum cauſa mitti ſolent, omnino imprimis ad linguam Græcam condiſcendam ſe ſe applicent, nec ſine hoc Provinciæ commodo revertantur.

146. Cæterum, quod ipſa rerum natura, ac ratio dictat, cum nullomodo fieri poſſit, ut Diſcipuli & multa & neceſſaria, & utilia bene doceantur, abſque bonis Magiſtris, eorumque competente numero, palam eſt abſque Profeſſoribus ſuperiùs dictis, ſtudia tam diverſarum optimarumque rerum in Profeſſoriis Provinciam habere non poſſe, quare & illa in ſuis Capitulis, & Provinciales ſemper attendent, ut competens Profeſſorum bonorum numerus ad has domos provideatur, ſecluſo ab iiſdem aliarum perſonarum minus neceſſariarum numero.

147. Patrum Spiritualium auctoritatem, ſuper iis, qui curæ & educationi eorum commiſſi ſunt, à Magiſtro Novitiorum fere nomine duntaxat differre, non re, & ratio muneris eorum, & juſta neceſſitas arguit: Proinde quæ de Magiſtris Novitiorum præſcripta ſunt, iis, quo ad directionem juvenum, reſpective accommodanda ſunt, & à Superioribus Profeſſoriorum manutenenda. Quare Rectores, exercere officium ſuum ſinant P Spiritualem, nec illud immediate exerceant, ſed recte invigilent, ne ille ſuo deſit officio. Per P. Spiritualem moneant & corrigant, niſi quæ immediata per Rectorē correctione abſolute egerent. Patris Spiritualis authoritatem omnimodis ſuſtineant.

148. Jurisdictioni Patris Spiritualis Sacerdotes ſi qui eſſent ſtudentes, æque ut Clerici ſubſunt, unde ſi vel illorum, vel Clericorum aliquis contra regulas & Ordinationes Profeſſorii aliquid committeret, Pater Spiritualis in coercendis ſuo jure utatur. Si gravius tamen aliquis mortificandus eſſet, ſine Rectoris ſcitu & cōſenſu id non fiat. Si Rector condonandam mortificationem à P. Spirituali impoſitam judicaverit, id pro prudentia per P. Spiritualem faciet. Evocando è Profeſſorio aliquem è juvenibus, ad P. Spiritualem mittet, ut ſciat qui extra profeſſorium egreditur. P. Spiritualis in his omnibus primum debitæ ſemper erga Superiorem obſervantiæ & ſubmiſſionis dabit exemplum.

149. Confeſſarii præter P Spiritualem & adjunctum, & Profeſſorem, ſi Patri Spirituali videtur; alii quoque extraordinarii pro juvenibus noſtris qui eos qui voluerint quater in anno confeſſiones audiant, à P. Provinciali deſtinabuntur.

150. Jam Patribus Rectoribus, ſicubi, certe non minoribus rationibus in Profeſſoriis paterna & continua omnino cura circa neceſſitates in veſtitu ſtatui noſtro competente exteriore & interiore, linea ſupellectili, lectis, in victu & rebus ad ſanitatem pertinentibus, in recreationibus & refocillationibus juventuti neceſſariis, in calefactione, candelis, papyro, atramento, & ſimilibus providendis, maximum in modum commendatur Patres ſe Parentumque loco eſſe, cōmiſſæ ſibi juventutis meminerint, quibus religioſi noſtri juvenes quæ ſibi videbuntur, omnino

neceſſaria, filiali cum fiducia deferant. Patres Spirituales eorum neceſſitates Superioribus præſentent, pro iis inſtent, ſedulo diligenterque promoveant, quibus non gravatim PP. Superiores remedium mox afferre curent: qua tamen in re religioſi juvenes paupertatem ſe profeſſos meminerint.

151. Jam cum hæ Profeſſoriorum domus ſingularibus pro illarum regimine obſervationibus indigeant, tam itaque tot Pontificiis legibus, regulis Noſtris, ac Capitulorum generalium ac Provincialium ſtatutis, quam ante annos aliquot pro Profeſſoriis & Studiis noſtrorum humanioribus & Philoſophicis præſcriptæ fuerant ordinationes certæ, 1. ad diſciplinam morum. 2. ad ordinem temporis in utroque Studio. 3 ad rationem Studiorum tradendorum, tam humaniorum quam Philoſophiæ. 4. ad vigilantiam ſuper noſtris juvenibus eorum, ad quos ſpectat, perquam conſentaneæ, eæque perutiles. Has jam nos quoque pro ſtudio Philoſophico Jnteramnenſi, ac Rhetorico Reſſovienſi à nobis adoptatas & confirmatas hoc loci inſerendas eſſe duximus, ac inſerimus, eaſque in perpetuum Auctoritate Viſitationis Noſtræ Apoſtolicæ iterum approbamus ac confirmamus, & pro perenni Profeſſoriorum regula & lege præſcribimus. Jta quidem, ut perpetuò ac inviolabiliter in dictis Profeſſoriis, eorumque ſtudiis obſerventur. Atque ea quæ fortaſſe Provlibus cum tempore viriſque gravibus & prudentibus, huic noſtræ Ordinationi causâ melioris boni, addenda videbuntur, non niſi cũ conſenſu Congregationis Provlis addi poſſint. Singuli verò Provinciales, Ordinationes has in Actis Viſitationis Noſtræ contentas, literis ſuis ad Rectorem Profeſſorii dandis, in principio cujuslibet anni Scholaſtici, Menſe Septembri, tam in ſtudio Rhetorico, quam Philoſophico, publice in Refectorio poſt menſam, recreationum tempore, omnibus cum Patre Rectore Patribus & noſtris ſtudentibus præſentibus, legi, deinde ſingulis tribus menſibus, primo die Veneris Menſis non impedito, vel altero ſequente, Noſtris Studentibus in eorum Aula per Patrem Spiritualem perlegi faciant & jubeant, ſub pæna in negligentes officium ſuum: omnia ſcilicet ſequentia, 1. quæ ad mores, 2. quæ reſpectivè ad rationem ſtudiorum, 3. quæ ad ordinem temporis, 4. quæ ad vigilantiam in Profeſſorio adhibendam pertinent. Jta quidem, ut in ſtudio Rhetorico, ratio ſtudiorum pro Philoſophis & ordo temporis pro iiſdem: in ſtudio vero Philoſophico, ratio ſtudiorum pro humaniorum alumnis & pro iiſdem ordo temporis, ex infra ſcriptis legendo omittantur, cætera omnia quæ ſequuntur, legantur. Si verò Provinciales ipſi utile ac neceſſarium aliquid Ordinationibus his noſtris adjungendum judicarent, id in ſeparatis eorum ad Rectorem & communitatem literis faciant. Sequitur itaque primò noſtra

## §. XI.

### *Ordinatio circa diſciplinam regularem in Profeſſoriis pro Studiis Humaniorum & Philoſophico.*

152. EXperientia perpetua, evidentius etiam, quàm omnium Sapientum dicta

&

& teſtimonia, docet, univerſam cujuscunque reipublicæ parvæ ac magnæ felicitatem in his duobus conſiſtere, videlicet in regentium prudentia, & diligenti juventutis educatione; Abſque hac enim, etiam optima & ad virtutem a natura formata adoleſcentium indoles, facile deſtruitur, ac depravatur. Bona autem educatio etiam inſita quædam in natura vitia corrigere ac emendare ſolet. Juvenibus quidem eorum, qui iis præſunt exacta diligentia, nonnihil præſertim in principio, gravis eſſe videtur, ſed ſi ingenui, ſi prudentes, ſi boni, morigerique ſint, facile ſibi perſuadent, neceſſario ita eorum rebus invigilandum eſſe, continuâ cuſtodiâ ac gubernantium vigilantiâ ſe egere, bono commodoque ſuo hæc fieri, inde reliquũ vitæ eorum curſum, inde ſalutem pendere. Præſertim autem, uti in cunctis Religioſis Ordinibus, ita in noſtra Congregatione par eſt ut Juvenes noſtri, id ita omnino perſvaſum ſibi habeant, ſolo ſalutis eorum amore, ſola boni & profectûs eorum cauſa, quæ à nobis hoc loci ſtabiliuntur, ſtabiliri, quæque ab illis perfecta obedientia, atque exactiſſimè ut decet, obſervari debebunt. Examinent hæc & rem ſuam agi, eorum dumtaxat bonum à nobis quæri facile intelligent: dulces ipſis videbuntur animadverſiones ipſæ, & correptiones ab illis, a quibus regantur paternæ, ſine quarum ſtimulo virtus aliquando ipſa langueſcere ſolet. Quanquam, ſi aliquis tantum vili pœnæ metu coercetur, ille conſtanter eſſe bonus nullo modo poteſt, abjectiſſimæ eſt indolis, & quoddam mancipium, locoque inter liberos (ut eos ſcriptura Sacra appellat) Dei filios, omnino indignus. Amor Dei imprimis & ſalutis æternæ cura, conſcientia propria, pulchritudo virtutis, honeſtatis decus, vitæ tranquillæ & quoad in hoc mundo fieri optarique poteſt, beatæ deſiderium, proprii honoris ratio, Ordinis quem profitemur ornandi commendandique ſtudiũ, gratus erga Patriam Provinciamque animus, bonum nomen & fama tam ſua, quam Communitatis, in qua vivimus: Hæ ſunt illæ veræ efficacesque cauſæ, & ingenuis hominibus ac Adoleſcentibus dignæ, ob quas ſi boni obſervantesque præceptorum eſſe velint, erunt non ad humanos regentium oculos, non exterius, ſed re vera probi, boni, juſtique. Hac ſola cuivis innatæ ingenuitatis ac bonæ religioſæque ſpe indolis fulti, ſequentia humaniorum ac Philoſophiæ ſtudentibus præſcribimus, ac maxima, qua poſſumus ſolicitudine & cura in Domino commendamus.

153. I. Ordinem temporis à nobis præſcriptum, & in ſeparatæ chartæ folio, loco commodo, à Patribus Rectoribus exponendum diligentiſſime obſervabunt.

154. II. Ob humaniorum vel Philoſophiæ ſtudium, ſeu quodcunque aliud nullomodo à communibus præſertim pietatis officiis ac Orationibus abſint; diebus ex more pro Communione fixis, quas nunquam omittent, ſemper omnes Clerici meditationis tempore ſuas Confeſſiones abſolvant.

155. III. Modeſtiam & ſilentium, quod ſuis locis & temporibus in tacendo, alias maxime in modeſta ſubmiſſaque voce, cum loquendum eſt conſiſtit, conſervent, à clamoribus omnique ſtrepitu in Curritoriis, Refectorio, Sacrario, cubiculis abſtineant, ut religioſa domus ſit omnibus domus pacis & quietis, in ea habitantibus.



http://rcin.org.pl

156. IV. Regula de non ingrediendo alterius cubiculum, ſacroſanctè ſemper obſervetur; æque condiſcipulorum, atque Patrum aliorum, & quævis alia cubicula ac Officinas nullomodo & ſub nullo prætextu ingrediantur, præterquam Superiorum, Patris Spiritualis & Patris Profeſſoris, adeò ut ſi quis quacunque ex cauſa cubiculum alienum ingreſſus fuerit, mox juſſu P. Rectoris, ſeu P. Vice Rectoris, ſive P. Spiritualis diſciplinam ante cubiculi fores, quod altera vel tertia vice ingreſſus fuerit, faciat. Quodſi perſeveraverit, etiam gravius Superioris arbitrio puniatur. Si vero legitimam quis cauſam habuerit alienum adeundi cubiculum, ut ad ægrotum inviſendum, vel ſimilem, licentiam à P. Spirituali, vel in ejus abſentia ab ejus ſubſtituto, vel in hujus abſentia à P. Profeſſore accipiat. Si quis verò poſt benedictionem nocturnam cubiculum alienum ingreſſus fuerit, ter diſciplinam ante cubiculum, quod ingreſſus fuerit, faciat. Jn portis ac veſtibulis cellarum, nullomodo unus cum alio loquatur. Hac ſola ratione otio & multis malis ſapientes Religionum Legislatores viam præcludendam rectè ſtatuerunt, quæ res in hoc Collegio à nobis præſcripta, ſanctæ obedientiæ ſubjecta, pro Clericis ſive Sacerdotibus ſtudentibus, Superiorum, P. Spiritualis & P. Profeſſoris ſolicitiſſimæ vigilantiæ ac executioni demandatur, præſertim cum relaxandis à ſtudio animis, ſatis temporis quotidie, & quavis hebdomada deſtinatum ſit. Patres quoque & alii extra Profeſſoriũ Clerici, præter Superiores, P. Spiritualem, ſuumque ſubſtitutum, & P. Profeſſorem Clericorum cubicula nunquam intrabunt ſub publica in Refectorio pæna, Superioris arbitriò.

157. V. Jn propriis cubiculis, in quibus (ut dictum) perquam optandum eſſet ut aucta fabrica ſinguli maneant, nunc tamen ob anguſtias loci, plus uno manent, ſtrictiſſimum inter ſe ſervent ſilentium, nec ullus alium, ullomodo impediat, ſed quietè ſtudiis ſuis vacent, tempusque quàm optimè collocare ſtudeant. Quare pluries per diem P. Profeſſor, P. Spiritualis, ejusque adjunctus, quorum id curæ maximè incumbet, cubicula omnium Studentium circumibunt, atque etiam unum è Clericis Studentibus, quem illis viſum fuerit, identidem ad cubicula obeunda mittent, & qui alium impediverit in ſtudendo ſecum manentem, frænum ad communem menſam tenebit, & relabens, pæna alia Superioris arbitrio punietur. Lectiſternia, cubicula, curritoria ſua purgent, & munda ſemper, & res ſuas benè compoſitas habere ſtudeant.

158, VI. Per curritoria nullomodo bini ſtudentes, multo magis plures deambulent, aut converſentur, moxque à Patribus Superioribus, à P. Profeſſore, à P. Spirituali vel ſubſtituto cubicula ſua ingredi jubeantur.

159. VII. De ingreſſu convictûs, atque de ſæcularibus, aut ſtudentibus è Scholis in cubiculum non admittendis, Capitulorum & noſtra Decreta Sacroſanctè ſerventur, nec ad ullum cubiculum, præſertim in Superioribus curritoriis, etiam PP. Profeſſorum ſine licentia Superioris admittantur. Nullus è noſtris inter Clericos ſtudentes, aut in Profeſſorii curritoriis maneat, qui ad eorum educationem & cuſtodiam immediate deſtinatus non eſt, aut qui talia officia habeat, ob quæ ejus cubiculum adiri ab aliis Patribus, aut familia, aut hoſpitibus debeat, nec PP. ad

Pro-

http://rcin.org.pl

Profeſſoria deſtinati, talibus quæ eos abſtrahant officiis, aut negotiis unquam applicentur.

160. VIII. Ab Officiis Diſpenſatoris, Cellarii, portæ Collegii Cuſtodis, Sacriſtæ, OEconomi, Refectorarii, Receptoris hoſpitum, veſtiarii, vel infirmarii extra Profeſſorium, hortulani, & quibusvis aliis diſtrahentibus & evocantibus, omnes ſtudentes omnino excipiuntur, ut commodius Deo & ſtudiis ſuis vacent, neque unquam à Patribus Collegii, nec ſine juſta cauſa & neceſſitate, nec à Superioribus ipſis extrà pro ſociis accipiantur, ſub ullo prætextu; niſi quis ſtudentium in ſuo proprio negotio exeundi facultatem debitam acceperit, idque rariſſimè & bene examinata cauſa, à qua lege ne Provincialis quidem diſpenſare eos unquam poſſit. Officia enim ejusmodi tempora ſtudiorum tam communium, quam privatorum omnino perturbant, & abſentiam à Schola excuſant.

161. IX. Jn horto alius omnino locus ſit pro recreatione Patrum, alius pro Clericis. Separata cubicula pro Patrum & Clericorum recreatione ſemper aſſignāda, ut juxta bullas Summorum Pontificum nullum ſit penitus commercium, nulla colloquia inter Patres & Clericos, cui rei Patres Superiores maximè invigilent, & in Fratres Clericos, qui cum Patribus converſari obſervarentur, nec moniti deſiſterent, etiam majoribus pænis animadvertant. Qua in re conſcientia Patrum Superiorum maximopere obligatur.

162. X. Noctu nulli penitus accenſam candelam ſine expreſſa toties, quoties, atque rariſſimè concedenda à P. Spirituali licentia, poſt horam decimam tenere unquam liceat, nullique ad id generalis licentia detur, & particularis ut dictū rariſſimè. Lumina apud omnes per deſtinatum à P. Spirituali hora 10. extinguantur, præter lumen quod in Curritorio tota nocte collucere debet.

163. XI. Si ob ſolam anguſtiam loci neceſſario aliqui in aula Studiorum manerent, graviores duntaxat ex Fratribus ſtudentibus ibidem collocentur, quæ ab Aulæ cuſtode cum abeunt, ventiletur.

164. XII. Unus autem aulæ cuſtos ſit, ejus curam habeat, & hæc officia adimpleat, diligenter nimirum munditiem aulæ, menſarum, ſcamnorum, lavatorii, feneſtrarum, pavimenti procuret, ne extra tempus ſtudiorum alii Fratres in Aula morentur, ne ante ſtudia conveniant, ne poſt ſtudia remaneant, diligentiſſimè invigilet, & eos qui ſecus fecerint, mox Patribus Superioribus deferat, uti & alia, quæ deferenda in aliis obſervarit. Qui autem ex FF. Clericis impatientia eidem ex officio delatori, aut cuivis alii corrigendum aliquid denuntianti, verbo aut opere moleſtus fuerit, à P. Rectore, vel P. Spirituali, jejuniis, diſciplinis, etiam per triduum juxta gravitatem culpæ mortificentur.

165. XIII. Aula hyeme commodè ſemper calefiat, & in ea veſpere communis ſtudii tempore, quatuor ſemper candelæ accendantur vel plures ſi opus fuerit.

166. XIV. Capitula culparum præſertim pro Clericis & Sacerdotibus, ſtudentibus, ſingulis diebus Veneris, ceremoniarum Eccleſiaſticarum exercitatio, ut alias p. 2. §. I. Nro 11. pro aliis domibus præſcriptum, nunquam intermittantur.

167.

http://rcin.org.pl

167. XV. Pro Clericis autē & Sacerdotibus ſtudentibus loco caſuum conſcientiæ ſingulis diebus Veneris & Martis, in utroque tam humaniorum quam Philoſophico ſtudio ac Profeſſorio, in perpetuum ordinamus, quatenus ſinguli ac unus poſt alium bene præparati talem doctrinam, ſeu ut vocant lectionem Spiritualem faciant, media hora vel quadrante poſt cænam, qualem facturi ſunt in Schola diſcipulis; alternis autem prædictis diebus Catechiſmum ita, ut illum ſtudentibus tradituri ſunt, adeoque libri, tales ipſis ſubminiſtrentur, qui inſerviant, pro Catechiſmo tradendo, & pro lectionibus Spiritualibus, cujus rei P. Spiritualis maximam curam gerat, ut tales libros cognoſcant, legant, & exercitationem hanc Catechiſmum & doctrinam Spiritualem tradendi, quàm exactiſſime faciant. Domorum verò, ubi ſunt Profeſſoria, Rectores imprimis curent, ut talibus libris eorum Bibliothecæ provideantur, ac Pater Provincialis rei huic in Viſitationibus ſummopere invigilet.

168. XVI. Conferentiæ ut vocamus Dominicis diebus, ut regula communi præſcriptum, maximè in Profeſſoriis non intermittantur, & ſi aliquando Superiori aliqua omittenda videretur, quod raro admodum fiat: tum piæ alicui Concioni aut doctrinæ legendæ, per P. Spiritualem, ante Meditationem ſerotinam tempus conferentiæ impendatur, Dominicis maximorum Feſtorum exceptis.

169. XVII. Prandium undecima diebus profeſtis: hora duodecima feſtis, indiſpenſabiliter ſemper detur, neque horarius unquam interroget PP. Superiores, aut diſpenſatorem utrum pulſandum ſit, ſed audito ſigno horologii (quemadmodum pro cæna obſervatur) mox pro prandio pulſet.

170. XVIII. Tollatur penitus abuſus defferendi Coronulam ad meditationem veſpertinam quocunque die, ſed præſcripta in ordine temporis hora ſemper abſolvatur. Sique caſu aliquo extraordinario ad veſpertinam orationem differretur, tum meditatio ut fit apud S Pantaleonem In Urbe, quadrante horæ duret. Etiam juniores qui debiliores ſunt, tempore meditationis ad flectendum non cogātur. Colligendæ & juvandæ menti piarum conſiderationum, tempore Orationis mentalis (non verò divini officii) lectio à Capitulis Provincialibus permiſſa eſt: ad quod aut PP. Rectores candelas ſubminiſtrent, aut cui libuerit ſuam è cubiculo ferat, cujus rei ratio à PP. Rectoribus habeatur.

171. XIX. Ad recreationes Communes omnes deſcendant ſimul, atque eos ſemper irremiſſibiliter P. Spiritualis comitetur, ſique cum iis morari non poterit, ſæpius ſaltem eos adeat. Extrà pariter cum recreationis cauſa exibunt, omnes ſimul in unum locum exeant, neque ulli ſine expreſſa licentia, aliò divertere licebit. Cum extra ſimul exibunt, ſemper eos P. Spiritualis, vel P. Adjunctus, vel P. Profeſſor comitetur. Quodſi illi ob aliquam cauſam facere non poſſent, quod raro vel nunquam contingere poteſt, tum P. Rector Sacerdotem aliquem è gravioribus ſemper illis addet. Nemo in cubiculo remaneat ſine licentia P. Spiritualis, qui eam rariſſimè dabit, & ex graviori cauſa. Librum quivis tempore recreationis legere poterit, communiterque latine loquantur. Quoties P. Spiritualis legitima cauſa impeditus fuerit, P. ſubſtitutum ſuum præmonebit, ut loco ſui invigilet.

172.

http://rcin.org.pl

172. XX. Recreationes, ut in ordine temporis, minimè diminuantur, nec ulla cauſa hoſpitum, etiam Patris Provincialis, aut gratulationum, aut quavis alia augeantur: neque tempus earum aut præveniatur, aut differatur abbrevieturve à Superioribus, ſed juxta ordinem temporis præſcriptum, & ad horologii duntaxat ſonum, abſque ullis aliis conceſſionibus, omnes ſemper regulariter fiant. Superiores pro prudentia & amore boni ordinis caveant, ne prandia, cænæ, & collationes ordinariæ, plus, quam par eſt, temporis inutiliter & cum faſtidio extrahant, cum in omnibus noſtris domibus prandium paulo plus media hora, cæna minore temporis ſpatio, commodè abſolvi poſſit ordinariè. Si quid in recreationibus poſt cænas & collationes interrogare juvenes Patri Rectori vel P Spirituali libeat, id tempus relaxandorum animorum non extrahat, neque mediocrem quadrantem excedat, neque iis diebus quibus Cathechiſmum vel doctrinam Spiritualem tradunt.

173. XXI. Ordinamus verò in perpetuum, ne in Profeſſoriis ac utriſque ſtudiis unquam penitus duæ diebus ferialibus vacationes, una ſeptimana ſive æſtate, ſive hyeme ullo prætextu dentur in curſu anni ſcholaſtici: ſed duntaxat una: neque etiam à medio die ſeu pomeridiana ſecunda, in eadem hobdomada dari poterit. Si feſtum unum in hebdomade occurrit, detur præterea vacatio unius diei: Si nullum, ſemper die Jovis una: Si duo feſta occurrent in hebdomade, ſimul non jūcta, nulla vacatio alia. Sed ſi ita duo feſta juncta occurrent, ut poſt vel ante ea quatuor dies feriales jungerentur, tum pomeridiana vacatione una interrumpentur.

174. XXII. Totius diei recreatio una quovis menſe omnino detur, idque ſemper Pater Spiritualis & P. Profeſſor Patribus Superioribus commemorent, ut infra refectionem mane & veſpere ſilentium diſpenſetur, & aliquid pro charitate P. Rectoris addatur, diebus Jovis ſeu recreationis ſemel in hebdomada in Profeſſoriis Oratio matutina mentalis pro tota communitate diſpenſetur. Quæ omnia circa recreationes nulli Superiores ulla ratione, neque etiam P. Provincialis, unquam diſpenſare vel permutare poterunt.

175. XXIII. Repræſentationes, aut recitationes qualeſcunque Comædiarum, Tragædiarum, & ſimilium, non introducantur in Profeſſoriis, nec Bacchanaliorum quidem tempore

176. XXIV. Scholæ Profeſſorii aperiantur ſemper 7. 7bris, & finiant ſemper die 15. Julii, nunquam prius tam Phliæ quam humaniorum.

177. XXV. Exercitia Spiritualia, die Mercurii poſt Dominicam Paſſionis incipient ſimul omnes ſtudentes, & octiduo finient in die Cænæ Domini. Item antequam à Vacationibus Generalibus ſtudia aperientur, triduana exercitia priùs ſemper abſolvent.

178. XXVI. Jd quod maximè Religioſis Philoſophiæ & humanioribus operam navantibus commendatur, eſt, ut diligentiſſimè omnes ſimul, horis vel campana ſonante locum Scholæ adeant, nullusque vel momentum retardet, nullus ulla ex cauſa ſine expreſſa licentia P. Profeſſoris, ob legitimam omnino cauſam à Schola unquam abſens ſit; & ſi quis abſque valde legitima cauſa retardaverit, à P. Profeſſore vel in loco ſtudii graviter mortificetur pro ejus arbitrio, vel ut ſe accu-

ſet

http://rcin.org.pl

ſet in Refectorio, jubeatur, qua in re & PP. Superiorum, & P. Profeſſoris conſci-entia & vigilantia maximè obligatur.

179. XXVII. Diligentia in ſtudendo & perorando ut præſcribitur,à cujusque bona indole ingenuitate & vocationis ſuæ amore pendet. Jlle enim diligentiùs his ſemper ſatisfaciet, qui magis ingenuus fuerit, quique melius vocationis ſuæ ad Scholas pias naturam & applicationem agnoverit. Si quis autem (quod DEUS avertat) adeo eſſet abjecti animi indolisque, & hoc quod illi à Provincia præstatur beneficio indignus, ita ut diſcenda & legenda negligeret, PP. Superiorum & Profeſſoris vigilantiæ & conſcientiæ id maximè commendatur, ut talis vel in ſtudio mortificetur, vel à Superiore gravius puniatur, & ad implendum, quod debet, modis omnibus compellatur.

180. XXVIII. Pater Spiritualis & P. Profesſor initio anni Syllabum ſemper faciant & exponant, juxta numerum ſtudentium, incluſis etiam Clericis Scholas docentibus & Sacerdotibus junioribus; itaque diſponant per vocationis ordinem, qui quavis toto anno ſcholaſtico ſeptimana, intra refectionem vel recreationem Cōciones & alias Scholaſticas compoſitiones latinas vel polonicas perorare debeant: qui Catechiſmi & doctrinæ moralis exercitium in communi facere, ut ſaltem terni, vel pro majore numero plures etiam, lucubrationum ac privati Studii dent ſpecimina. Qui ligata oratione aliquid proferre velint, erit illis liberum, Conciones bonæ è Latino, Gallico, vel Jtalico idiomate traductas, pronuncient, qui volunt: potiusque quam proprias male digeſtas. Prius tamen Patribus Profeſſoribus & utiles gravesque propoſitiones de quibus aliquid dicturi ſunt, & ipſas compoſitiones præſentent, antequam eas proferant. Quæ omnia ſummæ P. Spiritualis & Profesſorum ac Superiorum vigilantiæ commendantur.

181. XXIX. Ratio Studiorum tam pro humaniorum quam pro Philoſophiæ noſtris auditoribus, inferiùs ſeparatim deſcripta, ac in ſeparatis foliis reſpectivè pro uno alterove ſtudio commodo exponenda, perfectè tam in Schola quam in cubiculis obſervabitur, quam Profeſſores imprimis diligenter perpendant, & ad executionem deducant,

182. XXX. Singulorum quidem bona & egregia indoles in Communitate Sacra pacem & tranquillitatem Religioſam ſemper regnaturam promittit, cum tamen qui circuit quærens quem devoret, & ſeminator zizaniorum non dormitet, præſertim in tanto juvenum ſimul morantium numero, quamobrem per Domini Dei viventis, & vocationis Religioſæ amorem, & rationem honeſti obſecramus omnes & ſingulos, ut familiaritatibus, conventiculis, rixis & jurgiis puerilibus abſtinere curent, in fraterna perfectaque omnes inter ſe charitate vivant. Urbanè civiliterque ſecum converſentur. Cui rei ſi quid contrarium commiſerint, conſcientiæ PP. Superiorum & vigilantiæ P. Spiritualis id majorem in modum commendatur, ut perturbationem pacis avertere curent, & ſi quis rixoſus & turbator aliorum eſſet, graviſſimè in eum pro prudentia animadvertant.

183. XXXI. Sæculares externi etiam Eccleſiaſtici nulla ratione admittantur ad ſtudia cum noſtris in Profeſſoriis, niſi, ſi Superiori videbitur, Magiſtri ſint

linguæ

http://rcin.org.pl

linguæ alicujus, & ipſi noſtros doceant.

184. XXXII. Nullus ex ſtudentibus ſive Sacerdos, ſive Clericus, ſolus vel cum ſocio pro quocunque brevi vel longiore tempore, ferialibus diebus & Feſtis etiam Paſchatis, Nativitatis Domini, Pentecoſtes ſub quocunque prætextu ad domos ſæcularium in oppido commorantium, aut rure degentium mittantur, neque unquam ad id ab ullo diſpenſari poſſint, niſi è graviſſima omnino cauſa.

185 XXXIII. Quo ad Sacerdotes in Profeſſorio ſi qui ſunt Studentes, hi nulla Sacramenta Baptiſmatis, Pænitentiæ, Extremæ unctionis tam domi in Eccleſia noſtra, quam extra adminiſtrent, alii ad id deſtinati id faciant, hi vero ſuis rebus & muneri in Profeſſorio perpetuò inceſſanterque invigilent, diſpenſatione in hoc puncto Superioribus penitus interdictâ.

186. XXXIV. Quoniam Anniverſaria cum officio & ſacro intra annum occurrunt ex fundationibus, providendum ne temporis ordinem ſtudentibus præpediant: in principali Congregationis noſtræ Domo apud S. Pantaleonem, uti & in aliis in Jtalia, in quibus ejusmodi Obligationes abſolvuntur, ſemper id fit matutinæ mox meditationis tempore, è qua dicto *Miſerere*, illico ad Eccleſiam omnes deſcendunt: ſtatuimus itaque ut eodem modo id fiat in Profeſſoriorum Domibus intra 5. & 6. horam mane: nec in aliud tempus unquam à Superioribus permutetur: Secus ſtudentes cum ſuis P. Spirituali & Profeſſoribus, aliis officiis juxta temporis ordinem omnino vacent.

187. XXXV. Cum obſervatum quoque ſit, longe utiliori ſtudio concionum, aliiſque officiis in ordine temporis præſcriptis, in utroque ſtudio, ob longitudinem inutilem concionum in Eccleſia ſtudentibus noſtris tempus eripi: Ordinamus in perpetuum, quatenus præter ſolenniſſimas feſtivitates, Dominicis & Feſtis quibuscunque Conciones in Eccleſia, media duntaxat non amplius hora (minus durare poſſunt) definiantur & durent: quævis enim propoſitio etiam media minus hora ſatis explicari poteſt, dum res diligenter digeratur & paretur: Cui rei PP. Rectores & PP. Spirituales ſerio invigilent, & P. Concionatorem præmoneant: ac denique, ſigno campanulæ præmoneatur, candelæq; accendantur, ſi bene diutius protraxerit ſermonem.

188. XXXVI. Diebus Veneris fit Expoſitio SSmi Reſſoviæ in primo Sacro cui Clerici intereſſe tenentur: in hoc itaque Sacro non obſtante alia conſvetudine, aut quacunque ratione, Communio eorum fiat: & ultimus meditationis quadrans ante Sacrum, his diebus præparationi ad Communionem prælegendæ in communi, impendatur: in ſecundo verò Sacro gratiarum actio privatim abſolvatur. Jdem intelligendum de Dominicis feſtisque ad Scapularis ſeu alias Confraternitates pertinentibus, in quibus in primo ſacro exponitur Sanctiſſimum. Ordinatur vero in perpetuum, ut hæc Sacra matutina cum expoſitione SSmi, diebus Veneris & profeſtis quibusque, ſemper ſint *à media 7ma hora*: non obſtante alia conſuetudine, cum populus facile ad deſignatum tempus aſſveſieri poſſit: ſecus Clerici noſtri ſtudentes adeſſe non teneantur, pro iisque P. Spiritualis vel alius hora media 7ma Sacrum faciat in quo communicent.

189. XXXVII. PP. Superiores, P. Spiritualis, & P. Profeſſor circa medios Junii dies, teſtimonia jurata in ſcripto P. Provinciali mittent, & in iis tam de moribus ſingulorum noſtrorum Religioſorum Studentium, quam de eorum in ſtudiis diligentia, capacitate, & profectu judicia ſua fideliter exprimcnt. Ut jam alibi parte Prima Ordinationum. §. V. Nro 173, dictum.

190. XXXVIII. Ante cætera verò omnia, cum Religio, Schola perpetua virtutis ſit, cum Domus hæ educationi juvenum Religioſorum imprimis deſtinatæ ſint, cum niſi hac in ætate boni eſſe diſcant, nunquam boni futuri ſperandi ſunt, cum ſine lectione ac uſu librorum & doctrinarum Spiritualium, nemo in juventute bene vivere addiſcere poſſit, cum privatæ in cubiculo lectiones librorum ſpiritualium, ut plurimum à deſidioſis negligantur, cum ſtudia literarum & ſcientiarum ſine ſtudio virtutis & religioſæ vitæ nihil proſint, imo vehementer obſint: cum non Philoſophi Ethnici, ſed Philoſophi Chriſtiani, tantoque magis Religioſi, & futuri Sacerdotes ſint noſtri juvenes, cum omnis fons omnium malorum, ſit neglectus rerum pertinentium ad ſpiritum,& neglecto ſpiritu ſequatur quædam ſubmerſio in ſola mundana ſtudia, quamvis ne hæc quidem abſque vero ſolidoque virtutis ſtudio ſua incrementa ſumere poſſint; cum denique ſimus profeſſione Religioſi & Religioſi homines Scholarum Piarum, longeque magis nos ad bene vivendum, quam ad bene Philoſophandum formare debeamus, & infeliciſſima Congregatio noſtra futura eſſet, ſi docti eſſemus & mali. His ex cauſis ſacroſanctè ordinamus & præcipimus:ut quotidie in utroque ſtudio tam humaniorum quam Philoſophico, temporibus in ordine temporis præſcriptis media hora, nunquam autem minus dicta horâ mediâ, omnes Studentes, ſive Clerici, ſive Sacerdotes conveniant in loco ſtudii,ad quē mox ſe P.Spiritualis conferat,iisque diverſi tractatus P.Druzbicki, P.Michaelis,vel alterius, ut in Novitiatu à P. Spirituali ipſomet, vel eo legitime impedito, à ſubſtituto ejus perlegantur & ſolidè explicentur. Cui lectioni omni qua par eſt attentione vacent, & ſi qui alicujus levitatis, aut immodeſtiæ notati fuerint, graviſſimè ut verbi Divini contemptores, & luminum Spiritus Sancti, hoſtes ſalutis ſuæ incurii, aliisque ſcandaloſi, & vitæ religioſæ oſores, tam à P. Spirituali quam à PP. Superioribus puniantur. Cui rei ita conſtitutæ ſperandum eſt ingenuos, veraque religioſa virtute ac indole præditos juvenes diligentiſſimam operam alacriter navaturos, de aliis qui ad hoc tam pium, utile & neceſſarium opus cogendi eſſent, fore pro reliqua vita deſperandum.

191. XXXIX. Fratres Clerici reverentiæ DEO debitæ & decoris Religioſi in ingreſſu præſertim Eccleſiæ meminerint, in Sacrario à collocutionibus abſtineant, è ſacrarii foribus Eccleſiam nunquam inſpiciant,quique notati & correcti indecentem hanc curioſitatem non reliquerint, graviter à Superioribus puniantur. Eccleſiam ſimul omnes,mox unus poſt alterum ingrediantur, ſimul genuflectant, terramque oſculentur, ſimul ſurgant & ordine exeant. Qui in una linea flectendo capi non poſſunt, ad latera graduum flectant, diebus profeſtis ſine palliis: feſtis & diebus Communionis cum palliis accedant ad Communionem, quibus rebus P. Spiritualis maxime invigilet.

192.

192. XL. Libri qui pro utroque humaniorum & Philoſophiæ ſtudio & Profeſſoribus & diſcipulis in utroque ſtudio inſervire debent, vel ſunt ex Bibliotheca ipſarummet harum domorum, vel ſunt libri ex Bibliotheca Provinciæ. Ne depereant, ſanctè ita in perpetuum ordinamus, ut nullus liber in ſtudio humaniorum, ſtudentibus noſtris, ſive ex Bibliotheca Provinciæ, ſive ex domo tradatur, niſi per manus P. Profeſſoris humaniorum, etiam Spirituales libri. Jn ſtudio verò Philoſophico niſi per manus P. 1mi Profeſſoris Philoſophiæ. Qui ipſis tradentur ex Bibliotheca Domus, mox eos annotent, non in chartis aut foliis ſed in libro ad id in Bibliotheca Domûs conficiendo, in quo quovis anno ſingulæ ſingulis, albæ paginæ relinquantur. A capite paginæ ſcriptis cujusque nominibus, ſub quibus nomen auctoris quem accipiunt, diemque inſcribant. Eodem modo alter talis liber ſit ad inſcribendos quos accipiunt Provinciæ libros, iſque liber extet apud P. Profeſſorem. His iiſdem Profeſſoribus uſu ſinito, ſinguli libros ſuos reddant, & eos ex ſupradictis rejeſtris conceſſorum librorum PP. Profeſſores deleant, ac in ſua præſentia alios in Bibliotheca domus reponi faciant, alios in loco in eadem domo vel Bibliotheca pro ſolis libris Provinciæ deſignato. PP. Profeſſores quoque libros quos pro ſuo uſu accipiunt, ſupradictis rejeſtris inſcribant, & deinde a ſe repoſitos deleant. Finito verò ſive anni humaniorum, ſive biennali Philoſophiæ ſtudio, poſtquam libros omnes, ut ſupra dictum receperint, eosque in ſuis locis repoſuerint, in prædictis rejeſtris tam Provinciæ, quam Bibliothecæ librorum teſtimonium manu propria ſubſcribant, ſe omnes libros recepiſſe & repoſuiſſe, aut ſi cujus culpâ liber aliquis deſuerit, vel deſtructus fuerit. Rejeſtra verò Provinciæ librorum, illius, in quo docebunt Profeſſorii, exactè deſcripta P. Rectori loci reddant, quatenus ea Rector ſubſequentibus mox Profeſſoribus tradere poſſit.

193. XLI. Libros Hiſtoricos, Oratores, Poetas, Concionatores, Spirituales, ſingulis diſtribuant, ita ut lectos hi aliis tradant legendos, & viciſſim ab aliis lectos accipiant, ſed ſemper diligenter apud ſe cui dederint notent, ut facilè eos recipere poſſint, quando ſunt ad Bibliothecam recipiendi. Hos diligentes ingenuique juvenes, verſandi, ac legendi facile tempus reperient, horis ſubciſivis, vel etiam ſi libuerit recreationum tempore. Jd quod ingenuitati ac diligentiæ ſingulorum relinquendum eſt potius, putandumque, quod qui ſui profectus ornandique ingeniii amantiores erunt, ij diligentius eos legent, tamen in recreationibus præſertim, item in Schola interrogandi ſunt identidem quid legerint à Superioribus, à P. Profeſſore vel à P. Spirituali, ejusve adjuncto, moneanturque & negligentibus, corrigique omnino nolentibus libri recipiantur.

194. XLII. Ad notata, ut vocant in ſcripto, non obligentur, quæ nulli ferè ſunt uſui, tempusque conſumunt, niſi quis ſingulare omnino aliquid ſua ſponte ſibi annotare voluerit. Sed quo plures libros attente legent, eò magis profecturi exiſtimentur; resque identidem eædem alio modo in multa lectione redeuntes ſe ſe refricant, ac memoriæ imprimunt, & ſi non omnium meminiſſe, certè non omnium poſſunt lectores attenti oblivisci; naturam vero & contenta librorum

lectorū generaliter ſaltem recordantur, atque cum egent, lecta & quæſita in libris quos legerunt reperient.

195. XLIII. Libri qui ad menſam communem leguntur, utiliores à P. Spirituali & Profeſſore, cum ſcitu P. Rectoris deligantur, tam ad directionem Spiritus, quam ad ingeniorum illuſtrationem, præcipuè verò in Hiſtoria Eccleſiaſtica, ut Spondanus, Graveſon, Skarga, Baronius & ſimiles.

196. XLIV. Jam libros quicunque illis diſtributi ſunt & ob omnem ſanam rationem ac juſtitiam, & ob votum paupertatis, & ob amorem Provinciæ, ita conſervare ſtudeant, ut ſeris ſucceſſoribus eſſe relinquendos meminerint. Nihil in eis ſcribant, chartas non complicent, notis ſeu ſignis chartaceis utantur, cubitis eos non premant, digitis, candelis, atramento non maculent, caute aperiant, occluſos benè ſemper relinquant, obvolutos ſemper teneant, quos reparare opus fuerit, mox P. Rectori deferant.

197. XLV. Super harum rerum omnium obſervantia imprimis PP. Rectorum, PP. Spiritualium & Profeſſorum, ſumma vigilantia deſideratur, iiſque majorem in modum commendatur. De conſcientiæ redditione quæ p. 2. §. 1. Nro 7. præſcripta ſunt, item quæ in Ordinatione diſciplinæ in Novitiatu, reſpective obſerventur.

198. XLVI. Hæc quo ad communem diſciplinam in Profeſſoriis utriuſque Studii humaniorum & Philoſophici, Religioſis noſtris tam Superioribus & Profeſſoribus, quam Clericis noſtris utriusque ſtudii alumnis majorem in modum commendamus, ac in perpetuum ita ordinata relinquimus, cum promiſſione & voto beneficiorum Divinorum Cæleſtisque luminis. Videant his noſtris ſuperioribus verbis nihil novi à nobis ſtatutum eſſe: ſed ſolas Regulas, Pontificum & Capitulorum ſancita, quæ magis ad propoſitum faciunt, à nobis eſſe hoc loci reducta.

199. XLVII. Super his ſæpe imo continuo ut juvenes noſtri moneantur, in iis nempe ſpem Provinciæ collocatam eſſe, eos imprimis bonis & religioſis moribus, deinde doctrinæ vacare diligentiſſime oportere, nec ſtudia ſine bonis moribus, nec bonos mores ſine ſtudiis idoneum poſſe hominem Scholis piis formare. Vocationis, qua vocati ſunt, meminerint.

200. XLVIII. Cætera omnia tam pro PP. Superioribus, quam pro aliis omnibus in Profeſſoriis manentibus Religioſis noſtris, ad communes regulas & Conſtitutiones referuntur.

## §. XII.

## *Ratio Studiorum Humaniorum pro primo Anno Profeſſorij.*

201. SUpponitur, quod finitis duobus Probationis annis Rhetoricen noviter Profeſſi annis fere duobus audierint, & in ea aliquid jam profecerint, ſecus enim

enim qui Clericus noviter Profeſſus, bona aliqua Rhetorices principia non habuerit, potius in Novitiatu relinquendus eſſet, ut cum Novitiis Rhetoricen audiat, & deinde ad profeſſorii ſtudium aptior trransferatur. Jtaque ſupponitur præcepta Rhetorices jam illis eſſe tradita, ea ab illis utcunque intelligi, notitiam aliquam latinorum librorum eos habere, brevibus, tantum ſaltem eos ſcire, quantum juvenes externi Rhetores in Scholis uno alterovè anno Rhetorices condiſcere potuerũt.

202. Jtaque in iſto humaniorum ſtudio, duo hi fines ſunt, nimirum ut noſtri juvenes & quæ cæperunt, perficiant, & ut ipſi inferiores Claſſes, ac humaniora docere diſcant, atque iſte ſecundus præcipuus hujus ſtudii ſcopus eſt.

203. Cum ergo recta ex Novitiatu, ad hoc ſtudium omnes Clerici, etiam qui Philoſophiam Sæculares audierint, transferentur, abſoluto ut Novitiatûs ita Rhetorices bienniô; cognoſcat primum ex iis Profeſſor, qui libri in novitiatu iis ſint explicari cæpti, quid è Cicerone, Livio, Saluſtio, Cæſare, Cornelio Nepote, Tacito, Plinio, & aliis, quid è Virgilio, Ovidio, Horatio, Juvenali, Martiali, librisque ſimilibus, quid è recentioribus Paulino, Mureto, &c: cum itaque ſciet quo loco ſint, in aliquo horum Auctorum, tum Profeſſor prout ipſi libuerit, vel eadem quæ ex his Auctoribus legerint repeti faciet, vel potius ac omnino utilius ab iis locis in quibus in Novitiatu ceſſatum eſt, eorum Auctorum qui ipſi videbuntur, explicationem continuari faciat, perſuaſumque ſit illi, nulla re ad eloquentiam melius eos poſſe formari, quam diligenti veterũ lectione, & intelligentia eorũ, ac in iis guſtu. Pro continuatione itaque horum auctorum habeat inferius deſtinatas horas.

204. Jam pro experimento, quantum eorum ingenia ſingulorum poſſunt, primis mox diebus jubeat, illos abſque materia componere uno die Epiſtolam Polonicam, altero die latinam, 3. Orationem aliquam officioſam, § vel moralem breviſſimam latinam, ut vocant praxim, 4. Sermonem brevem ſeu Orationem Polonam, quæ paginam alteramve non excedat, datis ſolitis facilioribusque ad ſupradicta duntaxat propoſitionibus. Jdem periculum de verſibus latinis, aliquo Epigrammate faciet, idem de Polonicis.

205. Jmperfecta hæc fore non dubitandum eſt, profectum tamen eorum, & facultatem cujuslibet patefacient. Componant ita ſuper propoſitione data proprio omnino marte & concionem unam brevem ſeu exhortationem Polonicam. Poſtquam ſic Profeſſor intellexerit eorum vires, iis ſe ſe facile accõmodabit. Jtaque hæc compoſitionum genera toto anno cum illis continuet. Sed materiam ſemper bene prius à ſe in cubiculo digeſtam & ſcriptam, nunquam è memoria iiſdem dictet. Sextam vero vix compoſitionem, primis aliquot menſibus, ſine materia eos facere ſinat, deinde ſequentibus Menſibus ſine materia frequentius. Curet tamen ut olim materias pro componendo ritè formare pro eorum diſcipulis, exemplo ſui Magiſtri condiſcant.

206. Ut verò nihil niſi utile ac ſolidum eos componere faciat in quocunque genere ſcribendi, hoc præprimis curet. Habet Oratores, Epiſtolographos, librosque Ethicos, ac politicos & leges Patrias, ex his ſemper aliquid proponendum erit, quod utilitatem dignitatemque præſeferat. Nôrit ſummam eſſe in Magiſtro

inge-

ingenii laudem prudentiæque commendationem, bona themata ſeu propoſitiones invenire, de quibus fuſius in Capite de Magiſtris Rhetorices præſcribitur. Jam ſi bonæ, ſolidæ, utilesque propoſitiones fuerint, de rationibus inveniendis, ac de elocutione apud bonum Profeſſorem Rhetorices dubitandum non eſt. Conſideret imprimis dicendi ſcribendique materias, quæ Nobili Polonæ juventuti, tam in privata eorum vita, quam in Conſiliis publicis probè conveniunt, ſed in his omnibus, quæ ad docendam Rhetoricam ſpectant, remittuntur Patres Profeſſores noſtrorum Juvenum,ad ea,quæ in Ordinationibus Scholarum Publicarum pro Magiſtris Rhetorices ſuſius præſcripta ſunt, quæ obſervent.

207. Scholas matutinas toto anno totas lectioni librorum impendat, veſpertinas ad Natalem Domini,componendo cum diſcipulis,& compoſitiones eorum emendando. Poſt Natalem Domini veſpertinam Scholarum horam lectioni, alteram compoſitioni cum iiſdem, aut paulo minus impendat, uſque ad Paſcha. Poſt Paſcha etiam totum ſerotinarum Scholarum tempus ſoli librorum explicationi cedat.

208. Jta juxta numerum diſcipulorum tempus perorandi diſtribuat, ut quilibet quovis menſe, ſaltem bis omnino peroret, ſemel Sacram concionem,altera vice Scholaſticam aliquam lucubrationem, id quod tempore refectionis veſpertinæ faciant, aut recreationis. Aliis declamationibus Academicis ut vocant opus non eſt. Curet ut ſua omnino, præter Conciones, qualitercunque compoſita perorent, non compoſita à Magiſtro, ſed quæ imprudentius dicta eſſent, corrigat.

209 Singuli unam compoſitionem breviter omnino quæ chartam vel medium folium non excedat, proprio Marte factam, Menſe Martio, alteram Menſe Junio P. Provinciali vel ad ejus Congregationem mittant. Profeſſorque omnino id executioni demandet.

210. Memoriæ quotidie exercendæ causâ diſcant ſimul omnes easdem Orationes ex hiſtoricis, quas Profeſſor ſingulas deſignet,item Ciceronianas, vel ejusdem paradoxa & Tuſculanas, item è Poetis aliquid, ac cum ſua ut ſuperius dictum, perorabunt, ſinguli quoque partem aliquam ex his quæ didicerunt, vel quæ ſibi deligunt ex Auctoribus nunquam intermittant adjungere, & memoriter proferre, ut ex Cicerone, Salluſtio, Virgilio. &c:

211. Conciones ſuas proprias non perorent, ſed ſemper traductas è Gallicis vel ex latinis Fabri, aut aliis: componant tamen ſinguli unam quovis altero Menſe & Profeſſori reddant. Commendetur ipſis Segneri, Burdalouë, Faber, Skarga, Liborius, Letins, La Selve, Starovolſcius, de Chenart, pluresque Jtali & Galli, quos imitentur. Horâ ad id in Ordine temporis deſtinatâ modum prædicandi doceantur, abſque ullis aliis præceptis, ſed ipſa bonarum Concionum attentiſſima lectione & imitatione: commoneantur quam maxime, exemplisque imprimis, ac ſummopere doceantur, ut de veritatibus Chriſtianis duntaxat practicis & ad movendum efficacibus, de peccatis ac virtutibus maximè in ſpecie, practicas omnino propoſitiones, non ſpeculativas tractent, partiantur in duas tresvè partes argumenta, ac ſingulas præmeditentur, ſubdividant, rectè ratiocinētur, ſcripturis, ſine le-
vibus

http://rcin.org.pl

vibus conceptibus & ſenſibus, ſine intorſionibus, omnia clare probent, & Patrum ſententiis. Oratio ſit elaborata, ſed clara & ſimplex. Prælegatur ipſis clarè, & diligenter explicetur ordinatio de Concionatoribus.

212. Compoſitiones eorum, Profeſſor in cubiculo diligenter examinet, & ſaltem aliquos errores expungat, in Schola vero ne tempus teratur, unum legere ſuam faciat, & emendet. Curet ut mundè ſuas compoſitiones diligenterque perſcribant, nec unquam hac in parte negligentiam diſſimulet. Verba & modos dicendi minus latinos ſeverè expungat, uti & ex lingua Polonica. Perorent ſemper latinè, præter Conciones, & magnopere Profeſſor invigilet ut latinè loquantur.

213. Jn compoſitionibus curet tam latinis quam Patriis, ut præter rationes rei naturales, addant ſemper ornamenta & probationes ex ſententiis exemplisque, ut nedum naturale ingenium, ſed & eruditionem apparere, qui legit, agnoſcat, ſecus negligentiæ vel ignorantiæ ſignum eſt.

214. Pro exemplo polonicarnm Orationum & Epiſtolarum, quarum ferè nihil abſolutũ in Typis habemus, quàm plures poteſt, Procerũ Sermones & literas melioris notæ & guſtûs colligere curet, diſcipulisque perlegat, aut veterem Oratorem Polonum cum ſana eorum quæ leget, critice.

215. Hæc de perficiendis paulatim in eloquentia, quæ non niſi matureſcente ætate proficit, & perfectioni eſt propior, à juvenibus ut ab erroribus ſit libera præſtolandum non eſt.

216. Jam qua ratione docere juvenes noſtros Religioſos ipſam docendi artem oportet, hoc enim vero maioris eſt operæ. Confectum itaque hoc de induſtria ſine utiliſſimum opus, & in formam Ordinationum Viſitationis Apoſtolicæ redactum, tam de moribus virtutibusque Magiſtrorum & de generali methodo docendi, quàm de ſingulis à prima ſeu Parva ad Rhotoricen incluſivè Scholis, de Concionatoribus, item de Præfectis Scholarum, noſtris Religioſis Juvenibus, primo loco diligentiſſimeque à capite ad calcem prælegatur à Profeſſore, & explicetur. His verò Ordinationibus finitis quantum temporis annui ſupererit, explicentur iisdem præſtantiſſimi Rollini libri, de methodo docendi ab Infimis Scholas omnes, vel liber cui titulus eſt: Ars educandi nobilem juventutem, vel liber Lockii, vel Juvencii de ratione docendi & diſcendi.

217. Ex bis Auctoribus diſcent eſſe boni omnino Magiſtri Scholarum omnium, & librorum ad eas neceſſariorum omnem acquirent notitiam. Magnum quidem bucusque incommodum eſt, quod Rollinus & Lockius aliique ſimiles non ſint latinè traducti. Principio itaque interea mox dicto Juvenci opere, Profeſſor docere artem docendi incipiat, deinde cum illi in lingua Gallica aliqua principia habuerint, ita illis prædictos libros explicet, ut quamvis Gallicum idioma nondum bene intelligant, tamen ejus explicationem capiant, donec Provincia & Provinciales horum excellentium, Magiſtrisque utiliſſimorum librorum verſionem, in linguam latinam provideant.

218. Ut ergo ſuperius dictum, duas horas quovis mane, unam & plus quovis

http://rcin.org.pl

vis veſpere lectioni dandam eſſe Auctorum: quos omnes legere totos eſt impoſſibile, ſed quantumcunque legi ex illis poteſt fructuoſum eſt, ac certe ulteriori eorum lectio relinquenda ætati, ita jam Profeſſor à primo Scholæ, Menſe Septembri, exordio, matutinum totum tempus ordinationum noſtrarum de Scholis, ac mox ſuperius dicti Juvenci & aliorum, ſi tempus ſupererit, id generis auctorum unius poſt alium, lectioni ac explicationi ſemper conſecret. Pomeridianam vero primam Scholæ horam explicationi aliorum Auctorum veterum deſtinet. Poſt Paſcha verò etiam totam veſpertinam Scholam ſoli librorum lectioni impendat. Primam videlicet horam ſupradictis ordinationibus, tum Juvencio &c: alterā verò horā aliis auctoribus Claſſicis: quæ lectio quavis aliā doctrinā erit ipſis utilior, magiſque neceſſaria. Denique ſi alios fortaſſe ex his de arte docendi libros finire non poterit, certè vel prædictæ Ordinationes, Juvencius, aut ipſa Rollini Methodus ad inſtruendos artem Scholas docendi plurimum conferent. His auctoribus, his fontibus, illa haurienda eſt, non illis comicis Magiſtrorum docentium repræſentationibus. Quam plurima legant & explicent Scholis ſingulis, nihil aliud requirendo, niſi ut probè intelligant: quæ ſunt intellectu facilia, abſque inutilibus explicationibus legantur, attentionique eorum Profeſſor invigilet. Hac diligentia ſi hos de arte docendi libros unum poſt aliū forte non abſolverit, parum oberit, poſtea eos ſibi privatim finient.

219. Præter libros verò quos explicabit, & præter eos veteres quos jam ſuperius innuimus auctores, danda eſt illis quædam notitia, & idæa multorum aliorum librorum, quorum uſus in Scholis erit ipſis neceſſarius, ut Orbis ſenſualium pictus, Janua linguarum. Excerpta ex omnibus veteribus latinis Scriptoribus juxta ætatem juvenum accōmodata, Selectæ hiſtoriæ latinæ ex Sacra Hiſtoria, aliæ Selectæ hiſtoriæ prophanæ pro uſu juventutis, Epiſtolæ Clarorum Virorum, Savedra, Tympius, Pelzoffer, Fabulæ Phædri, Terentius, Terentius Chriſtianus, Seneca Tragædus, Sannazarius, Valerius, Eraſmus Roterodamus, Jacobus Pontanus, Ludovicus Vives, Valerius Maximus, Max: Valer: Chriſtianus, Senecæ Epiſtolæ & opera, Verulæi politica. Orationes Politi, Porcenſium, Perpiniani, Juvenci, opera Rhetorica, ut Prodromus, De colonia, Le Jay, Michaelis Rhetorica, Radau, liber inſcriptionum antiquarum, Lipſii Opera, Ciceronis vita & opera omnia, vitæ Plutarchi, Minutius Felix, Lactantius, liber de emendandis eloquentiæ vitiis, veterum panegyrici ut Plinii, atque alii Jtalorum recentiores. Polybius de re Militari, Orichovii præſertim annalis ultimus, cum elegantiſſimis Orationibus Procerum, Orationes Legatorum ſeu Procerum Europæ, in quibus tamen multa barbara. Orationes ſelectæ ex veteribus Hiſtoricis, opera Łubienſcii, Polyanthea Langii, Cromeri deſcriptio Poloniæ, Starovolſcii de Jmperatore, dictionarium Calepini, Faciolati, Niſonii, Smetius, Mithologia diverſorum Auctorum, Maſſei, opuſcula Boguſlai Balbini. Denique Kochanowſki, Twardowſki, Kępſki, Chrościnſki, Ovidius polonicus, Argenis Telemachus polonus ſolutè, Ariſtoteles de Republica verſus in polonicum, Abrys życia ludzkiego Witwickiego, Potuliccii Revolutio Svetica, Gornicki, pro exemplo linguæ Polonæ, collectiones veterum Oratorum polonorum, typo Gothico vel antiquo. Et ſimiles libri plurimi, juxta Profeſſoris cognitionem & experientiam,

non

http://rcin.org.pl

non ut hos omnes libros nunc legant, ſed ut ſciant eſſe neceſſarios & peruriles, Gallica lingua dabit longè plures.

221. Hæc quo ad Profeſſorem Scholæ humaniorum in Profeſſorio. Quod attinet ad artem docendi Catechiſmos & doctrinam Spiritualem, de hoc jam dictum eſt in præmiſſa hîc Ordinatione de diſciplina morum, atque id ad Patrem Spiritualem pertinet.

221 Linguæ Gallicæ ſtudium omnino toto anno continuent, circa quam lectionem ejusque Magiſtrum à Rectore ſemper conducendum vel ſi aliquis è noſtris poterit à Provinciali deſtinandum, jam dictum eſt. Qui Magiſter nulla dictet præcepta, ſed Grammatice latina P. Wiśniowſki utatur, vel Gallica aliqua, ſi linguam latinam neſciverit. Hanc Grammaticen ſemel duntaxat explicet, prius tamen adhuc ante ejus explicationem centenas & quam plurimas declinationes ac conjugationes, duobus ſaltem menſibus, eos inflectere doceat, & quam plurima vocabula diſcant, tum Grammaticen iis legat, quâ finitâ facilem aliquem libellum hiſtoricum, vel identidem Epiſtolographum: memoria autem diſcant, voces, hyſtoriolas, colloquia & epiſtolas. P. Profeſſor hæc dirigat, ſæcularique, ſive noſtro Magiſtro invigilet, P. Spiritualis, & adjunctus omni modeſtiæ, ſilentio, ac diligentiæ eorum attendant.

222. Linguæ Græcæ ſtudium, quamvis ad Profeſſorium Philoſophicum differatur, nihilominus ſi in Domo ſtudii Rhetorici aliquis noſtrorum fuerit, qui eam tradere poſſit, tradet bis in ſeptimana, diebus Martis & Veneris ab hora 9. ad 10. mane tempore Scholæ.

223. Hiſtoriæ pariter ſtudium ſeu principia, ſeparatis horis, illis omnino tradantur ex libris, quorum in Scholis erit uſus, vel ex Langlet du Freſnoi dum traducetur in latinam linguam, vel ex Remigii quatuor Monarchiis, ex Neuport Antiquitates Romanæ, cum compendio Rationarii temporum ſeu Chronologiæ Petavii, quam memoriter ediſcant conſequenter. Tempore in ordine horarum præſcripto, ſeu quavis quarta lectione legantur hiſtoriæ, Florus polonicus, eo finito Lengnich. Denique leges ex Kozuchovio: ut Hiſtoriæ jurisque Patrii aliquam notitiam hauriant. Hæc lectio ſit in communi, nec explicationibus inutilibus tempus teratur, dummodo intelligatur quod legitur, & finito quovis articulo, memoriter illum ſemper aliquis repetat. Chronologiam bene obſervent, epocas & mutationes principales memoriæ imprimant. Oſtendendum ipſis quomodo brevibus tempus fruſtra non extenuando, docere debeant diſcipulos, ut animum mox reflectant ad vitia & virtutes, ad imitandas vel fugiendas ſimiles actiones, ad applicationem hiſtoriæ iis rebus, quæ Reipublicæ prodeſſe vel obeſſe poſſunt, qua in re maximus eſt hiſtoriæ fructus. Jam vero Profeſſor curet, ut cognoſcant alios quoque hiſtoricos, quorum vel in Scholis erit uſus, vel quos legere poterunt, ut ſunt Veteris & novi Teſtamenti Hiſtoria, Revolutiones Vertot, ſeu Sapiehæ. Ex antiquis præter ſupra memoratos Herodotus, Thucidides, Dion, Velleius, Dionyſius Halicarnaſſeus, Eutropius, Ammianus, Euſebius, ad hiſtoriam Patriam Dlugoſſus, Cromerus, Bielſki, Sarnicki, Callimachus, Heidenſteinius, Neugebaver, Soli-



http://rcin.org.pl

covius, Piaſeccius, Fredro, Valeſius, Kobierzyccius, Stryikowſki, Wiuk, Kochowſki quamvis barbare ſcripti Climacteres, Załuſcii epiſtolæ inſipidè ſcriptæ, ſed ad hiſtoriam utiles, Kołucki, opera David Braun, Nicephorus, Platina, Sigonius, Ciaconius, Mariana, Grammundus, vitæ Cæſarum & Auſtriacæ familiæ, Vapovius Thuanus, Spondanus, Genealogiæ Principum Albitii, quos nomino, in noſtris Bibliothecis ſunt frequentiores, plurimique ſimiles, qui ipſis oſtendi & commendari debent, quorum quos libuerit olim legant. Lingua Gallica dabit illis plurimorum aliorum notitiam in omni genere.

224. Geographiæ item ſeparatum ſtudium horis præſcriptis iiſdem dabitur cum uſu Athlantis quàm plurimarum Chartarum, explicatione autem Cluverii, Cellarii, & Hibneri imprimis; denique aliorum Geographorum aliqua detur illis cognitio, ut Dubois, Niderdorf, Archontologiæ Principum, Ortelii, du Freſnoi, Vareni, Buffier & plurium.

225. Quoniam verò principia linguæ Germanicæ aliqua in Novitiatu accepiſſe ſupponuntur, & linguæ ſine ullo uſu oblivioni traduntur, proinde ſit ſemper unus è noſtris in Profeſſorio, qui præſcripto in ordine horarum tempore in lectione librorum Germanicorum eos omnino exerceat, nec in alia re hæc Schola conſiſtat, quam in legendo & explicando aliquem librum Germanicum abſque inutilibus ullis præceptis.

226. Ex his liquet Profeſſorem unum humaniorum his ſufficere non poſſe. Jtaque inter aliquot ex Noſtris mox dictæ lectiones partiendæ ſunt, lectiones vero in hoc annuo humaniorum Studio ex ſuperius mox recenſitis, ſunt fere octo in ordine temporis mox ſubſequente per horas dieſque diſtributæ. Nimirum iſtæ: Primo. Doctrina Spiritualis, 2. Schola humaniorum. 3. Lectio hiſtoriæ. 4. lectio Polonæ hiſtoriæ & rerum Flori, Hartnoch, Lengnich &c: 5. Lectio Geographiæ. 6. Lectio Concionum. 7. Lectio linguæ Gallicæ. 8. Lectio Linguæ Germanicæ.

227. Doctrinam Spiritualem & lectionem Concionum, poteſt tradere Pater Spiritualis, Scholam humaniorum & Geographiæ poteſt tradere P. Profeſſor humaniorum.

228. Lectionem hyſtoriæ & rerum Polonicarum poteſt tradere adjunctus Patris Spiritualis, vel ut libuerit cum Profeſſore humaniorum, Geographiam permutare.

229. Linguæ Gallicæ ſeparatus omnino Præceptor, item Germanicæ aliquis ex noſtris.

230. Si in reliqua extra Profeſſorium Communitate, reperientur idonei ad aliquas ex ſupradictis lectiones tradendas, poſſunt ad eas à Patre Provinciali deſtinari.

231. Hæc jam perpetua & inviolabilis ſit in Profeſſorio primi anni ſtudiorum humaniorum pro noſtris ratio.

§. XII.

http://rcin.org.pl

## §. XIII.

# ORDO TEMPORIS
## JN PROFESSORIO,
## Pro Studiis Humaniorum.

### *Diebus Profeſtis Scholaſticis.*

232. Hora 5. Pulſus pro meditatione primus.

à primo quadr: pro 6. ad 6, Jntentio, Meditatio.

à 6 ad med: 7. Lecti Compoſitio, lectio privata.

à med: 7 ad 7. Sacrum: etiam diebus Veneris & profeſtis, quibus SSmum exponitur.

à 7 ad 8. Studium privatum.

ab 8 ad 10. Schola.

à 10. ad 11. ſtudium linguæ Gallicæ.

ab 11 ad primum quadr: poſt 12. Prandium, recreatio: Coronula.

à Coronula uno circiter quadrante interpoſito ſeu à media 1. ad med: 2. Hiſtoriæ ſtudium, ita ut quovis quarto die quataque lectione legantur res polonicæ ex Floro, Hartnoch, Lengnich, &c;

à med: 2 ad med: 3. Characteris formatio & præparatio ad Scholam.

à med: 3 ad 4, Schola.

à 4 ad med: 5, Explicatio libri Germanici.

à med: 5 ad med: 6, Studium privatum.

à med: 6 ad 6, doctrina Spiritualis in Communi per P. Spiritualem tradenda.

à 6 ad 8. Meditatio, cæna, Recreatio,

ab 8, Litaniæ, Silentium, dormitio.

### *Pro Diebus Feſtis.*

Hora 5 pulſus primus pro Meditatione, & ad 6. ut ſupra.

à 6 ad med: 7, lotio, lecti compoſitio &c:

à med: 7 ad 7, Sacrum, quod etiam cum Ordinariis Expoſitionibus SSmi ſemper ſit, à dicta med: 7: ſecus Clerici non aſſiſtant, ſed media 7 aliud pro illis Sacrum fiat.

à 7 ad med: 9, ſtudium privatum.

à med: 9 ad quadr: primum pro 10, Studium in communi, & lectio Concionum.

à quadr: 1. pro 10, ad mediam 10. Præparatio ad Communionem.



http://rcin.org.pl

à med: 10 ad 11 Sacrum, commmunio, concio, gratiarum actio.

His finitis cum ſuperſit hora vel minus ad 12, Studium privatum.

à 12 ad 2, Prandium, recreatio, & Coronula ultimo quadrante ante 2dam.

à 2 ad 3. Studium Geographiæ, & alternis ſtudium Arithmetices.

à 3: cum ad veſperas, ſi SSmum non exponitur, ſit intervallum trium quadrantum, ſi SSmum exponitur, ſit intervallum mediæ horæ, hoc tempore ſit characteris formatio & ſtudium privatum.

à Veſperis ad horam 6. Recreatio.

ab hora 6. meditatio, cæna, recreatio ad med: 9.

Diebus primis Nativitatis Domini, Paſchatis, Pentecoſtes aliisque quibusdam Solenniſſimis, cum tempus fere totum devotionibus in Eccleſia impendatur, quidquid ſupereſt temporis, lectioni privatæ dabunt. Tribus autem reliquis feſtis Natelem Dñi ſequentibus, & duobus Paſchatis, & Pentecoſtes Ordo temporis ſervabitur prout in diebus feſtis.

Diebus Dominicis & feſtis Adventûs Dñi, cum ſacrum & devotiones durent mane ad horam fere 7, vel mediam 8, poſt illas itaque ad 9, ſtudium privatum: à 9 ad 10. Concionum ſtudium. A 10, Sacrum ſecundum. A Sacro ad 12. Studium Hiſtoriæ reliqua ut ſupra.

Diebus feſtis quibus longius Veſperæ devotionesque in Eccleſia durant, recreatio detur ad meditationem.

Diebus Hebdomadæ Sanctæ à meditatione ſtudia privata, deinde ad Officia in Eccleſia peragenda deſcendent, tum horis cuique aſſignatis aſſiſtent Sanctiſſimo, alii Lectioni librorum Spiritualium vacabunt.

# DISPOSITIO TEMPORIS
## *Pro Diebus Recreationis.*

Ad 6 quieſcent.

à 6 ad 7. Surgent & meditationem abſolvent.

à 7 ad med: 8. lotio, lecti compoſitio &c:

à med: 8 ad 8. Sacrum.

ab 8. ad 10. Studium privatum.

à 10 ad med: 11. Studium Arithmeticæ.

à med: 11 ad 11. ſtudium linguæ Gallicæ.

ab 11 ad med: 2, Prandium, Recreatio.

à med: 2. ad 3, Coronula, & privatum ſtudium.

à 3 ad 4, Geographia.

à 4 ad 6. Recreatio. Reliqua ut diebus feſtis.

Diebus profeſtis, recreationis, doctrina Spiritualis in cōmuni vacat.

Si exitur pro recreatione extra domum, præſertim æſtivo tempore, nunquam ante horam quartam exeatur, & pro ſexta redeatur.

Diebus

http://rcin.org.pl

§. XIII.

Diebus recreationis totius diei, & bacchanaliorũ nulla lectio. Surgetur hora 7, Sacrum hora 8, vel ſi extra in communi exitur etiam maturius. Poſt prandium à Coronula Domi vel extra ad meditationem ſerotinam recreatio.

## *Diebus Profeſtis Communionis, uti diebus Veneris, &c:*

Horâ 5 ſurgent, à primo quadr: pro 6, ad 3 quadr: pro 6, Intentio, Meditatio. A 3 quadr: pro 6 ad 6. Præparatio ad Communionem. A 6 ad med: 7. lotio, lectorum compoſitio, &c: A med: 7 ad 8, duo Sacra audient, & in primo Communicabunt, deinde gratiarum actionem in altero perſolvent, poſt quod præparatio ad Scholam. Ab 8. ad 10. Schola. Cætera ut ſupra diebus Scholaſticis.

# DISPOSITIO TEMPORIS.

## *Pro Vacationibus Generalibus.*

Hora 6 ſurgent, & meditationem abſolvent. Hora 7 ad med: 8. lotio &c. Med: 8 Sacrum. Ab 8 ad 9 Doctrina Spiritualis. A 9 ad 10. Lectio hiſtoriæ. A 10 ad 11, lingua gallica, vel Profeſſoribus abſentibus ſtudia privata. Ab 11 ad 2. Prandium recreatio, & coronula quadrante ultimo ante ſecundam. A 2 ad 3. Si Profeſſor adeſt, ſtudium Arithmeticæ, vel ſi non adeſt, lectio privata. A 3. ad meditationem recreatio. Diebus vero Veneris & Sabbati à 3, ad 4, ſtudium privatum, deinde recreatio.

Tribus Commemorationis Defunctorum diebus, primum Sacrum hora med: 7. audient: poſt quod à 7 ad 9. Schola. A 9. Officium, Sacrum, &c: in Eccleſia. A prandio ut in diebus Scholaſticis.

Recreationes totius diei una ſingulis Menſibus, præter Quadrageſimam & Adventum, quatuor vel plures ut Superiori videbitur Vacationum tempore.

§. XIV.

## *Ratio Studiorum pro Noſtris in Profeſſorio Philoſophiæ Studentibus.*

133. UT & Patri Profeſſori explicandi & Diſcipulis diſcendi amplius tempus provideatur, ac dictandi ſcribendique moleſtia inutilis tollatur, non exiguo Provinciæ ſumptu, tam pro aliis noſtrorum Studiis, quam pro ſtudio Philoſophico empti, & conducti ſunt Libri, quos, (donec perfectiori Philoſophiæ magis accomodati vel à PP. Provincialibus provideantur, vel ab aliquo viro docto è noſtris, ad guſtum Philoſophorum hujus, ſuæque ætatis magis conſentanei conſcribantur,

http://rcin.org.pl

ſcribantur, Typisque imprimantur) ita Patres Profeſſores explicabunt.

234. Ad tradendam audiendamque Philoſophiam allati interea ſunt duo imprimis libri Purchotii & noſtri Corſini, ex utroque igitur ſimul Philoſophia Auditoribus noſtris prælegetur ita ut *vg*: Pars prima Logicæ explicetur, primo ex Purchotio, deinde eadem pars Logicæ explicetur ex Corſino: eadem *vg*: quæſtio de immortalitate animæ ex Metaphyſica Purchotii, & mox iterum eadem ex Corſino legatur, ſicque de aliis, ita ut ſimul, quaſi duo hi libri legantur & explicentur, unusque ad intelligendas melius Philoſophicas res alteri ſit ſubſidio, quorum unus Scholaſtica præſenti Methodo, alter Academica veteri arte Philoſophiam pertractant PP. vero Profeſſores habent alios præterea complures optimos Philoſophos, ex quibus ſi opus fuerit, aliqua diſcipulis prout ipſis libuerit prælegant: Sique egregio cuivis Philoſophiæ Profeſſori libuerit, ex iis aliquas ſententias excerpere & eas præter dictos libros compendio tradere, tanto muneri ſuo melius ſatisfaciet: Sententiæ tamen ejusmodi & opiniones ſint maximorum hoc futurisque temporibus Philoſophorum, ſanæ per omnia doctrinæ, ac Religioni perfecte conformes, & undequaque vel ab umbra hæreſeon tutæ & ſecuræ.

235. Quoniam vero abſque principiis Matheſeos Phyſicæ ſtudium ſuſcipiendum non eſt, proinde primo ſtatim Philoſophiæ ſeu Logices anno, à primis Menſe 7bri lectionibus ultima cujusvis Scholæ Matutinæ media hora, compendium Mathematicorum Wolffii, vel alius id genus liber, toto biennio Auditoribus Phliæ diligentiſſime explicetur, quam explicationem dicta ultima media hora, vel Primus, vel Secundus Profeſſor Philoſophiæ tradet, nec Phiſicen, abſque præmiſſis Arithmeticæ, Geometriæ, Algebræque principiis unquam incipiet. Quare hoc cōpendium Wolffii & P. Paulini Arithmeticen ac Algebram, ſeu alios ſimiles libros pro Profeſſoribus omnibusque Studentibus, PP. Provinciales ad Bibliothecam Provinciæ omnino emi & conduci curabunt.

236. Studium linguæ Græcæ Conſtitutionibus noſtris præſcriptum eſt, quare biennii Philoſophici tempore, hoc ſtudium horis in ordine temporis præſcriptis omnino tradatur. Qui linguam hanc Doctorum judicio ad ſacram & profanam eruditionem neceſſariam perficere voluerit, in reliquo vitæ curſu Studium ejus colet, hoc vero biennio, noſtri Philoſophiæ Alumni tantum ſaltem in ea proficere ſtudeant, ut libros Græcos aliquomodo intelligere ac explicare poſſint, id quod Scholis Piis magnopere conveniet decorique erit: perfectionem verò illi, qui majus ejus deſiderium habuerint deinceps proprio ſtudio conſequentur.

237. Cum hoc tempore linguæ præſertim Gallicæ notitia ſummopere ad doctiſſimos omnis generis libros legendos ſit proficua, hora æquè in ordine temporis aſſignata, linguæ Gallicæ ſtudeant. Si aliqui erunt, qui nulla adhuc linguæ hujus principia habeant, iſti ne alios morentur, veſpertinarum recreationum tempore, Præceptor linguæ Gallicæ iis Grammaticen prælegat, & explicet, Declinationes, conjugationes, ac vocabula condiſcant, quæ exercitatio diebus Lunæ, Mercurii, Sabbati, imo & aliis, veſpertinarum recreationum tempore erit ipſis & utilis, & non injucunda. Jam verò ſupponitur eos anno elapſo Studii Rhetorici jam didiciſ-

http://rcin.org.pl

didiciſſe principia aliqua huius linguæ. Quare hoc anno Præceptor linguæ Gallicæ in communi Schola & hora nulla præcepta dictet, ſed legat illis duntaxat, & explicet, aut potius legi & explicari faciat, non Gramaticen ſed Conciones Bourdaloue, vel alias: identidem in his quæ legendo occurrunt regulas linguæ eos doceat, nonnunquam conjugare eos verbum aliquod faciat. Sed ulterioribus Menſibus legant duntaxat & explicent quam plurima poterunt. Accentum verò quam maxime curet ut benè voces enuntient. Vocabula quæ ipſis nova occurrunt notent, & memoria diſcant. Jtem partem libri quem explicuerint. Tertia quavis lectione aliquid cum eis componat, ut Epiſtolam vel traductionem alicujus hyſtoriæ. Dictando ut benè Orthographiam ſcribere diſcant, ſingulas literas vocum dictet, in Colloquiis Gallicè loqui ut poterunt conentur. P. Spiritualis & adjunctus, ut quam modeſtiſſimè ſe gerant, & diligenter facienda faciant, præprimis invigilent. P. vero Profeſſor attendat & dirigat Præceptorem linguæ ne à Methodo præſcripta recedat.

238. Et quoniam triennio jam ante Studium Philoſophicum in Novitiatu & in Studio humaniorum ſupponuntur aliquam linguæ Germanicæ dediſſe operam, ne & hujus Philoſophico biennio ſine ullo exercitio, ut facile eſt obliviſcantur, P. Provincialis curet ſemper, ut ſit in Profeſſorii hujus Domo aliquis ſemper è noſtris deſtinatus Germanus, vel linguam hanc callens, cui Clerici omnes ter in ſeptimana, diebus ſcilicet Martis, Jovis & Dominico, abſque ulla alia in communi lectione dent duntaxat in ſcripto experimentum aliquod linguæ Germanic , ſcilicet deſcribant privatim ex libris Germanicis Typo impreſſis aliquot periodos vel lineas, lingua & charactere germanico, ut epiſtolam, hyſtoriam, partem Concionis &c: Quod latine traducant, & dicto Patri finito prandio vel cæna examinandum tradant, qui emendet & iis ſubſcriptum à ſe reddat, negligentes P. Spirituali aut Rectori deſerat.

239. Geographia pariter temporibus in Ordine temporis deſignatis, diligentiſſimè tota pertractetur ex Cluverio & Hûbner, quorum uterque conſequenter explicentur, cum chartis Geographicis.

240. Et cum nullum ſit ſtudium, quod magis, & Chriſtianis omnibus, & præcipuè certè nobis conveniat lectione Bibliorum, horum itaque cum brevi ac literali commentario lectio ac explicatio deſignatis horis maximè commendatur.

241. Docturis vero Scholas & Juventutem educaturis Nobilem, nihil utilius eſſe poteſt, lectione Sanorum Politicorum, quorum Sententiæ ſint undequaq; Religioni juſtitiæque conformes, talia ſunt Arcana Status Pelzofferi, quorum lectio ac explicatio ſuis horis majorem in modum commendatur. Nicolai Vernulæi politica, Grotii de jure belli & pacis, Sancti Thomæ de educatione Principis & ſimiles, qui ad Rhetoricas lucubrationes incredibilem opem olim afferent. Aliqua & Zalaſzowſcyi ſeu jurium Patriarum cognitio eſſet noſtris perutilis: hyſtoricos autem ſibi diſtributos privatim legant.

242. Cum denique exercitatio in Concionibus præprimis neceſſaria ſit, eæque plus bonis exemplis quã præceptis diſcantur. Ordinamus præſentibus ut diebus

http://rcin.org.pl

bus feſtis & Dominicis uti in Ordine temporis, prælegantur ipſis optimæ Conciones delectæ ex Skarga, Starovolſcio, Liborio, de la Selve, Letins, Patrum Homiliæ, Conciones ex D. Vincentio Ferrerio &c: aut explicentur ex Gallicis, dum linguam hanc commodius didicerint.

243. Circuli more ſolito fiant, ſi libet Profeſſoribus, etiam ſingulis ſeptimanis vel binis. Diſputationes publicæ una in anno, in qua plures reſpondere poſſunt. Examen ex univerſa Philoſophia finito biennio, primis Menſis Maji in quo ſuos interroget PP. Profeſſores vel alii, in præsentia P. Rectoris & Communitatis, ac Commiſſarii Provincialis, qui pro hoc actu ſemper aliquem virum intelligentem mandabit, ſi ipſe aſſiſtere non poterit. Patris autem Rectoris intererit, ad P. Provincialem tempeſtivè ſcribere pro mittendo ejusmodi Commiſſario.

244. Patres Profeſſores nulla omnino præter infirmitatem ratione ſe ſe unquam à Schola abſentent, nec tardent.

245. Spiritualis Doctrinæ tempore in ordine præſcripto quotidie diligentiſſime tradatur toto biennio Studii Philoſophici, qua de re in ordinatione diſciplinæ regularis.

246 Et quoniam jam Magiſtris futuris Scholarum nihil magis, neceſſarium eſt, quam ſcire Scholas docere, proinde majorem in modum commendamus Patribus Profeſſoribus Philoſophiæ, & PP Superioribus vigilantiam hac ſuper re, ut Menſibus, toto Majo, Junio, & medio Julio, una media hora Scholæ pomeridianæ prima, Ordinationes de Scholis publicis à primo capite ad calcem cum paragraphis de Præfectis Scholarum & Concionatoribus, auditoribus Philoſophiæ quovis anno prælegant, & ſerio explicent ac inculcent: quatenus in ſpatio trium annorum Profeſſorii ter Ordinationes dictas bene audiant & conſiderent.

247. E ſupradictis liquet iſtas Lectiones, huic biennio eſſe proprias nimirum, 1. Doctrina Spiritualis 2. Schola Logices, Methaphyſices & Ethices. 3. Schola Phiſices. 4. Explicatio Arithmeticæ, Algebræ & Compendii Mathematicorum Wolffii, vel ſimilium. 5. Geographia. 6. Bibliorum cum Commentario explicatio. 7. Linguæ Græcæ ſtudium. 8. Linguæ Gallicæ. 9. Linguæ Germanicæ aliquod exercitium. 10. Concionum, tum & rerum Oratoriarum exercitatio. 11. Explicatio Pelzoffer, Grotii. 12, Ordinationum de Scholis prælectio

248. Pater Spiritualis Doctrinam Spiritualem & explicationem Bibliorum tradere poterit, aut P. Adjunctus.

249. Unus Profeſſor tradere poteſt tres partes Philoſophiæ & ex compendio Wolffii Arithmeticen, Geometriam, Trigonometriam, Algebram, &c:

250. Alter Profeſſor Phyſicen: & reliquas compendii Volphiani partes.

251. Profeſſor unus linguam Græcam, qui & Politicos libros explicare illis poterit, aut ſi unus ex Profeſſoribus Philoſophiæ hos aſſumet, ille Geographiam Vel P Adjunctus Patris Spiritualis tradet.

252. Linguam Gallicam ſuus Præceptor, exercitium Germanicæ aliquis è noſtris Germanicam callens.

253.

http://rcin.org.pl

## §. XIV.

253. Concionum, & pro lucubrationibus ſcholaſticis, item Germanicæ linguæ ac hiſtoriæ nulla in Communi lectio, ſed duntaxat harum rerum inſpectio, ad PP. Profeſſores pertinet.

254. Jtaque ad hoc Studium neceſſariæ ſunt Perſonæ: P. Spiritualis. P. Adjunctus, P. Profeſſor Philoſophiæ. Secundus Profeſſor Phliæ, & ex his tribus aliquis Mathematicorum Principiorum Magiſter, tum linguæ Græcæ, Præceptor Gallicæ, & aliquis in communitate Germanus, Adjuncti munus conjungi poteſt cum aliquo ex mox dictis.

255. Hanc ſtudiorum rationem cum pietatis & Orationis ſtudio à Regula præſcripto conjunctam, cum diligenter obſervabunt, boni primum probique ac religioſi homines,eſſe diſcent, deinde bonam Philoſophiam,aliarumque perutilium rerum ſolida acquirent principia, quæ Deo dante ad DEI gloriam, proximorum & Reipubl: utilitatem, Patriæ, Ordinis, ac Provinciæ noſtræ ornamentum, ſuique boni Nominis & honeſtæ famæ incrementum,ac imprimis ad meritum ſalutis æternæ perficient.

## §. XV.

# ORDO TEMPORIS.
## PRO PROFESSORIO
## & Studio Philoſophico.

### *Pro Diebus profeſtis ſive ferialibus.*

256. Ab hora 5 ad 6, ſurgent & meditationem conſuetam abſolvent.
à 6 ad med: 7. Lotio, lectio privata.
à med: 7 ad 7. Sacrum.
à 7 ad 8. Studium privatum.
ab 8 ad med: 10. Schola.
à med: 10 ad 10. Studium Geometriæ, ſpeculativæ & practicæ.
à 10 ad 11. Studium Linguæ Gallicæ.
ab 11 ad 1. quadr: pro 1. Prandium, Recreatio.
à 1mo quadr: poſt 12, Coronula.
à med: 1 ad 2. Præparatio ad Scholam.
à 2 ad med: 4. Schola.
à med: 4 ad primum quadr: poſt 5. Explicatio Pelzofferi vel Grotii, & alternis diebus lingua Græca.
à 1 quadr: poſt 5, ad med: 6. Studium privatum.
à med: 6 ad 6, Doctrina Spiritualis in communi per Patrem Spiritualem.



http://rcin.org.pl

à 6 ad 8. Meditatio, Cæna, Recreatio.
ab 8. Litaniæ Omnium Sanctorum.
à 3. quadr: poſt 8. Silentium, Dormitio.

## *Pro Diebus Feſtis minus Solemnibus & Dominicis.*

à 5 ad 6, Surgent, & meditationem conſuetam abſolvent.
à 6 ad med: 7, Lotio, lecti compoſitio,
à med: 7 ad 7, Sacrum.
à 7 ad 8, Studium privatum.
ab 8, ad 3. quadr. poſt 9. alternis, præparatio pro Catechiſmo & Doctrina Spirituali olim ſtudioſis tradenda, & alternis diebus feſtis, ſtudium linguæ Græcæ.
à 3 quadr: poſt 9, Præparatio ad SSmam Communionem.
à 10 ad 11, Sacrum, Communio, Gratiarum actio, atque ſtudium privatum.
ab 11 ad 12, Studium Geographiæ media, & altera media hora Bibliorum, aut Hiſtoriæ Sacræ.
à 12 ad 2, Prandium, Recreatio, & Coronula.
a 2 ad 3, Lectio rerum Polonicarum: & alternis, ſtudium Arithmeticæ.
à 3. ad med: 6. Veſperæ & Recreatio.
à med 6 ad 6. Lectio Concionis. Cætera ut ſupra:

Diebus ſolis Dominicis non aliis Coronula poteſt abſolvi ante meditationem Veſpertinam, & ſi poſt Prandium dicetur, pulſetur pro ea tertio quadr pro 2da.

Diebus primis Nativitatis, Paſchatis, Pentecoſtes, aliisque quibusdam Solemniſſimis, cum tempus fere totum devotionibus impendatur, quid quid ſupererit temporis, lectioni Librorum Spiritualium dabunt; Tribus autem reliquis feſtis, Natalem Domini ſequentibus, uti & duobus Paſchatis & Pentecoſtes, ordo temporis ſervabitur, prout ſupra diebus feſtis. Diebus feſtis Solemnibus Communio in Sacro Cantato.

Diebus Hebdomadæ Sanctæ, à Meditatione ad Officia in Eccleſia peragenda deſcendent, deinde ſtudium privatum, tum horis aſſignatis aſſiſtent SSmo, alii lectioni Librorum Spiritualium vacabunt.

Loco Conferentiæ ſingulis Dominicis diebus, item omnibus ordinariis feſtis, præter Solemniſſima aliquot, in quibus devotiones extraordinariæ longius in Eccleſia durant, media hora pulſabitur ante ſecundum pro meditatione pulſum, & tunc omnes Patres & Clerici Studentes conveniant ad locum ſolitum Scholæ, quã exactiſſime, nullaque mora interpoſita cum P. Spirituali, vel ſi hic impeditus fuerit, cum alio, quem P. Spiritualis ſubſtituerit, qui illis ſummo in ſilentio audientibus concionem perleget, vel aliquam doctrinam Spiritualem.

Pro

http://rcin.org.pl

## *Pro Diebus Recreationis.*

Ad 2. quadr: pro 7. quieſcent.
à med: 7. ad 7. Lotio, lectio privata.
à 7. Sacrum.
à med: 8. ad med: 10. Studium privatum.
à med: 10. ad 11. Lectio Concionis, vel alternis lingua Gallica.
ab 11. ad 2. Prandium, Recreatio, Coronula.
à 2. ad 3. Studium Geographiæ.
à 3. ad 4. Si non exibunt pro Recreatione extra Collegium, ſtudium Bibliorum, & poſt id, à 4, recreatio; ſi exibunt, Recreatio à 3. uſque ad meditat:
à med: 7. Meditatio, Roſarium, Cæna, &c:
Jn Quadrageſima Meditatio Veſpertina, ſolito tempore.

## *Pro Diebus Communionis.*

à med: 7. ad med: 8. duo Sacra audient, & in primo communicabunt, præmiſſa præparatione.
à med: 8. Studium privatum.

*Cætera ut ſupra diebus ſcholaſticis.*

Si autem die profeſto Communio contingat, & ſimul Sacrum in Eccleſia cantandum, vel lectum cum Expoſitione SSmi, mane horâ conſuetâ ſacrum audient, deinde ſtudio privato vacabunt, tum ab hora 8. pro ſtudio ad Scholam deſcendent, inde uno quadrante ante Sacrum pro Præparatione ad Communionem exibunt, poſt Sacrum; gratiarum actionem perſolvent. Sacris autem, quæ in Eccleſia noſtra Jnteramnenſi diebus Martis, Jovis, & feſtis minus ſolemnibus cantantur, aſſiſtere non tenebuntur.

## *Pro Recreationibus totius diei, & Bacchanaliorũ tempore.*

Ad horam 7. quieſcent.
à 1. quadr: pro 8. Sacrum audient.
ab 8. ad 10. Studium privatum.
à Prandio, Recreatio ad meditationem.

## *Pro Vacationibus Generalibus.*

Ad med: 7. quieſcent.
à med: 7. Meditatio, deinde Sacrum, tum pôſt unâ horâ doctrina Spiritualis, deinde ad prandium ſtudium privatum.
ab 11. ad 1. Prandium, Recreatio.
à 1. Coronula, deinde ſi ex Collegio non exibunt, ad 3. ſtudium privatũ;

Si exibunt tunc ad Meditationē ſerotinam recreationē continuabūt.
Cantatis Sacris omnibus diebus feſtis, & die Martis cū Expoſitionibus aſſiſtent.

## *Tribus Commemorationis Defunctorum diebus.*

Horâ conſvetâ Sacrum audient, poſt quod ad med: 8. ſtudium privatum.
à med: 8. ad 9. ſtudium in Schola.
à 9. ad 11. Officium & cætera in Eccleſia, tum reliqua ut diebus Scholaſticis.
Jdem Ordo Temporis diebus Veneris ad Confraternitatem Cordis JESU pertinentibus. Diebus Dominicis quadrageſimæ, hora 3. ad Eccleſiam pro Paſſione deſcendent, poſtea ſi quid temporis ſupererit, ſtudio privato impendent.
Recreationes totius diei abſque ulla lectione communi, ſingulis Menſibus una, & tempore Vacationum 4. vel plures dabuntur.

## §. XVI.

# ORDINATIO.

## De vigilantia ſumma in Profeſſoriis utriuſque tam humaniorum quam Philoſophiæ Studii, adhibenda.

### *Ad Patres Profeſſoriorum Rectores, Patres Spirituales, eorumque Adjunctos, & ad Patres Profeſſores.*

257. GRatiæ imprimis Divinæ fidendum eſt, deinde in bona ac ingenua Religioſorum noſtrorum indole ſperandum eſt, ea quæ circa regularem diſciplinam, circa ſtudiorum rationem, circa ordinem temporis, utiliter ac neceſſario præſcripta ſunt, ab iis exacte obſervatum iri. Si quid vero etiam in tot officiis alicui quod corrigendum ſit accideret, mirandum ſane non eſt, ipſa quodam modo ſcriptura fatente: pronos eſſe ad malum ab adoleſcentia ſenſus hominis. Nec ideo & adoleſcentes noſtri, quod vitam Religioſam profeſſi ſint, à communibus univerſæ juventutis erroribus, ſingulari aliquo exempti ſunt privilegio. Jmo ille, qui circuit quærens quem devoret, magis quoque omnem ſuam artem & induſtriā videtur intendere, ut has DEO ipſi conſecratas, ſi poteſt eripiat, & devoret victimas. Quare nullomodo putandum eſt adoleſcentes noſtros æquè juvenes ut alios, & qui etiam magis ab hoſtibus animæ impetuntur, quam alii, ex ipſa vi vocationis ſuæ, fore bonos, proboſque; certè non erunt boni, niſi ſumma & incredibilis quædam continuo cuſtodiendis, monendis, dirigendis, docendiſque adhibeatur diligentia. Erunt verò conſtanter boni, ſi primum dextera Domini, deinde eorum ingenuitas

http://rcin.org.pl

nuitas & conſcientia ac vocationis amor, tandem ſi ſolers Superiorum eos adjuvet vigilantia. Quamobrem imprimis Patris Rectoris intereſt, diu noctuque ſuper eorum moribus invigilare, de iis continuo informari, eos ſæpe ter, quater, quinquies quavis hebdomada inviſere, res omnes, quæ circa eos contingunt dijudicare, componere, iisque conſulere, errantes cõmonere, corrigere, juxta præſcripta ac pro prudentia, nihil impunitum relinquere, quæ circa diſciplinam eorum ſtatuta ſunt, horum obſervantiam totis viribus curare & urgere. Sed harum vel maxime in Profeſſorio perſonarum id intereſt, nempe P. Spiritualis, PP: Profeſſorum, & P. Adjuncti. Patrum quidem Profeſſorum quibus horis & moribus & profectui ſuorum diſcipulorum invigilent, jam ſuperius præſcriptum eſt. Certè quotidie pluribus horis, eorum curæ oculisque ac authoritati ſubeſſe debent, ex eorum officio: nihilominus etiam extra Scholam ab eorum inſpectione, monitionibus, omniſque cura, ubi illis oportunum erit, non eximuntur. Singularis tamen & magis immediatè cæteris omnibus inſpectio morum, cura obſervantiæ, & continua juvenum noſtrorum cuſtodia incumbit P. Spirituali, ejusque adjuncto. Qui ſolo nomine à Magiſtro, & Pro Magiſtro Novitiorum quodammodo differre debent.

258. Jd vero imprimis perpetua & infallibili experientia conſtare, verumque eſſe meminerint, quod nullæ ad virtutem perſuaſiones, nullæ in delinquentes pænæ ad continendos juvenes tantum valeant, quantũ valet continua, perpetua, non interrupta & nunquam defatigata illorum cuſtodia, ac jugis diu noctuque vigilantia. Perſvaſionum ſæpe obliviſcuntur, pænis pro exiguo tempore corriguntur, & iterum ad naturam redeunt. Quodſi ſubſunt continuo moderatorum oculis, certè continua eorum reverentia & aſpectus, ut juvenile aliquid committant, fere illis tempus & libertatem adimunt. Solus ergo cuſtodum oculus ille eſt, qui ad continendos in officio adoleſcentes, cæteris omnibus modis majorem ac efficaciorem omnino vim habeat.

259. Pater ergo Spiritualis, primo cum mane ſurgunt, mox ante meditationem cubicula eorum cum ipſi viſum fuerit & libuerit, luſtret, vel ſi id facere non potuerit, ob ſuæ ſanitatis rationem, pridie ut id faciat, Patrem Adjunctum admoneat. Jn meditatione pariter, ſi quos abeſſe viderit, ipſemet excitet, vel Clericum aliquem ad excitandos mittat. Viſitationem SSmi cum eis peragat, eos ad ſuperius curritorium comitetur, dum ad lavacrum accedunt, eos feneſtrâ apertâ aſpiciat, ad Sacrum deducat, iis in Sacrario donec exeant invigilet, eos identidem in templo obſervet, cellulas eorum quotidie obeat, tam matutinis, quam pomeridianis, veſpertinis, nocturnisque horis, idem & P. Adjunctus faciat. Nihil enim obeſt ſi etiam circumeundo cubicula in ſe incidant. Gallicæ lectionis tempore ſit præſens aliquis è duobus, niſi illam ipſemet Profeſſor fortaſſe tradat. Tam P. Spiritualis ejusque Adjunctus, quam P. Profeſſor invigilent, ne ſtudentes ante tempus Scholæ ad aulam conveniant, ſed ut ſigno dato celerrimè eò ſe omnes conferant, neque poſt Scholam ullomodo in aula remaneant, ſed mox redeant ad ſua cubicula. Cum privata abſolvent ſtudia, maximè invigilandum erit præter feneſtras apertas, etiam ſæpè inviſendo, ne tempus ullomodo fruſtra ab aliquo teratur. Fr Cuſtos aulæ graviter

http://rcin.org.pl

viter frequenterque admoneatur, ut ſi quid minus conveniens animadverterit, mox & toties quoties ſuperioribus deſerat, qui quidem F. Cuſtos aulæ maxime à Superioribus omnibus tuendus eſt, ne fortaſſe ſiniſtris delationibus aliorum vexetur; illi etiam exigua quædam authoritatis ſpecies inter alios fratres à Superioribus cōſtituetur. Magna tamen utendum prudentiâ, monendusque eſt ille continuo, nè temere alios delationibus inquietet, neve deferenda taceat.

260. Ad recreationes ſive in loco refectionis, ſive in horto, ſive alibi illæ fuerint, continuo & irremiſſibiliter ſemper à P. Spirituali & ejus adjuncto conducantur & cuſtodiantur. Poſt prandium, & poſt cænam ſemper P. Adjunctus ſtudētibus adſit, ſi P. Spiritualis id aliquando facere non poterit. Recreationum verò tempore P. Spiritualis præſens adſit, vel ſaltem ſæpiſſimè Fratres inviſet. Cum verò extra Collegium exibunt, ſi eos remotius P. Spiritualis comitari non poterit, P. Profeſſor, vel P. Adjunctus, vel aliquis ex gravioribus Patribus, à P. Spirituali petitus eos comitetur. Summa quæ dari humanitus poteſt attentio habenda eſt, ne familiaritates, conventiones, rixæ, detractiones, jocique leves inter ſtudentes unquam audiantur, & ſi quid ſimile acciderit, mox cum prudentia compeſcatur. Qui ex ſtudentibus recreationis tempore diſcunt muſicen (non alio unquam quam recreationis tempore) licentiam ſemper non generalem, ſed toties quoties accipiant. Et cum in horto recreatio eſt, in ipſomet horto à parte remotiore ludant, ſi in loco refectionis recreatio eſt, ibidem ad ſeparatam menſam muſicæ vacent, nunquam vero in cubiculis.

261. Res quibus maxime invigilandum eſt, erunt præſertim iſtæ: ne ullus alterius ingrediatur cubiculum, ne cum Sacerdotibus colloquantur, ne tempus fruſtra perdant, ne à Schola, templo, officiis præparationibus ad Communionem, & Gratiarum actionibus, ſtudio aliisque communibus lectionibus & recreationibus unquam abſint, ne rixentur, aut ſubmurmurent, ne familiaritatibus noxiis ullus cum ullo notetur, ut ſimul omnes ad omnia ſigna communia deſcendant & aſcendant, ne in curritoriis vel ante cubiculorum fores colloquantur, ne ad aulam extra tempus conveniant, ne lavando confabulentur, ne in recreationibus clamores edant, aut immodeſte ſe gerant, ne cum extra Collegium exeunt, ne minimæ immodeſtiæ, in inceſſu, voce, & geſtu notentur: ne aliquæ inter eos ſint ſciſſiones & puerilia partium ſtudia, ne noctu diu lumen teneant, aut illud incautè gerant, ne cū extra exeunt, ullomodo aliqui ab aliis ſeparentur, ſed ſimul ſemper omnes & ubique maneant, ne in horto fructus ullomodò carpant, aut per hortum divagentur, nec in cellis, tempore communium exercitiorum aliqui remaneant, ut cellulas, lectos, veſteſque munde teneant, ut Conciones & alias Scholaſticas lucubrationes deſtinatis pro quocunque temporibus perorent.

262. Hæc omnia & his ſimilia unicæ P. Spiritualis curæ, ſolicitudini, ac vigilantiæ demandantur, atque P. Adjuncti, ut ſecum ſemper collatis ſtudiis invigilent, ſique debilitas ſola P. Spiritualem aliquando præpediret, P. Adjunctus diligentiſſimè hæc omnia ſuppleat. P. Rector autem ſemel pro ſemper utrique & PP. Profeſſoribus auctoritatem publice conferat, omnes ſtudentes ſi opus fuerit mortifi-

http://rcin.org.pl

mortiſicandi ut illis prudentia ratioque dictaverit, aut ſi videbitur, ad culpam dicendam eos obligandi.

263. Quod autē ſumma præ cæteris ſollicitudine cōmendatur,eſt, ut horis præſcriptis doctrinaSpiritualis ſtudentibus à P.Spirituali vel eo legitime impedito à P. Adjūcto quotidie tradatur,expliceturq; *vg:*Druzbicki,NovellusReligioſus,Tractatus de votis,tractatus de ſoliditate virtutū,Lidius lapis virtutū ejusdē,qui ſunt vere Methodici,ne alii aliquomodo ſpeculativi non tam ſint efficaces. Ad hanc doctrinā bene ſe qui eſt explicaturus præparet, eamque ſibi perlegat, applicatio quidem eorū, quæ magis notanda in lectione occurrunt, facienda ſemper eſt ad audientes, non multis tamen verbis,& cavendo ab omni eo, quod eos moleſtiâ afficere poteſt, quæ lecta ſunt paucis reaſſumant, & cum quam maxima modeſtia & ſilentio omnia audiant,ſummopere P. Spiritualis invigilet. Ultimū etiam quadrantem horæ, dū ſupereſt, ante meditationē ſerotinā,ut privatæ librorū Spiritualiū lectioni impendant ſerio invigiletur, ad reddendam denique ut moris eſt, ſemel ſaltem in Menſe P. Spirituali conſcientiam,maximâ diligentiâ obligentur & ſuaviter ad id à P. Spirituali inducantur, atque etiam ii qui venire tardaverint ab eo vocentur. Jlle jam Dominus, qui niſi cuſtodierit Civitatem, fruſtra vigilat qui cuſtodit eam, vires addat,& cæleſte infundat lumen,ut cū exacta ſpeculatorum obſervantia in Sanctitate & juſtitia Adoleſcentes noſtri verſentur coram ipſo omnibus diebus vitæ in domo Domini.

Hæc omnia ſupradicta in omnibus & ſingulis punctis Auctoritate nobis conceſsâ, renovata & confirmata, manu noſtra ſubſcripſimus.

## §. XVII.
## *De Studio Matheſeos.*

264. EXtant BEATI PATRIS Epiſtolæ aliquot, in quibus Matheſeos ſtudiū, noſtris perquam ſolicite commendat, optatque ut tales ſemper ſint in Provinciis, nec unquam deficiant, qui Matheſim profiteantur ac doceant.

265. Tempore Philoſophici Studii, ordinatum eſt, ut præſcripto ſingulis diebus tempore, Taqueti Geometria, aut Corſini, compendium Wolffii Mathematicarum diſciplinarum, vel quid ſimile tradatur, quod tamen principia quædam duntaxat magis ad Philoſophiam neceſſaria ſuppeditabit, quam pleniorem rerum Mathematicarum notitiam. Jtaque Auctoritate Viſitationis noſtræ Apoſtolicæ, ita in perpetuum ordinamus. Jmpenſa ſunt pro ipſo Fabricæ Collegii Nobilium principio, 20 florenorum Polonicorum millia, quæ erant pro Matheſeos Profeſſore, per pie defunctum P. Joſephum Jaſtrzębſki Provincialem, Virum de Provincia noſtra bene meritum collecta & deſtinata. Præterea Collegium Nobilium eget ſemper pro Nobilibus Adoleſcentibus Profeſſore Matheſeos, ad illud itaque P. Provincialis, ſemper Profeſſorem Matheſeos deſtinet, ſive ex aliis, ſive præcipuè ex iis, qui



http://rcin.org.pl

beneficio Provinciæ conceſſum ſibi, ſive Provinciæ impenſis, ſive Parentum, aut Benefactorum ſubſidiis tempus, pro peregrinando ad exteras Nationes habuerunt; qui ut ſupponitur, Mathematicis, Theologicis, ac linguæ Græcæ vel Hebraicæ cōdiſcendis primam operam navare tenentur.

266. Jam cum idem Collegium Nobilium ſemper SubPræfectis egeat, pro iis itaque prævia optimorum morum certitudine, tales abſoluto Philoſophico ſtudio, vel etiam ſi contigerit, & Theologico, SubPræfecti deſtinentur, qui in eodem Collegio non alia ſtudia, quam diſciplinarum Mathematicarum habeant. Videatque Provincialis, ut qui ad illas majorem inclinationem ingeniumque habuerint, altero tertiove anno, in earum ſtudio relinquantur; qui minus, poſt unum annum aliis locum cedant. Denique qui ſingularem ad Matheſim aptitudinem habuerint, deinceps ſe ipſos perficient.

## §. XVIII.
## *De Studio Theologico.*

267. UT Provincia in duobus locis, duobus ſtudiis univerſæ Theologiæ bene ordinandis ſufficiat, id pro præſentibus ejus viribus perdifficile eſt. Cum igitur Cracovienſis Domus fabrica Deo dante finiet, talem perpetuam Authoritate Viſitationis Apoſtolicæ pro Cracovienſi Theologico Studio Ordinationem conſtituimus.

268. Profeſſores ad minimum 4. perneceſſarii ſunt, nimirum duo Theologiæ, tertius Juris Canonici, quartus Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ & Conciliorum, atque unus ex iis vel ſeparatim Profeſſor linguæ Græcæ, Hebraicæ. &c.

269. Totum triennium ſtudio huic nunquam minus (niſi quis minus idoneus fuerit) in perpetuum definimus, Horasque ſeparatas primo & ſecundo Theologiæ Profeſſoribus, alias item ſeparatas quotidie Juris Canonici Profeſſori, alias ſeparatas Hiſtoriæ, alias denique ſeparatas linguæ Græcæ, vel Hebraicæ Profeſſori deſtinamus, ut in Ordine temporis.

270. Et quoniam ſi ad calamum dictetur per biennium, aut triennium non poſſe tradi integram Theologiam conſtat, proinde majori commodo, & Profeſſorum, ut temporis plus habeant, tam in cubiculis legendi quam in Schola explicandi, & ſtudentium noſtrorum utilitati conſulendo, ordinamus ut Theologia, aliaque ſuperius dicta ex libris prælegantur, ita tamen ut liberum ſit Patribus Profeſſoribus Theologiæ, quæſtiones nonnullas ſibi bene viſas ad calamum dictare. Ea præſertim quæ Auxilia Divina concernunt, à quibus characteriſticis ut ajunt doctrinæ S. Thomæ ſententiis, juxta capitula noſtra Generalia, recedere nō debemus. Jnterea excellentiſſima Tournelii Theologiæ opera, inſigni expenſâ conducta ſunt pro Theologiæ noſtris Auditoribus, donec PP. Provinciales & Provincia, ſi libebit, alios hoc fine libros procurarint, aut aliquis è noſtris completum opus aliquod eo fine ediderit. Alii præterea ut Melchior Canus, Gottus, Berti, Vitaſs,

http://rcin.org.pl

Vitaſs, ſimilesque præſtantiſſimi Theologi pro hujus ſtudii uſu conducti ſtudentibus Theologiæ communicentur, eorumque notitia detur. Maximè Theologiæ pro Diæceſi Petrocorenſi conſcriptæ, & à præſenti Summo Pontifice collaudatæ, quam denique noſtri ſæcularibus Theologis communem poſſent reddere. Theologia Moralis non minus quam Dogmatica Eccleſiæ neceſſaria, ob brevitatem curſûs biennalis, & ob multitudinem ſcribendorum, è ſtudiis noſtris Theologicis hucusque fere relegata, æquè ut Speculativo Dogmatica Theologia in hoc triennali curſu Profeſſoribus noſtris commendatur, & omnino injungitur, ad quam vel Tournelius, cum compendio Theologiæ ejusdem per Doctiſſimum Petrum Collet Congregationis Miſſionis confecto, vel ſi tot libri aderunt, ut omnibus ſtudentibus diſtribui poſſint, præſtantiſſima Concinæ Theologiæ Moralis Opera deſtinantur.

271. Patres Profeſſores ita inter ſe Tractatus Theologiæ univerſæ Speculativo Dogmaticæ ac moralis partiantur, ut per triennium eos diſcipulis prælegere poſſint, neque exiſtiment, quidquam ex iis ut captu facilius rejiciendum eſſe, cum certe res morales æquè ac dogmaticæ fidelibus ſint neceſſariæ; abſoluto verò à ſtudentibus Theologiæ curriculo, non ampliùs de legenda Theologia Morali ab iis cogitari ſolet. Jta vero PP. Profeſſores tractatus omnes inter ſe diſtribuant.

272. Uno anno matutinus Profeſſor tradet Tractatus de DEO Uno, & Attributis, Scientia & Voluntate, ac Prædeſtinatione. 2. Anno de Trinitate, de Angelis, de opere ſex dierum, de Eccleſia. 3. Anno de actibus humanis, legibus, virtutibus, peccatis, cenſuris Eccleſiaſticis.

273. Secundus Profeſſor. Primo anno de Jncarnatione, de Gratia. Secũdo Anno de Sacramentis, tam in genere quam in ſpecie. Tertio anno de contractibus, de Juſtitia & oppoſitis ei, de reſtitutione, de Beneficiis, & reliqua moralia.

274. A quæſtionibus, quæ ſana ſapientiſſimorum Eccleſiæ Theologorum opinione judicantur inutiles, ad intelligendam defendendamque Religionem, & morum diſciplinam parum admodum, aut nihil conducentes, mere ut vocant, Scholaſticis, pro maturo eorum judicio Patres Profeſſores caveant, & omnino abſtineant. Aliquas ſi libet, quam breviſſimis quæſtione & reſponſo expediant, & ad ſolida ac Religioni Chiſtianæ neceſſaria properent. Explicationibus inutilibus tẽpus non teratur, dummodo quæ legunt, benè auditores intelligant. Jta facile omnes tractatus diligenterque legendo conficient.

275. Jus Canonicum horâ deſtinatâ tradatur, imprimis ejus principia ex Tractatu P. Remigii. Deinde Anacleti opus pro jure religioſorũ, aliique prælegantur. Ut Profeſſor Juris Canonici habeatur, aliqui è noſtris pro hauriendis ejus principiis extra Provinciam mittantur, aut denique è noſtris antiquiores, ingenio judicioque pollentes Profeſſores deligantur, qui prædictos libros ſibi prius diligenter perlegant, & meditentur, conſilioque in dubiis Juris prudentum utantur, ita, ut noſtri in aliis Provinciis, fabricando ut ajunt fabri fient, & diſcendo docendoque ſe aliosque perficient.

276. Pro Hiſtoria Eccleſiaſtica tradenda Hiacynthum Graveſon primùm

Profeſſor diſcipulis prælegat, deinde diſſertationes ſuper Hiſtoria Eccleſiaſtica Alexandri Natalis, Rationarium temporum Petavii, tum compendium aliquot Conciliorum Oecumenicorum ut Carenzæ &c:

277. Linguæ Græcæ ac Hebraicæ notitia doctis præſertim viris Eccleſiaſticis magnopere utilis, Dogmatibusque Eccleſiæ tuendis percommoda ſemper exiſtimata eſt. Patres Provinciales imprimis curent, ut quibus noſtris Juvenibus ad exteros peregrinandi facultatem concedunt, ii has linguas condiſcant, quarum ſtudio Theologicis exercitationibus ſemper adjungendo, ſua in ordine temporis hora deſtinata eſt.

278. Profeſſor linguæ Græcæ, vel Hebraicæ alternis lectionibus Sacram Scripturam cum Commentario Calmeti, Auditoribus Theologiæ prælegat & explicet.

279. Pro Theologia poſitiva libri Patrum excellentiumque de rebus Eccleſiæ ſcriptorum, quos privatim horis ſubciſivis legant, Auditoribus Theologiæ ad cubicula tradantur.

280. Libros omnes, tam ex Bibliotheca Provinciæ, quam ex Bibliotheca Domûs, P. primus Profeſſor Theologiæ omnibus tradat, ab illisque eos recipiat, ea ratione ut præſcriptum eſt ſuperius in Profeſſorio.

281. De Vacatione una duntaxat in ſeptimana idem quod in Profeſſorio obſervetur. Jtem de exemptione ab omnibus Officiis domeſticis ut in Profeſſorio.

282. Nullus è Profeſſoribus aut diſcipulis è quacunque lectione ad obſequium in Eccleſia, Sacrumve evocetur, quod alii ex Communitate omnino obeant.

283. Summæ diligentiæ conſcientiæque PP. Profeſſorum commendatur, ne ullus ullo prætextu aut cauſa ſe à Schola abſentet, aut tardet; viciſſimque majorem in modum invigilent, ne diſcipuli eorum abſint ab ulla lectione, aut retardent, qua de re eos ſemper per quam ſerio moneant, etiam vel accuſatione de culpa, vel injungenda diſciplinæ pæna mortificent, aut Superiori deferant, prohibita Profeſſoribus hac in parte omni conniventia: Denique Provincialem certiorem reddant, ſi aliter officii negligentes reducere non potuerint.

284. Teſtimonia jurata de moribus imprimis, deinde de diligentia & profectu in ſtudiis ſingulorum, quovis anno primis Maji ſubſcripta à P. Rectore omnibusque Profeſſoribus Patri Provinciali mittantur.

285. Circuli ita diſtribuantur, ut unus Profeſſor Theologiæ unum, una Septimana, 2dus alterum, altera ſeptimana ſemper expediant, in quibus omnibus circulis plures Diſcipuli ſimul theſes defendere poſſunt. Diſputationes vero publicas, unam circa feſtum S. Thomæ Aquinatis primus, alteram ad Studiorum quovis anno finem, ſecundus Profeſſor abſolvat. Diebus circulorum nulla alia vacet lectio, ſed circulo intra horam proprii ſui ſtudii abſoluto, aliæ juxta ſuas horas tradantur.

286. Experimenta Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ & Juris, ſemel ſingulis menſibus, Hiſtoriæ, mediis; Juris, ultimis menſium dabunt, expoſita brevi, in ſcripto tractandorum & examinandorum ſynopſi; quibus omnibus circulis & experimentis Pater

Rector

http://rcin.org.pl

Rector, aliique Superiores & omnes Patres ſemper adſint. Actus hi omnes, ac præſentia Patrum exactè in libro, de quo Parte II. Nro 14. 15. 16. à Secretario Domus inſcribantur, & à PP. Provincialibus ſerio examinentur.

287. Examina quoque quolibet anno primis Maji ſtudentium Theologorũ coram Commiſſario Provinciali (quem P. Rector ſingulis Annis tempeſtivè per literas à P. Provinciali petet, quique vel è viciniore domo, vel unus ex Communitate Cracovienſi, vel ipſemet P. Rector deſtinari ab eo pro hoc munere poterit) & Cõmunitate Cracov: fiẽt; ubi PP. Profeſſores ſuos examinabunt, vel P. Commiſſarius, vel cui libuerit, eoſdem interrogabit ex rebus quas hoc anno tractârint: hocque examen biduo, vel triduo continuari poterit, & judicia de iis quomodo quis ſe geſſerit, brevibus ſcribentur, ac à P Commiſſario Provinciali, & duobus ex communitate ſubſcribentur, ac P. Provinciali mittentur.

288. Theologicum ſtudium & aliarum lectionum incipiet ſemper altero die poſt Feſtum Nominis Mariæ, finietur ſemper 15. Julii, & nunquam prius. Exercitia Spiritualia, à ſtudentibus ſimul abſolventur ſemper octiduo ante diem Jovis Cænæ Domini.

289. Diſcipuli Theologiæ, maximæ, quam debent Profeſſoribus, venerationis, & debitæ officiis eorum obedientiæ ſemper meminerint, ſique aliquis contrarium commiſerit, aut refractarius fuerit, diſciplinis & jejuniis pro menſura culpæ Patres Superiores in talem ſemper animadvertant, nec ullomodo, vel minimam Profeſſorum vilipenſionem tolerent. PP. vero Profeſſores fraternè ſuos diſcipulos humaniterque ſemper tractare, & eorum tam reverentiam, quam amorem mereri ſtudebunt.

290. P. Spiritualis æquè ut in Profeſſoriis pro ſtudentibus Theologiæ Vir graviſſimus, boni exempli & prudens aſſignetur, cujus munus in Profeſſoriis Rhetorico & Philoſophico ſatis deſcriptum eſt, qui ſibi commiſſorum moribus, modeſtiæ, pietati, recreationibus, diligentiæ, & labori in cubiculis ſedulo ſemper invigilet, eorum conſcientias dirigat, eorum neceſſitates P. Rectori deferat, ut in Profeſſoriis dictum.

291. Concionum exercitium in noſtra Eccleſia Studentes Theologiæ, ut continuum habeant, præſenti Ordinatione ſtatuimus, quatenus illi conſequenter, juxta tempus vocationis unus poſt alium, tam Dominicis quam feſtis in Eccleſia noſtra prædicent, ſive velint traductas ex Gallico vel Jtalico idiomate, ſive proprias, dummodo graves, pias & utiles ad modum, Skargæ, Fabri, Bourdaloue, Segneri &c:

292. Proinde Concionator domeſticus non erit pro Eccleſia noſtra neceſſarius: niſi Domus pro commodo externarum Eccleſiarum eum ſuſtentare velit, quod arbitrio Patris Rectoris relinquitur, cum tot perſonas alias ad ſtudium pertinentes ſuſtentare debeat.

293. Ut autem Juvenes ſolide ſuas Conciones conficiant, pro eorum numero, inter Patres Profeſſores dividentur à P. Rectore: & ſinguli PP. Profeſſores ſibi commiſſis, quò ad Conciones invigilabunt, eosque dirigent, Propoſitiones ii-



http://rcin.org.pl

ſtudentes Theologiæ præſentabunt, deinde ſcriptas Conciones antequam ediſcant, ad corrigendum iiſdem ferent, qua in re ſumma diligentia PP. Profeſſoribus commendatur, qui curent bonorum Concionatorum Opera pro exemplo iiſdem diſtribui.

294. Quo ad Sacra pro ſtipendiis in alienis dicenda Eccleſiis PP. Rectores omnino curent, ut ab hora decima ad undecimam cum omnibus ejusmodi Eccleſiis, de celebrandis hujusmodi Sacris convenire poſſint, quod rationibus & precibus, à Superioribus Eccleſiarum haud difficulter obtineri poterit. Si vero aliquando cõtigerit, ab 11. ad 12. tales Miſſas omnino celebrari debere, tunc lectio à 10. ad 11. indiſpenſabiliter compenſetur; Sique à 7. ad 8. idem forraſſe acciderit, aut anterius, quod quam rariſſimè fieri poteſt, fiat. Sed ab 8. ad mediam 10. nunquam penitus, ab 11. ad 12. quam rariſſimè, & quidem cum hujus compenſatione lectionis, extra pro Sacris exeant. Qua ſuper re P. Provincialis in Rectorem graviter animadvertat, ſi in hac Ordinatione Viſitationis Apoſtolicæ obſervanda unquam remiſſus fuerit. Sacra domeſtica ſemper extra tempus lectionum, tam à Patribus Profeſſoribus, quam à Sacerdotibus Theologiæ Auditoribus abſolvantur, ſub pæna in ſtudentes ex ordinariis mortificationibus à Superiore ad denuntiationem Profeſſorũ infligenda. Ad Sacra ad Moniales Viſitationis nunquam penitus tempore lectionũ matutinarum mittantur; Diebus profeſtis Scholaſticis ordinamus in perpetuum, ut nunquam plus uno ex Auditoribus Theologiæ ad Moniales, idque extra lectionum tempora deſtinentur, ſed ſemper aliquis alius ex Communitate pro Sacrorum altero ſive tertio deſtinetur Sacerdos, & quo ad fieri poterit, etiam pro primo.

295. Sacerdotes & Clerici ſi qui fuerint Auditores Theologiæ ab aſſiſtendo Sacris, ſi quæ ſunt, vel erunt, ex obligationibus Eccleſiæ, liberi eſſe declarantur diebus profeſtis.

296. Meditationum tempore P. Rector candelas ſemper provideat, ut ad excitandam mentem, præſertim Theologiæ Studentes pios aliquos libros ad contẽplationem juvantes legere poſſint.

297. Si in quavis alia Domo, multo magis in hac, præſcripta à communibus Regulis, & à nobis tota parte ſecunda Ordinationum, & ſignanter circa conferentias, caſus Conſcientiæ, capitula culparum, Ceremonias Eccleſiaſticas, circa neceſſaria commoda, in victu, veſtitu, calefactione, cubiculis &c: Juvenibus omnibusque præbenda exactiſſime obſerventur. Quod iam attinet ad morum in ſtudentibus Noſtris Theologiæ diſciplinam, habent hanc in communibus Regulis, hujusque Viſitationis Apoſtolicæ præſcriptis, ad quos etiam, quæ de Profeſſorio Philoſophico ſcripta ſunt, & de exmittendis ex eodem Profeſſorio pleraque pertinere, Superiores eorum pro prudentia ſua facile intelligunt.

298. Ordinatio hæc noſtra, præſente Patre Rectore & tota Communitate Cracovienſi ſingulis annis, die altero poſt Feſtum Nominis MARIÆ, publice ad menſam prælegetur cum ſequenti temporis ordine.

§ XIX.

http://rcin.org.pl

§. XIX.

# ORDO TEMPORIS

## *Pro Studio Theologico Cracovienſi.*

299. Diebus Scholaſticis hora 5. ſurgent, meditationem abſolvent.
Hora 6. ad 8. Officium Divinum. Sacra, ſtudium Privatum.
Ab hora 8. ad med: 10. Lectio Theologiæ.
à med: 10. ad 11. Studium privatum.
ab 11. ad 12. Lectio Juris Canonici.
à 12. ad med: 2. Prandium, recreatio, & Coronula à primo quadrante poſt primam.
à med: 2. ad 2. Studium privatum.
à 2. ad med: 3. præparatio ad Scholam.
à med: 3. ad 4. Lectio Theologiæ.
à 4. ad med: 5. ſtudium privatum.
à med: 5. ad med: 6. Lectio Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ.
à med: 6. ad Meditationem, Studium privatum.

### *Diebus Dominicis, & Feſtis.*

Poſt meridiem, à 2. ad 3. diebus recreationum mane à 9. ad 10. lingua Græca vel Hebraica tradetur, & alternis lectionibus ſcriptura cum Commentario Calmeti legetur & explicabitur.

300. Ordinamus in perpetuum ob ſupradictas lectiones commodè tradendas, ut toto decurſu anni, quovis die in Domo & Studio Theologico Cracovienſi, prandium ſit ſemper hora 12, nunquam priùs, nec tardiùs præter Solenniſſima Feſta. Pulſus vero ſecundus pro meditatione ut moris, Recreationes ordinariæ & totius diei, ut in Profeſſorio Philoſophico.

301. Cum totum ita ordinatum Studium Theologicum Deo dante Cracoviam transferetur, intelligitur ſemper, Theologiam ejusque Profeſſores Varſaviæ pro Sæcularibus remanere, neque quidquam à Varſavienſi Domo ob translationē hujus Studii auferri aut diminui poſſe, ex quibuscunque ejus reditibus, aut ſummis Capitalibus in perpetuum declaratur; cum Varſavienſis Communitas ob neceſſitatem plurium Sacerdotum fere ſemper æqualem,ut nunc numerum perſonarū fovere debeat. Patrum verò Provincialium cum eorum Congregatione judicio ſuberit, ſi neceſſitatem viderint, ut juxta regulæ præſcriptum, omnes Domus aliæ, pro hac ſtudiorum domo,certa proportione contribuant. Jncredibili enim bono & emolumento Provinciæ erit, hæc totius Theologici Studii Cracoviam transportatio. Pater verò Rector Cracovienſis majorem in modum per boni communis amorem obligatur, ut tam acceleratione Fabricæ, quam modis aliis omnibus, neceſſitatem hanc commodumque Provinciæ juvet.



http://rcin.org.pl

302. Si P. Provincialis in Reſſovienſi Domo, ut frequentes in iis oris digni Sacerdotes id à multo tempore exoptant; & Capitalem aliquam ſummam pro fundando Theologiæ Moralis Profeſſore ſe collecturos promittunt, Scholam hanc aperiendam eſſe judicaverit, id illi liberum relinquitur.

303. Quando & ubi Studium Theologiæ Moralis ſeparatum pro noſtris deſtinabitur, Profeſſor utetur aliquibus ex his libris, Concinæ, Antoine, Alexandri Natalis, Tournelii, Pontaſſi, & ſimilibus. Duabus horis mane, totidem veſpere, lectionem tradet. PP. Provinciales curabunt & providebunt libros ejusmodi pro hoc ſtudio, ut ſcribendo abſtineatur, ſed libros ſinguli auditores Theologiæ Moralis habeant, quos ipſis Profeſſor prælegat. Conciones item hora pomeridiana ſingulis feſtis & Dominicis eisdem prælegat Starowolſcii, Skargæ, Letins, la Selve, & alias meliorum Sacrorum Oratorum, ac in Eccleſia noſtra conſequenter Studentes Theologiæ Moralis prædicent. Sanctorum Patrum Opera privatim ab iis legenda ſingulis diſtribuat, quæ ubi legerint, inter ſe permutent. Biblia cum Commentario aliquo bono, ut Calmeti, Scholis veſpertinis, una hora ipſis prælegantur. Jn bonos Concionatores & Confeſſarios formentur. Hiſtoriam quoque Eccleſiaſticam Graveſonis vel aliam ſecunda Schola veſpertinarum Scholarum iis præleget. Circuli, examina, teſtimonia, eodem qui mox ſupra, pro ſtudentibus Theologiæ præſcriptus eſt, modo fiant.

304. P. Provincialis ut judicarit, uno, vel diligentiores duobus annis in hoc ſtudio utiliſſimo tenebit. Patrem Spiritualem Virum gravem iiſdem deſtinabit, de quo item mox ſuperius dictum, & ordinem temporis præſcribet. Ac prout in profeſſoriis æquè moribus, pietati, modeſtiæ, obſervantiæ, & neceſſariis commodis Alumnorum hujus ſtudii invigilari diligentiſſimè faciet: quorum educationi exactæ & ſolerti omnia ſupradicta de Profeſſorio Philoſophico accomodanda ſunt.

## §. XX.

## *De iis qui ex Profeſſorio ad Domos deſtinantur.*

305. Si quinque Novitiatûs ac Profeſſorii annis, tanta vigilantia ac educatione Juvenes noſtri boni eſſe Religioſi non diſcent, exigua jam Provinciæ ſpes de iis eſſe poteſt, dolendumque oneri eos potiùs Congregationi futuros, quam adminiculo, & multiplicari gentem, ſed non magnificari lætitiam.

306. Putandum tamen eſt cum benedictione Divina, educationem eorum adeo ſolicitam, proſpere rebus noſtris ceſſuram. Rectores itaque Domorum ſingularem curam ejusmodi è Profeſſorio emiſſorum habeant. P. Spiritualis in quavis Domo iis attendat, præſertim in iis, quæ ad pietatem uſumque Sacramentorum pertinent, atque eos cum eguerint, conſoletur & moneat.

307. Jlli verò nullam ſibi majorem libertatem uſurpent. Officia Scholæ, & alia ad quæ applicabûtur ſumma omnino diligentia adimpleant, non putent ullo modo (à quibus hactenus exempti fuerant) exemptos ſe eſſe ab omnibus domeſticis

quibus-

http://rcin.org.pl

quibuſcunque officiis & obſequiis in Sacrario, Refectorio, Cellario, & hujusmodi cæteris, etiamſi pluribus annis ea exercere jubeantur. Hactenus enim illis alii ſervierunt, jam reliquâ vitâ illi quoque Provinciæ, ac Domibus inſervire, dum & in quo opus erit, tenentur. Summo pudori ſibi, ſummæ Rectoribus moleſtiæ id futurum putent, & fontem illis fore plurimarum in Domibus inquietudinum, ſi omnem ad officia domeſtica promptitudinem non exhibuerint, ſi Rectores de iis conquerantur (uti juſte queri ſolent de aliis) eos in Novitiatu ac Profeſſorio ab officiis ob ſtudia duntaxat exemptos, & iis inaſſvetos, exemptiones etiam in aliis Domibus à muniis domeſticis quærere, quod & humilitati Religioſæ, & exemplo Chriſti ac Sanctorum, & ordinum Religioſorum naturæ, & vitæ in communi, & regulis noſtris, & omni virtuti, prudentiæque prorſus contrarium eſt. Meminerint ergo Salvatoris dicti: veniſſe ſe miniſtrare, non miniſtrari, ac à nullo ſe Domus excuſent officio.

308. De Officio Lectoris ad menſam declaratur, Clericos, itē omnes Studentes Philoſophiæ & Theologiæ etiam Sacerdotes, item Sacerdotes ante completum triennium à Sacerdotio, item Sacerdotes ante completum ſeptennium à Profeſſione, ad legendum deſtinandos eſſe. Jn Minoribus communitatibus, ne uni ſemper grave ſit munus legendi, etiam Sacerdotes præſertim loco in Communitate inferiores ut ſolent, ultro lectorem juvent, vel Superior pro prudentia conſulat. Menſæ verò Operarii ac Tertiarii imprimis, quod ſi hi legitima cauſa abſint vel deſint, Clerici ſtudentes & Sacerdotes juniores ut ſupra inſerviant.

309. Clerici debito honore & reverentia proſequantur Sacerdotes, iſti vero cujuscunque ætatis & gradus ſint, eos ut Fratres omni humanitate tractent & præveniant. Recreationes in domibus Clericis cum Patribus ſint communes, in quibus & colloquia, & ea omnia vitentur, quæ ſtatum noſtrum dedecent. Sacerdotum nullus ullam ſuper Clericos jurisdictionem, aut eos ſeveriùs præterquam amicè, fraternè humaniterque monendi jus ſibi uſurpet, ſed quæ notarint, P. Superiori, aut P. Spirituali deferant, graviterque à P. Rectore in eos animadvertatur, qui Clericos vel Operarios indebitè tractaſſe obſervarentur. Clerici vero ſtatûs ſui meminerint, ſi quid fortè moleſtum occurrerit, modeſtè ferant, diſſimulent, taceant, patienter excipiant, & Superiori denuntient.

310. Rectores bene conſiderent, quibus Sacerdotibus ſocios ex junioribus deſtinent, ſique Deus avertat Sacerdotum aliquis, malo exemplo aliquem ex junioribus offenderit, publicè graviſſimeque in Communitate in eum animadvertant. Sacroſanctum ſit ne non ſociati unquam exeant: Sociorum ratio, delectus, mutatio, magnæ Superiorum prudentiæ & diſcretioni relinquitur.

311. PP. Rectores; PP. Spirituales & Præfecti Scholarum maximè attendant, ne inter Noſtros Magiſtros, ac externos præſertim Scholares ullæ familiaritates ullo modo irrepant, neque eorum cubicula unquam ingrediantur. Notâ hâc nullam pejorem apud Superiores ſe poſſe incurrere ſciant.

312. Ad Domos ſæcularium viroſque dignos & graves cognoſcendos, à Superioribus, vel à gravioribus omnino Sacerdotibus conduci poterunt, quod tamen

ſummæ

http://rcin.org.pl

ſummæ prudentiæ Superiorum commendatur, cum nec abſtrahendi ſint à cognitione præſtantiorum hominum, atque ad ſocietatem humanam prudenter formandi, nec ullo è contra periculo aut occaſioni exponendi.

313. Si quid vero probis optimæque indolis Juvenibus à nobis commendatur, eſt cellæ cuſtodia, & continua in eadem cum DEO ac libris occupatio; Nihil turpius, quoque magis in iis aliorum offendantur oculi, eſſe poteſt, quam crebræ è cubiculis excurſiones per curritoria, aut alibi divagationes, cum aliis extra tempus colloquia, aut obſervata in cubiculis otioſitas. Ad externa non ſe ullo modo intrudant, nec negotia quærant cum externis, ſignum enim eſt evidens diſſipati, aut fere nullius religioſi Spiritus.

314. De Domo ad Domum transferri non optent, qua in re Deo & Superiorum Providentiæ ſe plene relinquant, minus contenti futuri, minus tranquilli, ſi ipſi ſibi deligant. Scholas & Officia nulla vilia putent, hæc enim non hominibus, ſed propter Deum præſtando, æqualia ſunt. Non ſuæ vanitati, ſed publicæ utilitati ſerviant, proindeque Scholas Superiores non ambiant, (ejusdem enim coram Deo, & Ordine ac Provincia meriti eſt, quamcunque ſed bene docere), citiùs aut tardiùs, eas docebunt, dum reperientur idonei, dumque Provincia egebit, ut certe egebit. Jndifferens hac in re animus & Provinciam & illos fortunatos faciet.

315. Jn viris etiam perdoctis intolerabilem, tantoque plus in juvenibus deteſtabilem, & vanam de ſua eruditione ac ſcientia opinionem, ejusque oſtentationem ſummopere fugiant. Parum admodum, vanumque quid eſſe, omnes hominum ſcientias ob limites humano ingenio definitos Viri Sapientiores agnoſcunt: quam itaque longe, etiam minus eſt illud, quod ſciri poteſt in juvenili ætate? magna ergo ſtultitia eſt incipientem tam modica inflari ſcientia. Ordinarium hoc juvenile vitium (quo nullum inter adoleſcentes etiam melioris indolis frequentius, quodque eos in converſando cum aliis riſui, contēptui, rixis, odioque exponit) majorem in modum vitent, timeantque talium communem ruinam ab eo, qui ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.

316. Pro Sacerdotio obtinendo ne paſſum quidem moveant; deſiderium hujus promotionis, à ſola tacita ambitione libertatisque majoris amore venit. Meliorum in Communitate exempla ſibi ſequenda proponant, non leviorum; facile dignoſcent, qui juxta, qui contra regulam vivant, hanc pro norma vivendi ac lege habeant, non alicujus mores.

317. Æque ad ſtudia quævis altiora promoveri cum inquietudine ſua & Superiorum non procurent, ſed res ſuas in manus DEI ac Superiorum plene relinquant. Prima enim cauſa Congregationem ingreſſi ſunt, DEO ſerviendi, & juxta obedientiam docendi, Studiis veró pro arbitrio regentium, prout Provinciæ ipſisque expedit, applicabuntur. Cura intempeſtiva de ſe ipſis nihil efficient, & pacem animi perdent. Si ſcholam continuare jubentur, & ſtudia forte ſibi differri putent, neceſſitate Provinciæ id fieri perſvaſum illis ſit, non Superiorum eos affligendi voluntate.

318.

http://rcin.org.pl

318. Sacramentorum uſum juxta regulam, nunquam penitus negligant, ſed ſine fervore, uſus eorum parum proderit. Jmprimis vero meditationum nunquam omittendarum ſummarum rationem habeant, nec Superioribus male vertant, ſi hac in re eos quam vigilantiſſimos experiantur. Principia iſta tepidorum laxa minime adoptent, qui dictitant, non maximum eſſe crimen à meditatione abeſſe; credant potiùs nullum evidentius ſignum eſſe relaxatæ & cadentis tum perſonæ, quum Cõmunitatis Religioſæ, quam mentalis Orationis neglectum. Jtaque Orationis ſtudium perpetuo foveant, ac communi nunquam ſe ſubtrahant, nec prætextu officiorũ aut alio, uti Scholæ laboribus, tempus orandi diminuant. Hic unus modus eſt conſervandi Spiritûs, quem in probationis, ac Profeſſorii Domo hauſerunt, ad ejus conſervationem non minus auxilium eſt libri Spiritualis lectio, huic partem temporis, ante meditationem ſerotinam vel mane ſemper dabunt.

319. Ad Conſangvineorũ Parentumque Domos non aſpirent, nec licentiam extorqueant, ſi conſtanter boni eſſe cupiunt. Scopulum hunc eſſe eorum ætate Religioſi ſpiritus vitæque tranquillæ, Senioribus credant, & ipſimet cum ætate hac de re non aliter judicabunt. Si mittantur, meminerint ſui Religioſi Statûs & Perſonæ, quam inter ſæculares rigidos hominum religioſorum cenſores agunt. Pietate, prudentia, & modeſtia in actis prælucere curent. Ad domum religioſam reditum ne uno quidem die ultra conceſſum morentur, ſecus magnam Domi inquietudinem reperturi: cætera omnia habent in communibus regulis.

FINIS PARTIS TERTIÆ.

Fundacji im. I. I. Michalskich Ze zbiorów

http://rcin.org.pl

http://rcin.org.pl

# ORDINATIONES
## VISITATIONIS APOSTOLICÆ,
### Pro Provincia Polona Cler: Reg: P. M. D. S. P.

Fundacji Im. J. I. Michałowskich
Ze zbiorów

## PARS IV.
### *DE SCHOLIS.*

CYPRIANUS KOMOROWSKI à S. Marco
Scholarum Piarum.
Per Provinciam Poloniæ Viſitator Apoſtolicus.

CUm præcipuus expetendæ obtentæque Viſitationis Apoſtolicæ ſcopus hic fuerit, ut rationes Inſtituti & Scholarum publicarum, cum DEI auxilio quam maxime promoverentur, nihil præſtabilius utiliusque ad finem hunc conſequendum fieri à nobis potuit, quam ſi verſatis expertisque in arte docendi Viris committeremus, ut quæ tam ad generalem, omnes, quam ad peculiarem, ſingulas Scholas docendi methodum, ordinem, leges, regulas, conſuetudines, obſervationes, monita. conſentanea videbantur, deſcriberent, atque etiam in Congregationibus Provincialibus ac Viſitationibus Domorum ſtatuta huc ſpectantia excerperent & in unum colligerent. Quod ita quidem factum eſt, ut id permagnæ Scholarum ac Profeſſorum noſtrorum utilitati futurum minime dubitemus. Itaque hæc omnia quæ in ſequentibus capitibus continentur, & auctoritate Viſitationis Apoſtolicæ plene approbamus, ac in perpetuum confirmamus, & ut tam Superiores Domorum, quorum humeris Scholæ piæ innituntur, quam Præfecti & Profeſſores, præſcripta hæc, regulas, conſuetudines, ordinem, methodum obſervationes, conſilia, modosque ſequantur, executioni demandari faciant, exequantur, ac ſemper in poſterum cuſtodiant & obſervent, præcipimus, eaque omnia in formam Ordinationis noſtræ redacta, tanquam

A perpe-

http://rcin.org.pl

perpetuam & irrevocabilem conſtitutionem, actis Viſitationis Apoſtolicæ inſerimus. Mandamus vero perpetuis temporibus, ut primum in Domo Probationis ultimis duobus anni cujusque Scholaſtici menſibus, ſcilicet Menſe Junio & Julio, una hora pomeridianis Scholis, P. Profeſſor has ordinationes à primo paragrapho incluſivè duntaxat ad Syntaxim, Novitiis quam maxima facilitate & diligentia explanet, & ab iis bene intelligi curet. Deinde ut in Profeſſorio Rhetorico, PP. Profeſſores in ſchola, à Menſe 7bri, Scholis omnibus matutinis, quovis anno, omnes has uſque ad calcem Ordinationes diligentiſſime, noſtris ſtudentibus iterum explicent. Denique ut in Studii Philoſophici anno ſecundo, æque Profeſſor Philoſophiæ ultimis tribus menſibus, hora pro doctrina Spirituali deſtinata, ſuis auditoribus eaſdem totas Ordinationes legat & inculcet: ut antequam ad Scholas docendas accedant, ea, quæ ad eorum munus pertinent, exactè intelligant, calleant, parteſque ſuas deinde ad DEI gloriam & proximorum utilitatē ritè obeant. Tandem Magiſtris & Profeſſoribus omnibus, per omnes domos, Ordinationes hæ de Scholis, diſtribuentur, ut ſinguli eas legant privatim, iisque ſe conforment.

## §. I.

## *De Lectionibus ſeu Doctrinis Spiritualibus*

## Jn ſingulis tam inferioribus quam Superioribus Scholis quovis mane & veſpere tradi ſolitis.

1. ET nomen & profeſſio & finis Jnſtituti Scholarum Piarum, & ipſa ratio tam Patriæ, quam Chriſtianæ Reipublicæ, omnino imprimiſque exigunt, ut Diſcipuli Scholarum noſtrarum, præprimis in moribus Chriſtianis ac pietate educentur, ac formentur in homines probos & virtute præſtantes. Secus non duntaxat ab hominum ſæcularium, ſed & gentilium Scholis noſtræ non differrent, fruſtraque & ridiculè appellarentur piæ. Sanctiſſimus certe Auctor Ordinis noſtri, in excitando hoc Inſtituto primum hunc ſcopum eidem præfixit, finemque primum hunc habuit, ut à teneris ad Chriſtianam vitam pueri erudirentur, & ut animas eorum Deo lucraretur. Artium vero & ſcientiarum doctrina, tanquam modo medio ad ſummum hunc finem conducente, uti nos voluit, ut & ipſe uſus eſt. Parum ergo admodum aut potius nihil nos de Eccleſia, Republica, Parentibus ac Ordine noſtro, merituros certi ſimus, ſi Oratores ac Philoſophos ex adoleſcentibus noſtræ curæ commiſſis efficiamus, eos vero in juvenilibus vitiis ac flagitiis, in impietate, in pravis naturæ habitibus, ſub noſtra cura & magiſterio putreſcere ſinamus, neque eos ab ineunte ætate in viam virtutis ſalutisque totis viribus conducere ſatagamus. Hæc quilibet probus, pius, bonusque Magiſter perpendat, ſæpe ſæpius recogitet, ac profundiſſimè animo imprimat, ut tantæ quam jure jurando in ſe ſuſcepit obligationi conſcientiæque ſuæ, tota virium contentione ſatisfacere perpetuo curet.

2. Septem jam fere ſunt, pluresve præcipui modi, Juventutem in Scholis ad virtutem vitamque Chriſtianam formandi. 1. Catechiſmis. 2. Concionibus

Sacris

http://rcin.org.pl

ſacris. 3. Piarum precum, Sacrorum, templi ac Oratorii frequentatione. 4. Frequenti diligentiſſimoque Sacramentorum uſu, ac in Sacramento pænitentiæ Confeſſariorum Spirituali directione 5. Exercitiorum ſpiritualium, ſeu recollectionis triduanæ annua frequentatione. 6. Doctrinis ſeu Lectionibus, ut vocant, Spiritualibus. 7. Frequenti ex quavis occaſione ad virtutem Juvenum excitatione, ac continua horroris à peccato eiſdem inſpiratione.

3. Primi quinque modi ad Rectorē, Præfectū, etiā ad Confeſſarios magna parte pertinent, ſed duo poſtremi præcipuæ ſunt ipſorummet Magiſtrorum partes.

4. Omnes itaque tam inferiorum quam Superiorum Claſſium ac Rhetorices Magiſtri, nullo die penitus, nullaque Schola doctrinam Spiritualem (aſſignatis quæ diſcenda ſunt) ultima media hora, vel ad minimum uno & dimidio quadrante horæ tradere omittant. Sique Præfectus notaverit vel Rectori delatum aliunde revera fuerit, aliquem è Magiſtris ſanctum hoc exercitium negligere vel omittere, publice moneatur, & recidens refectione privetur, atque etiam majoribus à Superiore pænis afficiatur, ac in juratis de quovis Magiſtro dari ſolitis teſtimoniis, negligentes huius officii Magiſtri annotentur. *Cap: Provinciale An*: 1720.

5. Nihil vero cōſultius eſt, quam ut ſinguli ſeu ſibi quos norint, deligant, ſeu illis à Rectore & Præfecto tradantur, libros ſpirituales habeant, ex quibus doctrinam hanc toto anno tradant, quique paſſim in noſtris bibliothecis reperiuntur. Solidior, prudentior, magiſque pius, aut magis methodicus inter hos libellos fere nullus eſt; qui Jnſtructionem Juventutis à Gobineto elucubratam ſuperet, qui tamen nondum eſt in linguam vulgarem traductus: hunc dum traducetur Magiſtri Rhetorices imprimis adoptare poſſent, aliique.

6. Catechiſmus Concilii Tridentini, aliusque Catechiſmus hiſtoricus doctiſſimi Sacerdotis Fleuri, excellentes ſunt: Marchantii opera, Drexeliique; Sancti Franciſci Saleſii, introductio ad vitam Chriſtianam & alia opera. Libelli diverſi exercitiorum Spiritualium cum diſſertationibus pulcherrimis. Pædagogus Chriſtianus. Salviani de moribus Chriſtianorum. Mores Jſraelitarum. Soliloquia Tylkovii. Ejusdem Hiſtoriæ parvulis convenientes. Annus Crucifixi DEI JESU Sodalibus oblatus. Alphabetum Chriſti & Diaboli. Profeſſio circa puerorum in virtute Sapientia & politice Jnſtitutionem P. Stephani Sezaniecki, S. J. Dies Chriſtianus Nicolai Cauſſin S. J. Inſtitutiones Juventutis in vera ſolidaque pietate erga Deum Joannis Drews S J. Via viri in adoleſcentia cujuſdam è Soc: Jeſu. Pædagogia cæleſtis. De beneficiis & cultu S. Angeli Cuſtodis cujusdam è Soc: Jeſu. Veritates æternæ ad Studioſæ Juventutis uſum cujusdam è Soc Jeſu. Diarium Chriſtianum Venceſlai Schwertfer: Libellus de frequenti communione, ejuſdem Manuductio ad cælum Joannis Bona Cardinalis. Orbis Phaeton, ſeu de diverſis vitiis linguæ, Drexelii; Nicetas ſeu triumphans innocentia ejusdem. Rhetorica cæleſtis, ſeu ars attente precandi ejusdem. De quatuor noviſſimis, Dionyſii Carthuſiani. aut Stanichorſcii. Via ad ſalutem æternam, Martini Ługowſki S. J. Kazania Skárgi, y Starowolſkiego. Abrys życia ludzkiego Wytwickiego. Reformacya obyczaiow Polſkich. Przewodnik Grzeſznikow Ludwika z Granaty ná Polſkie-

ſkie wyłożony. Prawdy Wieczne Karola Roſignoli S. J. Prawdy Moralne Paulina. Obyczaie pierwſzych Chrześcian Hylzena. Medytacye Nepeu. Zywoty SS. á oſobliwie życie S. Fundatora naſzego. Chleb Duchowny Wuykowſkiego. Profeſſor zbawienney pobożności P. Thomæ à S. Luca Schol Piarum. Nauki y zabawy świątobliwe Tylkowſkiego. Mądrość doſkonała tegoż. Grzeſznicy od ſprawiedliwości Boſkiey, grzeſznikom na przykład dani, tegoż. Anatomia ná trzy części podzielona, Staniſława Horalti Ord. S. Franc: Convent. Gościniec proſty do Nieba, Franciſci Daniełowicz. Spoſob probòwania intencyi dobrey, Drexeliuſza. Czyściec álbo ſpoſoby Duſz w Czyſcu ratowania, Simonis Wydziekońſki S. J. Skarb duſzny, albo pobożne prawych Chrześcianow ćwiczenia, tegoż &c:&c.

7. Omnes recenſiti libelli, & ſexcenti alii hujusmodi, qui cuivis magis arriſerint, ad noſtrum Inſtitutum incredibile eſt quam ſint utiles, quos ſimilesque alios, quibus Bibliothecæ refertæ, pro captu diſcipulorum Magiſtri accipiant, & cum ſummo fervore per puncta prælegant, explicent, inculcent, ac modis omnibus teneros animos, ut declinent à malo, & faciant bonum permovere curent. Alienum a re non eſſet, ſi etiam, ut nimirum Juvenes videant, non Chriſtianæ tantum Religionis, ſed & rationis naturalis lumine, nos ad Deum virtutemque formatos eſſe, etiam inquam Senecæ Epiſtolæ ad Lucilium, item de brevitate vitæ; Epicteti ſententiæ, ſimilesque præſertim in Rhetorica identidem prælegantur.

8. Nihil vero quod Chriſtianis magis neceſſarium ſit quam cognitio vitæ Redemptoris noſtri, unde Evangelia, Acta Apoſtolorum, quam utiliſſimè etiam in ſuperioribus Scholis prælegi poſſunt. Eſt & vita Jeſu Chriſti, ex omnibus quatuor Evangeliis excerpta, liber, quo nihil Chriſtiano homini utilius.

9. Jn ejusmodi vero lectione librorum magnopere agendum eſt, ut Diſcipuli eos bene intelligant, ut permoveantur, ſed tamen inutilibus explicationibus tempus inſumendum non eſt: potiorque fructus ſperandus ſit, ſi unus alter tertiusve in quavis Schola ejusmodi liber pie relegi explicarique poſſit, præcipuè vero, approximantibus Confeſſionum diebus, ſanctè confitendi, communicandique modum eos doceant, ac frequentem horum Sacramentorum uſum pro tota vita, matutinarum item veſpertinarumque precum nullo totius vitæ die omittendarum, Sanctiſſimi Miſſæ Sacrificii quotidie audiendi ac Eleemoſinarum dandarum, ſimiliumque virtutum curam & exercitium ipſis continuo majorem in modum commendent.

10. Pater Præfectus principio mox Scholarum quovis anno libros ſuperius dictos, vel ejusmodi, ex Bibliotheca deligat, Profeſſoribusque ac Magiſtris omnibus à Rhetorice incipiendo diſtribuat, diſtributos notet, & reddi ſibi faciat, ac in Bibliotheca uſu finito reponat, ſecus ſi quilibet libros ſibi accciperet, facile perderentur.

11. Cum verò Doctrinæ Spirituales ipſa nuda librorum prælectione nullum fere profectum in juvenibus producere poſſint, ordinamus ut omnes Profeſſores & Magiſtri primum libros ejusmodi juvenibus ipſimet prælegant, non ullo modo per diſcipulos in quacunque Schola doctrinas ſpirituales legi faciant, (præter

tempus

http://rcin.org.pl

tempus, cum in Oratoriis Adventum Præſidum juvenes expectant) tales enim pueriles lectiones nulli ſunt fructui: deinde ut quæ ipſimet Profeſſores legerint, ea oretenus repetant, explicent & inculcent. Ac identidem utrum capiantur, interrogent. Jlli vero qui pro celebrando Sacro Studioſorum deſtinantur Profeſſores, nunquam ante finem datum ex Schola exeant, etiam prætextu præparationis: ſed eam vel ante Scholas faciant, vel merito obedientiæ devotionem eorum ſupplentis contenti ſint, & doctrinam Spiritualem ad ultimum pulſum tradant: à qua perridiculum eſt Rhetores vel alios quoscunque Studentes excipi, cum juvenes quo plus annis proficiunt, eo plus in Chriſtiane vivendi principiis formari indigent.

12. Hæc pauca quo ad lectiones doctrinamque Spiritualem mane & veſpere tradendam ad Inſtitutionem in Religione Chriſtiana, & in bonis moribus tendentem. Jam quod attinet ad frequentem ex quavis occaſione & explicatione librorum per pios diligentesque Magiſtros excitationem Juvenum ad virtutis ſtudium & peccati fugam, ad vitæ Chriſtianæ & civilis diſciplinam, legant Magiſtri omnes orationem de viro honeſto, & bono cive, pro Collegio Nobilium Varſavienſi confectam: quæ in ea contenta ſunt, æque omnes Magiſtros Scholarum concernunt, ubi de inſpirandis quavis occaſione data Juventuti optimis rebus omniumque virtutum tam Evangelicarum quam moralium continua in ſpecie commēdatione, vitiorumque inculcando horrore, pluribus agitur: Ea excerpant, & de quibus potiſſimum continuo fere admonere adoleſcentes debeant, ex iis derivent.

13. Paucis jam, ſi maxima omnibus Magiſtris diligentia in docendis bonas literas, artes, ſcientiasque Juvenibus adhibenda eſt, multo major, longe diligentior, & infinitis ſi dici poſſet modis, laborioſior, exactior, intenſior, magisque aſſidua cura adhiberi debet, à juratis Scholarum Piarum Magiſtris, ad inſtituendos in timore DEI, vita Chriſtiana, bonisque moribus adoleſcentes omnes ſuæ curæ à DEO Parentibusque commiſſos: ſecus nec voto, obligationique ſuæ, ac Jnſtituti fini ullo modo ſatisfaciunt, nec mercedem laborantibus in hac vinea operariis à Chriſto promiſſam, ſed potius voti violati pænas merentur. Nam ut finis hominis uti rationalis creaturæ, non eſt alius niſi Deus, & animæ ſalus æterna; ita finis educationis ac doctrinæ, non eſt alius, niſi ut rationales hæ creaturæ ab adoleſcentia ad Deum, & conſequendam ſalutem æternam dirigantur, & conducantur; quod aliter fieri nequit, niſi à Magiſtris quorum fidei & curæ Juvenes traditi ſunt, ſummo imprimis Religionis ac pietatis erga Deum ſenſu, deinde virtutibus omnibus moralibus, civilibus & politicis, ac horrore peccati, ſolicitiſſime continuoque imbuantur.

## §. II.

## *De ijs, quæ ad Officium, virtutes, & conſvetudines Magiſtrorum ac Profeſſorum omnium, pertinent.*

JAm quæ ad obſervantiam officii, virtutes, conſvetudines moresque ipſorummet Magiſtrorum omnium Scholarum tam ſuperiorum quam inferiorum pertinent, ſunt fere hæc: 14.

http://rcin.org.pl

14. Ut ſigno campanæ pro Magiſtris nullo puncto temporis intermiſſo ad Scholas convolent, cui rei ſummopere Præfectus Scholarum, Rectoresque invigilent, qui eos, qui tardarent, Magiſtros, mox ſeverè corripiat, ac emendare nolentes etiam gravioribus pænis in communitate afficiat.

15. Ex Schola pariter nunquam penitus, niſi ſola ſubitæ vel gravis infirmitatis cauſa egredi Magiſtris licet. Sique evocantur, (quod rariſſime & niſi ex gravi cauſa, ut contingat, Præfectus attendat,) quam pauciſſimis verbis, ante portam Scholæ ſe expediant; multo minus verò cum aliis Magiſtris ſeu quocunque, ante ingreſſum Scholæ, vel ejuſdem tempore, in Schola ſeu alibi loqui permiſſum eſt, ſub ſupradictis pænis.

16. Jn recitando: *Veni S. Spiritus*, Salutationibus Angelicis ad ſignum horarum, gratiarum actione poſt Scholam, Diſcipulis Magiſtri ſumma pietate præluceant.

17. Tempus in Schola Magiſtri, juxta præſcriptum pro quocunque tempore ordinem, ſacroſancte obſervent, & laborioſiſſime profectui Diſcipulorum impendant, imitando Chriſtum in docendis turbis procurandaque animarum ſalute laſſum & defatigatum. Quæ quâlibet hora vel parte horæ facienda ſunt, exactè faciant, nec unius rei tractatione aut explicatione tempus aliis rebus tractandis extenuent aut eripiant.

18. Deſcripta à Beato Patre in declarationibus ejuſdem ſuper *capite de Caſtitate*, ſancte obſervent, ſintque valde cauti in tractando cum Scholaribus. Ab affectate blandiendo, demulcendo, oſculando abſtineant, omnem penitus notam familiaritatis, propenſionis ac prædilectionis unius præ altero majorem in modum vitent, quod non obſtat, plus ut laudis diligentioribus tribuant, aut digniores eo qui illis competit honore proſequantur. Privatim nunquam extra Scholam cum juvene uno verſentur, aut in Schola, quacunque ratione. Jnſpectores pariter nullo modo ſinantur, cum ſuis Scholaribus, docendi causâ, poſt tempus Scholarum, in Scholis remanere.

19. De ingreſſu cubiculorum à diſcipulis ſacroſanctè communis regula Parte II. §. V. Nro 145. & ſequentibus fuſius deſcripta obſervetur. Et ſi circa quam aliam, regulam, certè circa hanc, Superiorũ vigilantia, zelus ac rigor neceſſaria ſunt.

20. Comitatem, manſvetudinem, ſummamque affabilitatem in docendo ſectentur, & quantumvis tarditas, vel negligentia, vel obſtinatio puerorum vehementer affligat, tormentumque ſit ingens Magiſtrorum, tamen efferveſcere magnopere caveant, non irritentur, non vociferentur, non perſtringant acerbioribus verbis, hebetioribus non inſultent, aſperitatem omnem & immoderatos animi motus, duraſque ac magis adhuc contumelioſas voces majorem in modum vitent, his enim magis obdureſcunt, obtunduntur, & hebetantur parvulorum animi, ita ut fere ſui obliviſcantur. Sed Magiſter manſvetè leniterque eos dirigat. Cum verò objurgatione opus viderit, tum id nunquam penitùs exeandeſcendo, nunquam ira calente, nec mox cum culpa irritatus eſt faciat, ſed in aliud vel breve tempus differat, idque quamvis fortiter ſevere & graviter, tamen ſumma ſemper cum prudentia & moderatione faciat.

21.

http://rcin.org.pl

21. A cognominibus male uſitatis, ac vilibus, uti aſini, pecoris & ſimilibus, multoque magis ſcurrilibus vel calumnioſis, tota vita, humanus, urbanus, civilis, prudensque & ipſemet bene ac liberaliter educatus Magiſter, etiam cum pauperrimis, tantoque evidentiore periculo cum nobilitate abſtineat. Aut ejusmodi barbaries, ac oris infrunitas: ac verba talia, tanquam graviſſima in religioſis Magiſtris crimina, à Præfecto notentur, & graviſſime reprehendantur, atque à Superioribus ſevere puniantur.

22. Sobrietatem nulla alia virtute in Magiſtris poſteriorem, nulla minus neceſſariam ſacroſanctè imprimisque colant, ac cuſtodiant. Potus cremati, licet ſit jam inuſitatus, tamen etiam ſub pænis alibi in hac Viſitatione præſcrtptis iisque irremiſſibilibus, Magiſtris & Profeſſoribus interdicitur in perpetuum, præterquam juſſu medicorum.

23. Si fieri poſſet ut è Scholis noſtris verberationis pæna penitus proſcriberetur, optandum ſane eſſet. Saltem itaque ita agendum attendendumque nobis eſt, ne Scholæ, puerorum lanienæ & carnificinæ, ne Magiſtri, cæditii, orbiliones, laniones, & carnifices appellari unquam mereantur. Magno igitur illo moderatoque, quod educatoribus viri Sapientes præſcribunt, utendū conſilio eſt, hæcque regula omni prudentiæ conformis, omnino ſequenda: pueros nimirū ob nihil, aliud nō ob occupationes Scholaſticas, aut penſa & ſimilia neglecta, nō ob inſolentiùs aliquid etiam ſæpius factum, non ob iræ impetus, non ob levem religionis in templo defectum, non ob duriùs reſponſum, non ob obſervata perperam quævis alia officia & transgreſſiones, ſed duntaxat ob ſolam pertinaciam, contumaciam, & obſtinationem, verberandos eſſe. Cum dicitur, ob pertinaciam & obſtinationem in malo, ſatis & hæc cauſa late patet & multa cōplectitur, Ubi tamē vere hæc cauſa deeſt, verberando abſtinendum eſt, ſed perſvaſionibus, rationibus, vigilantia, admonitionibus, objurgationibus, modisque omnibus utendum prius eſt, ut ſive negligentiam in ſtudiis, ſive mendacia, ſive devium aliquid in moribus adoleſcentes emendent. Quod ſi omnino pertinaciter noluerint, tum hac ratione obſtinata in malo detegetur voluntas, quæ extremo hoc tandem modo, ut, ſi fieri poteſt, corrigatur, tentandum eſt. Cum enim pæna ſit hæc puerorum ultima, eaque omnium maxima, nihil ſtultius, nihil magis barbarum impiumque eſt, quam etiamſi aliis modis non induratus Juvenis emendari poſſit, mox ad eam convolare. Si verberetur ſemel, quivis optimus prudensque Magiſter, facile modum reperiet, minis metuque ipſo juvenem, aut diu aut ſemper etiā in officio continendi, nec ad ſordidiſſimum ac ſerviliſſimum hunc modum iterum iterumque recurret; nihil enim certius eſt, quam quod longe ſæpius juvenes tanquam peſſima plagis potius indurentur mancipia, quam in bonos mutentur. Sunt tamen non ulli qui his calcaribus identidem egeant, ſed prudentia, moderatio, pietas, urbanitas, charitas denique, ac ipſe humanitatis ſenſus, ſi ipſi Magiſtri ingenue ac liberaliter educati ſumus, proculque ab inhumana & ruſtica barbarie abſumus, nobis ſvadent, in ætatem infirmam & injuriæ obnoxiam nemini debere nimium licere, & hoc remedio aliter uten-

http://rcin.org.pl

utendum non eſſe, quam medici venenoſis & ferro utantur. Jam circa modum puniendi lex noſtra de non caſtigandis nudis obſervetur, cum alio quovis honeſto modo ſatis pœnæ dolorisque miſeris pueris infligi poſſit. Si quis ſecus facere Rectori delatus fuerit, graviſſima reprehenſione majoribusque pœnis ab eo irremiſſibiliter afficiatur, cujuscunque Scholæ Magiſter ſeu Profeſſor fuerit.

24. Nulli Magiſtrorum aut Profeſſorum unquam liceat, ſuppoſita ſemper maxima juſtitia & neceſſitate, pro minore reatu plus, quam duos treſve, pro majore quinos vel ad plurimum ſeptenos ictus infligere, habita ſumma ratione ſemper parvulorum, ſique majorem pœnam aliquis ex grandioribus meruerit, Præfecto deferatur. Sine quo, ſi quis contra mox dicta excederet à P. Prefecto Superiori denuncietur & graviſſime mortificetur. Si quis vero hoc caſtigandi jure vel minime abuti videretur, Rector, aut Præfectus Scholarum ſub obedientia ſuò officio debita, illi penitus inhibeat, ne ullum unquam verberet, ſed cum opus eſt Præfectum admoneat: refractarium vero ac evidenter contumacem hac in re quemcunque Profeſſorem, Rector etiam quavis gravi aut ſequeſtri pœna afficiat. Declaratur enim nullum Magiſtrum Profeſſoremq; immediate habere jus ullum diſcipulum verberandi, ſed ſolum Rectorem & Præfectum. Ne vero unquam id diſcipuli animadvertant, curandum eſt. Unde tacitum Præfecti conſenſum, ſi Profeſſoribus cum omni prudentia ac moderatione hac pœna utentibus non ſe opponat, nec inhibeat, ſufficere affirmatur. Semper autem eum poſſe prohibere pro ſuo officio, omnes ſciant Magiſtri, & ſi qui huic proprio veroq; Præfecti muneri obſtare, contradicere, ſe ſeq; opponere auderent, tam Scientiarum, quam Humaniorum & quicunque allii Profeſſores, graviſſime a Superiore vel a P. Provinciali in eos animadvertatur.

25. Ferulæ, ſeu ictus manuum quocunque inſtrumento penitus in omnibus Scholis ſub pœna ad arbitrium ſuperioris in perpetuum prohibentur. Percuſſio vero manu, ſeu quocunque modo, capitis, faciei, capillorum prehenſiones, protruſiones, auriũ naſique injuriæ, & ſimilia in ſcholis noſtris inaudita ſunt, & ſi unquam contigerint, majorem in modum puniantur, uti & verba contumelioſa hominibusque honeſtis, multo magis religioſis indigna, Verberationes æque flagro per dorſum maximopere in perpetuum prohibentur, uti & veberationes puerorum per alios pueros. Nullos novos modos adinveniant caſtigandi pueros, quod nimium charitati humanitati & religioſæ agendi rationi contrariũ eſt, ac ſæcularibus ſcandalo. Majorem in modum tyranni ac carnifices ejuſmodi potius, quam magiſtri, qui in pœnis excederent, vel inuſitatis uterentur, a Superioribus puniantur. Nulla Schola tempore Scholarum ita clauſa ſit, ut abſque pulſu portæ quovis momento eam Præfectus aut Rector ingredi non poſſit.

26. Si quis Magiſtrorum ſeu quorumcunque Profeſſorum, ſcandalo Deus avertat publico & gravi in quocunque genere adoleſcentes afficeret, irremiſſibiliter ac indiſpenſabiliter per Rectorem vel in Viſitatione per Patrem Provincialem, dum peccatum eſſet publicum, pœna publica, quæ Scholis omnibus omnino nota ſit, afficiatur, cum non pœnitentia ſed peccatum cuique vel optime con-

http://rcin.org.pl

conſtituto ordini dedecori ſit. Qua in re tamen ſumma prudentia, ac circumſpectio circa ſuſtinendum Congregationis honorem ac decus, ſuperioribus commendatur.& judicandum relinquitur,ne quæ occultari,& cognitioni hominum ob evitandum majus ſcandalum ſubtrahi poſſunt, ea publicis pænis divulgentur, quæ adhibendæ non ſunt, niſi tunc duntaxat. cum aliter remedium malo & ſcandalo evidenti afferri non poſſet.

27. Concordiam fraternamque charitatem inter ſe ipſos Magiſtri omnes ſummopere colant, omnimodiſque vitent, ne vel umbra diſſenſionū Scholares offendant. Nihil enormius eſſe ſciant, quam ſi adoleſcentes aliquas inter eos offenſiones animadvertant. In caſibus occurrentibus privatim ſeſe mutuo explicent, aut ad Præfectum vel Rectorem recurrant. Verbum imprudens nulli contra alium elabatur.

28. Summā ubique ſed præſertim cum ſunt inter diſcipulos gravitatē ſervent,quæ non conſiſtit in illa,ut S.Aug:nominat,Gramaticorū ac Rhetorū & Philoſophorū,vana ſuperbia,ſuperbaq;vanitate,(quā quo minor eſt tanto magis inflat ſcientia; cum Magiſtros Chriſtianos ſumma potius animi demiſſio, & tam interior mentis quam exterior corporis modeſtia in ſenſu, voce, geſtuque omni deceat,) ſed gravitatem,quæ in quàm maxime circumſpecta, matura, compoſita agendi, docendi, loquendique ratione; in verbis cautis & irreprehenſibilibus ſita eſt.

29. Præfectum Scholarū debito ſemper honore ſuſcipiant & proſequantur, cujus officium omnes quot quot ſunt Scholarum ſæcularium Profeſſores æque reſpicit, omneſque ſtudentes. Jn quacunque Schola illi objurgare & punire Scholares liberum eſt. Quidquid ex officio ordinaverit, exequendum eſt, vel ad Rectorem recurrendum. Contentiones cum Præfecto crimini ſint, ſed ſi opus eſt,ad Superiorem ſemper res devolvatur,qui tam auctoritatem Præfecti ſuſtineat, quam omnem à Profeſſoribus & Magiſtris paterne prudenterque avertat injuriam.

30. Magiſtri Profeſſoresque nullum ſtudentem à Schola pro toto matutino vel veſpertino tempore ſine Præfecti licentia diſpenſare aut foras mittere poſſunt. Eorum qui ſe frequenter abſentant, abſentiam per unum è ſuis Studentibus notari faciant, ac Præfecto omnino deferant. Nunquam ita pro ſuis obſequiis, pauperioribus ſeu quibuscunque Studentibus utantur, ut illis aut in Schola tempus eripiant, aut domeſticis eorum ſtudiis. A dignioribus in Schola libros ſuos portari nunquam penitus faciant.

31. Devitent ſummopere acerbam ac intolerabilem vilium & ſemper clamoſorum ac ſtrepentium Pædagogorū malignitatē, continuas vexationes, ac exagitationes Juvenū: ſed nobili quadam agendi ratione ſemper cum iis tractent: reprehenſiones ipſæ pænæque ſvavitate & humanitate temperentur, cureturque ſolidis ac juſtis rationibus ſemper puer convinci; cum juſte corripi, & ut juſtitiam,æquitatem, paternamque charitatem in admonitione & pæna agnoſcat.

32. Nihil ita turpe, nihil profectui Diſcipulorum magis contrarium eſſe Magiſtri norint, quam docentis languedinem, deſidiam, putrem corporis ſitum, perpetuam ſedendi conſuetudinem, lentitudinem ſemimortuæ vocis, oſcitantiam



http://rcin.org.pl

& coactum quiddam ſemper, quaſi continuo tædentis & faſtidientis officium ſuum. Ubi toto artuum, pectoris, vocisque niſu, tota virium contentione, toto mentis ardore & aſſiduo quo ad fieri poteſt corporis motu, ita utendum eſt, ut boni Magiſtri ſic ſemper laſſi è paleſtra, quemadmodum Athletæ èx arena, agricolæ è campo, revertantur. Jn hoc laborioſo, celeri, agili, forti, & vivido agendi, loquendi, docendique modo res potiſſimum ſita eſt. Robuſta, dum induretur conſuetudine, ac idonea eſt, quam in Schola terimus, ætas. Amor illius, qui promiſit mercedem copioſam in cælis, zelus animarum, charitasque erga proximum, propriæ ſalutis ac meriti coram Deo ingens ſtudium, bene de Patria merendi voluntas, & decus ordinis, Inſtituti, Provinciæ caræ parentis, bonique communis amor, voti ſolennis & jurisjurandi interpoſiti religio, boni nominis honorisque proprii honeſta cura, hæ ſint nobiliſſimæ cauſæ & fines moventes & permoventes animos: ita omnes hi graves quidem, tamen ne dum tolerabiles, ſed etiam jucundi palæſtrici nobis videbuntur labores.

33. Rem ſordidam vilemque, & quæ maximam inſtituto noſtro ignominiam pariat, munuſcula nempe à Diſcipulis quærere, aut accipere honeſti Magiſtri tanquam peſtem devitent, nihilque unqnam à Diſcipulis, vel eorum Parentibus, aut Tutoribus petant, voce, ſcripto, aut alio quovis modo, per ſe, vel per aliam quamcunque perſonam: quique ſecus egiſſe convinceretur, culpa illius in Refectorio ex Cathedra deſcripta legatur, & loco Profeſſionis per Menſem amoveatur, aut aliis gravioribus pænis recidentes à Superioribus afficiantur. Si qui Parentes penitus ſponte, ultro, ſolaque bona voluntate aliquid obtulerint, quo quis honeſtior, eo magis veriusque recuſet: quod ſi omnino Parentes voluerint, (præter ſi quæ ad eſum vel potum, quæ omnino ad commune remittant) alia ex ſuperioris arbitrio dependeant. Negotia ſordida ſeu commerciola, modi lucelli quærendi, contractio æris alieni, eſus aut potus à Scholaribus vel Parentibus ac conſangvineis eorum conquiſitio, actiones ſunt hominum vel vilitate natalium, vel ſordida educatione domeſtica, vel incredibili animi abjectione turpium, qui ſunt ſocietati honeſtæ dedecori, opprobrio, ac infamiæ. Si quæ fortaſſe eſſent tam viles animæ, ſevere in eos etiam pæna ſequeſtri in relabentes, ſuperiores animadvertant.

34. Jam ut civilitatem omnem adoleſcentes ſuos Magiſtri doceant, ipſi imprimis perquam civiles urbanique ſint oportet, ac omni exteriore corporis figura, ſitu, geſtu, voce, quam politiſſimos ad Diſcipulorum lumen & exemplum præferant mores. Ut Juvenes ſint in reſpondendo alacres, eos cohortentur, reverentiæ modum doceant, amplexum genuum continuasque in reſpondendo inclinationes dedoceant, de honeſta oris nariumque expurgatione eos ſæpe moneant, à præcipiti curſu, jactatione manuum, jocis manuum ruſticis, protruſionibus, & hujusmodi eos majorem in modum cohibeant. Nihil omnino magis ad decentem corporis compoſitionem iis continuo & ſi opus centies Schola quavis inculcent, quã ut vel ab infima ætate recte capita, colla, humerosque portent, nec dorſum unquã incurvent, aut capita inflectant, pedes ut item ſtando & incedendo non intro contorqueant, ſed extra porrigant ac oblique divaricent, quibus in rebus maximum

http://rcin.org.pl

mum corporis ornatum conſiſtere, & ex his primum de eorum bona educatione judicium à viris gravibus formari & ſtatui, eos perpetuo moneant. Sed ad hoc propoſitum libello excellenti cui titulus *Galateuſz* utantur, quem ſi quovis anno in qualibet Schola etiam Rhetorica explicent, utilem rem Societati humanæ facturos ſe nôrint. Circa decentiam ac munditiem in veſtitu, facie, manibus, ungvibus capillisque, ſæpiſſime eos commoneant, quam munditiem etiam ipſimet Magiſtri in eorum Scholis ſcamnis & curritoriis conſervari curent.

35. Contributiones in Scholis nunquam penitus ullas excogitent, præter conſuetas pro lignis & calefectoribus, & pro nulla re alia, neve hoc prætextu ullo modo abutantur ſub graviſſimis pœnis.

36. Quoniam vero Oratoriorum Præſides pro candelis inſuper ad Altariæ aliisque Oratoriorum neceſſitatibus aliquas pecunias colligunt, item pro feſto ſolenniore Congregationis, item ubi mos pro proceſſione, pro muſice, &c: collectiones ejusmodi ſine ulla extorſione cum ſcitu & directione Præfecti Scholarum fiant, nec egentiores cogantur. Oblata item ſpontanea prorſus, electionum Præfecti tempore, non tolluntur, nulla tamen penitus moleſtia, & ne verbo quidem hæc ab ullo exigantur. Electiones ejusmodi in Oratoriis ſemel duntaxat toto anno Scholaſtico fiant ac promulgationes abſque futilibus expenſis, præter candelas & mediocrem muſicen, ubi haberi poteſt. Conviviola ab iis qui electi ſunt penitus prohibeantur, cui rei Rectores ac Præfecti magnopere invigilent. Magiſtri earum quæcunque ex quacunque ſuperiore cauſa colliguntur contributionum, ſeu perceptorum fideliter regeſtra ſcribant, & Præfecto examinanda cum collecta pecunia tradant, qui ea ſubſcribet & in viſitatione Provinciali præſentabit.

37. Exactiones à Studioſis pro libellis, formulis, & ſimilibus ſub pœna graviori ac irremiſſibiliter ſacroſancte prohibentur, ſed quilibet ſtudens eas ſibi ut vetus mos, deſcribat. De pecuniis vero omnibus ex Oratoriis collectis, vide in Rectorum regulis, quarum regeſtra in Oratoriis extent, manu Præſidis ſubſcripta, & Succeſſori relinquenda.

38. Jn Oratoriis ejusmodi Præſides, modeſtiæ, pietati, decenti cantui, lectioni ſpirituali, majorem in modum invigilent, ut & ſtudentes nunquam ſe ab iis abſentent. Præter primos dies Paſchatis & Nativitatis Domini, Dominicæ Quinquageſimæ & Palmarum, Pentecoſtes & Epiphaniæ, ac in Feſto Corporis Chriſti, nullis feſtis aut Dominicis Oratoria omittantur. Officium vero pro Defunctis mane prima Dominica quovis menſe & nunquam die Scholaſtico, item duobus Commèmorationis Defunctorum diebus, abſolvatur.

39. Jn quo præſertim ſumma Magiſtrorum attentio perneceſſaria eſt, quam maxima diligentia invigilent, ut diſcipuli ex Scholis ad Eccleſiam cum ſumma modeſtia & ſilentio, abſque ullo ſtrepitu, paribusque procedant, & ſinguli Magiſtri ſuos omnino comitentur; obſerventque donec omnes ſe componant in Eccleſia, etiam Profeſſores Rhetorices ac Philoſophiæ, deinde & Præfectus & Magiſtri, qui ex lege & more optimo in Eccleſia remanet, in propatulo ſemper ſint, & adoleſcentum pietati attendant, uti & in exitu eorundem bono ordini. Cenſores ut mo-

ris per ſingulas Scholas deputentur, qui notent, & Magiſtris quos notarint deferant, atque ita notati graviſſime admoneantur, qua in re nullam nimiam diligentiam, zelumque dum prudens ſit, eſſe putent Magiſtri, cum irreligio puerorum & gravis ſit DEI offenſa, & ſummum pro futura eorum vita animarum malum, & maximum inſtituto detrimentum, bonoque nomini Scholarum Piarum dedecus, & præſentiſſimus cenſuræ ac ſcandali in omni Civitate locus. Sacro ſervire in Grammatices claſſibus diligentiſſime erudiantur, ac ex omnibus Scholis die pro ſingulis deſtinato evocati ad ſerviendum Miſſis, pium hoc exercitium obeant. Libellos precum cuncti ut habeant, ſecumque præſertim pro Miſſis cantatis ferant, quo ad fieri poteſt totis viribus Magiſtri illis ſvadeant, ac curent. Cantiones ſacras decentiſſime devoteque facere doceantur. Conciones ut attentiſſime audiant, ex iis altero die examinentur. De Catechiſmis inferius in paragr: de Præfecto: in quo plurima alia, & fere omnia ad notitiam Magiſtrorum neceſſario pertinent, & legantur.

40. Omnia denique quæ ad pietatem ac mores Diſcipulorum pertinent, à pietate moribus & ſanctitate ipſorummet Magiſtrorum pendent. Jlli ergo primi ſumma in Deum charitate ferveant, dum charitatem erga Creatorem teneris animis efficaciter inſpirare volunt. Jam vel minores docere Scholas quam diutiſſime aut poſſunt, aut jubentur, ſummo apud Deum hominesque merito, nulli prorſus dedecori ſibi eſſe putent, idem ſit illis quamcunque Scholam ex obedientia docere, & diligenti obſequio de Eccleſia, Ordine, Patriaque mereri. Refrænent religioſæ humilitatis ac perfectæ reſignationis virtutibus deſideria altiores quot annis docendi Scholas, quæ non profluunt niſi ex ſolo fonte arrogantiæ vanæque opinionis de ſua ſcientia, quæ vel in provectis ſemper eſt imperfecta ac revera modica, multo minor in juvenibus: ita in iisdem docendis Scholis multo meliores perfectioresque evadent Magiſtri. Provincia vero cum egebit, ut certè egebit, eos ad ſuperiores Scholas docendas proculdubio promovebit.]

## §. III.

## *De Modo docendi quo ad omnes Magiſtros Grammatices & Humaniorum Profeſſores.*

41. PLeraque ex mox ſequentibus, ad omnes, etiam Rhetoricæ Profeſſores æque pertinent, pleraque duntaxat ad Inferiorum Claſſium Magiſtros: quæ vero ad Scholas tantummodo Eloquentiæ pertinebunt, ordinabuntur inferius. Jmprimis res tota ut palam eſt in eo conſiſtit, Magiſtri ut ipſi bene ſolideque ſciant, quæ in ſingulis docturi ſunt Scholis. Niſi vero etiam his, quæ tradituri ſunt bene plura ſciant, miſeri illi profecto ſunt futuri doctores. Quare etiam qui principia quævis Grammatices puerulis tradent, quanto ipſi melius Latinam linguam, Hiſtoriam, Poeſim, Geographiam, Rhetoricam ac Philoſophiam callebunt, quanto in lectione optimorum Librorum verſatiores erunt, tanto melius ſoli-

http://rcin.org.pl

ſolidiusque ſuos erudient parvulos, tantoque meliora & plura pro hac etiam puerulorum ætate illis inſinuanda ac dicenda reperient, tanto denique melius in docendo ſyſtema, modumque præſtantiorem ſequentur. *Faciliora ſunt ad intelligendum & lucidiora multo, quæ à doctiſſimo quoque dicuntur: Erit autem obſcurior quo quisque deterior*: obſervat Quintilianus. Quare cum alios docent, quidquid demum Præceptores doceant, ipſi imprimis diligentiſſime ſuo in cubiculo, privatis & ad eorum perfectionem tendentibus ſtudiis, ac excellentium lectioni incumbant librorum. Facilis enim omnino conjectura eſt; quomodo Profeſſor in Schola doceat, ex eo nimirum, dum ab omnibus ſcitur, quomodo ipſe privatim ad propria ſtudia ſeſe applicet. Fieri certe non poteſt, ut in cubiculo negligens, otioſus, ac acedioſus Magiſter, cujus reliquum extra Scholam temporis ac vitæ in confabulationibus ac deambulando deteritur, poſſit eſſe in Schola bonus diligensque Præceptor. Cumprimis igitur quemlibet Magiſtrum maxima ſedulitate pro iis, quæ lecturus, explicaturus, dictaturusque in quacunque Schola eſt, ſeſe præparare, ac ea omnia mature ſemper præmeditari oportet. Nullus præſtantiæ ingenii, nullus experientiæ ſuæ fidat, nullus parvitatem officii, atque ſui (ut vocant) objecti contemnat, perſvaſum ſit omnibus etiam infimas nullo modo poſſe bene procedere Scholas, tantoque magis humaniores & alias, ſi præmeditata ac digeſta bene, Scholis ſingulis non afferantur, ſi conſuetudine ac caſu in agenda duntaxat incidatur.

42. Præſertim jam materias pro componendo, ac compoſitiones ipſas, Magiſtri paratas ſcriptasque ſemper afferant, tam in Grammaticis quam in humanioribus. Quæ Rhetor, quæ Humanitatis Magiſter cum diſcipulis (dandi illis exempli modique gratia) compoſiturus eſt, prius ipſe domi bene componat, limet, totũ perficiat opus, nec materias ipſas unquam è memoria dictet.

43. Magiſtri vero Grammaticarum Claſſium tam pro exercitiis Scholaſticis, quam pro occupatione domeſtica, diligenter ſemper parata ſecum deferant. Quibus quidem Syntaxeos, Grammatices, Jnfimæque Magiſtris, penitus in perpetuum, inſiſtendo jam hac in parte Statuto Provincialis Łovicienſis & Vargzenſis Capituli interdicitur, majoremque in modum prohibetur, ne unquam tam pro exercitiis Scholaſticis, quam pro occupationibus Domeſticis, quidquam ſuum dictet, neque brevius, neque longius, ſed ſemper ex deſignandis infra Authoribus partem extrahant, ac exſcribant, Diſcipulisque dictent, in utraque tam Patria, quam Latina lingua: hac enĩ ſola ratione, nullaq; alia, quibuscũq; ineptiis obviari poteſt. Jlli vero Magiſtri, qui ſibi excellere videntur, aut excellunt ingenio, aliis illud extra Scholam probent ſpeciminibus, idque laudabiliter facient: Sed hac in re cũ quilibet aliquid de ſuo præſumat ingenio, ſatius eſt, omnes ut legi huic communi ſubjaceant, ne qui minus poſſunt, confundi videantur ab aliis, aut iſti res ſuas illis præferendi occaſionem habeant; cum hic non de eorum ingenii palma, ſed de majore profectu Diſcipulorum agatur, æque ac de ſecuritate Inſtituti; hoc videlicet duntaxat modo inferiores Scholas à nugis, ac levitatibus expurgatum iri.

44. Ad eandem præparationem Magiſtrorum maximopere pertinet, ut Spiritualem doctrinam, lectionemque in Schola tradendam ante quasvis Scholas

ſibi

http://rcin.org.pl

ſibi diligenter prævideant; uti & præmeditentur, quas Virtutes illa Schola per occaſionem quandam, cujus vitii horrorem Diſcipulis inſinuaturi ſunt, quorum principia habent in ſupra citata: *De viro honeſto, & bono cive*, Oratione.

45 Ordo temporis, & quavis in Schola tractandorum proponetur inferius, ubi de quolibet ſingilatim agetur; Hic ea locum habent, quæ ad modum docendi univerſim omnibus Magiſtris neceſſaria exiſtimantur.

46. Jn ſingulis Scholis Ortographiæ rectè ſcribendæ maximopere incumbant Magiſtri: in Parva, Jnfima, Grammatice &c: dictando, literas ipſas dictent, de accentibus, de majuſculis literis, de notis Commatum, Periodorum &c: in dictando ſemper diligenter admoneant, nec ſoli Parvæ, aut Infimæ perquam neceſſarium, ac utile hoc exercitium relinquant, neque quod pluries centiesque jam præmonuerint, unquam in præmonendo laſſentur. Characteres ut quam optimè, tam ſuper exemplaribus datis, quam in deſcribendis quæ componunt, atque in libris diligentiæ forment, ſummopere Magiſtri invigilent, etiam in Rhetorica ac Humanitatis Schola. De maculis præſertim aliisque negligentiæ in ſcribendo vitiis eliminandis perquam ſoliciti ſint, ac ut munde & quam optime fieri poteſt deſcripta omnia Diſcipuli ſibi reddant, eos omnimodis aſſuefacere ſatagant. Qui è Magiſtris bono charactere carent, Præfectum petant, ut omnino bonas formas provideat, aut eas ab aliis Magiſtris vel Sæcularibus Directoribus pro ſuis expoſcant & procurent. Dedocendorum item vitia linguæ puerorum continuam curam Magiſtri habeant, tam in patrio, quam in latino ſermone. Adeoque vel à Schola legentium multo magis Jnfima ac Grammatice incipiendum eſt, perſiſtendumque deinceps in eo labore, ut pueri bene voces patrias pronuncient, bene latinas tam in vocalibus quam in conſonantibus, & ut quantitatem vocum latinarum exacte uſu obſervare diſcant, qua de re continuo eos monere Magiſtri non ceſſent. Si enim Proſodiæ vel ab infimis practice non aſſueſcant pueri, actum eſt in ulterioribus Scholis & ætate.

47. Arithmeticæ Studium ac pauca illa quæ libello Grammatices annectuntur principia, ea tamen ſolida & magis neceſſaria, in Jnfima, Grammatice ac Syntaxi diligentiſſime explicentur, & omni ratione Magiſtri curent, ut hæc ſaltem perfecte Diſcipuli eorum condiſcant. Nihil enim pro vitæ rerumque humanarum uſu in quavis conditione utilius eſt.

48. Si quid aliud utile, iſtud certè longe cæteris utilius & ſummopere neceſſarium exercitium Magiſtris omnibus in ſingulis Scholis commendatur, expreſſeque præcipitur, ut principio Scholæ recitata ab uno, qui caſu interrogetur, lectione, cui rei plus temporis inutiliter impendendum non eſt, examinata breviſſime Diſcipulorum præſentia vel abſentia, ſervato ad cubiculum erratorum diligentiori examine, de quibus paucis hac aut etiam ſequente Schola ratio exigi poteſt, mox quilibet Magiſter colloquium quoddam Latinum inſtituat ſub nomine exercitii latine loquendi, quod in Infima, Grammatica, Syntaxi & Humanitatis Schola ad primam mediam horam duret. Seligant ac præmeditentur Magiſtri unam alteramvè brevem Hiſtoriam, apophtegma, ſimilitudinem cum applicatione ejuſ-

dem,

http://rcin.org.pl

dem, vel aliquid hujusmodi, aut etiam cum prudentia aliquid ex novis publicis, denique tale quidpiam breve & ſolidum, quod facile omnino, dum non nihil cogitare aut quærere velint, ſemper reperient. Talem Hiſtoriam, vel rem, latine ipſimet Diſcipulis oretenus narrent, atque ut intelligant etiam Polonice. Tum quinos ſenosve, plures vel pauciores, unum poſt alium eandem rem recitare jubeant, juvent, ac corrigant; Seſe vero ipſimet Magiſtri ad caſtigatiorem quo ad fieri poteſt, quamque in libellis, unde hæc excerpſerint, obſervarint latinitatem ſtudio accomodent. Secus ſi ipſimet puerili latinitate utentur, vitioſiore adhuc adoleſcentes inficient. Bona ergo & correcta dicendi ratione ſuos imbuant, & melioribus loquendi modis aſsuefieri eos curent. Certe animadvertent perutili hac exercitatione plusquam componendo Diſcipulos in latinitate profectum facturos, facilitatem paulatim conſequunturos, præter ingentem fructum qui in eorum ingeniis paulatim eluceſcet quod ad prudenter narrandum & ad connectendum ſermonem, ſine ſenſu & quaſi aliud agendo aſsveſient, hocque commodum ſecum ad Rhetoricen afferent. Nullo igitur penitus die mane & veſpere exercitatio hæc à prudentibus, profectûs ſuorum cupidis & diligentibus Magiſtris omittatur.

49. Jam Magiſtri illi qui continuo ſolideque quam plurima vocabula Juvenes docere negligunt, ſimiles iis eſſe videntur, qui abſque lateribus cæmento & lignis fabricare vel ædificare volunt. Res ergo omnium prima, & omnium maximè neceſſaria linguam latinam diſcentibus, quam plurima & fere omnia latina vocabula diſcere: Jn Scholis itaque Grammatices mane & veſpere vocabula aſſignentur ex Grammatica, Nomenclatore & ſimilibus. Earum quæ in Grammatice ſunt nulla penitus vox non explicata Polonicè relinquatur, ac omnes diſcere jubeantur. Præterea quæ novæ in authoribus occurrunt, extrahantur, dictentur, & ut memoriæ tradantur curetur, etiam, imo vel imprimis in humanioribus Scholis. Vocum proprietas explicetur; quæ verè latinæ, quæ barbaræ, novæque, Juvenes ſemper præmoneantur, etiam ab infimis, multo magis in Humanitatis ac Rhetoricæ Schola, in quibus poſtremis nedum voces ſed etiam modi connectendi & dicendi, ac veræ dialecti latinæ ſollicite doceantur.

50. Exercitia in Schola omnino ſemper Magiſtri cum Diſcipulis componant, vixque quarta vice eos ipſos componere ſinant, cum finis rei hujus ſit, ut componere practicè à Magiſtris doceantur, & ut quaſi facem Præceptores illis præferant, ſi vero ſoli componere ſemper errando ſinārur, valde parum inde utilitatis hauriunt. Quod intelligendum eſt etiam de Humanitatis ac Rhetorices Schola, imo quam maximè, magis adhuc enim ibi ut manuducantur, adoleſcentes egent, quare hæc regula nulla in Schola prætermittatur.

51. Compoſitiones Domeſticæ duntaxat pro diebus Recreationum & Feſtis in omnibus Scholis dentur, etiam humanioribus, aliis diebus intra tempus quod extra Scholam habuerint perſcribenda perſcribant. In omnibus Infimæ, Grammatices, ac Syntaxeos Scholis, voces omnes latinas, vel è latino ſi vertunt, Polonicas, Diſcipulis Magiſtri omnino dictent, quæ in compoſitione occurrunt, nec ullo modo in Synonymis aut Cnapio quærere cogantur, quod plurimum temporis inutiliſ-

ſime

ſime in ſola verborum quærendorum ſcientia ipſis conſumit. Etiamſi repetitarum alias vocum Juvenes obliti fuerint, Magiſtri eas dictare non faſtidiant, præter eas quæ pueris jam erunt notiſſimæ; Jd quod P. Præfectus Scholarum ſæpe examinet & ut Magiſtri regulam hanc exequantur ſolicitè omnino invigilet. Ut vero Magiſtri de bona Latinitate ſecuri ſint, plurimum conferet ut ex bonis Latinis libris ſibi ipſi primum Domi in linguam Patriam Polonicè dictanda vertant, ac deinde juxta eoſdem Latinos Auctores compoſita à Diſcipulis corrigant, ut tanto ſecurius ita bene correcta Diſcipuli memoriæ pro penſis ordinariis mandare poſſint. Jn Schola compoſitiones omnes vel plures corrigere & inutile & impoſſibile eſt; una cujusque caſu accipiatur & corrigatur ac dictetur, aliæ Domi omnino ſolicite emendentur: cujus rei neglectu Magiſtri Juvenibus cauſam præbent, ut nullam in componendo ac deſcribendo diligentiam adhibeant. Curent Magiſtri, ut quæ dictant, ſive è Polonico in Latinum, ſive viciſſim, quam clariſſima, planiſſima, limpidiſſima, intellectu facillima ſint, nugacesque Pædagogorum difficultates, ſpinas ac tenebras, quibus ingenia puerorum torquent, magnopere contemnant, potius vero juſtam partem ſemper pro componendo dictent, quæ centum circumcirca voces complectatur, & tam nimis parvas quam longas Compoſitiones devitent, principio minoribus, deinde paulatim majoribus diſcipulos aſsuefaciendo. Alia quæ ad compoſitiones in Scholis Humanioribus pertinent infrà erunt.

52. Explicatio Grammatices perneceſſaria eſt, ſed ut toto anno faſtidioſiſſima hæc crambe repetatur, aliisque utilioribus tempus ſubtrahatur, hoc vero eſt, quod boni Magiſtri abhorrere debent. Bis in Infima, bis in Grammatica ad Paſcha; ſemel in Syntaxi diligentiſſimè explicetur ad Natalem Domini, idque ſemper conſequenter, & ab explicatione ceſſetur. Deinde componendo & legendo Auctores, regulæ quotidie commemorabuntur. De præceptis in humanioribus, idem infra dicetur.

53. Summam rei in lectione ac explicatione latinorum bonorum librorum prudentes, boni guſtus, eruditi expertique Magiſtri ſitam eſſe norint, aut Quintiliano ſapientiſſimisque de arte Grammaticam docendi ſcriptoribus credant. Librorum ſola lectio doctos homines facit; quo plures, quo meliores leguntur, eo eruditiores illi ſuos lectores faciunt. Vel itaque à balbutiente ætatula, libellorum pro ejus captu factorum lectioni incumbendum eſt. Principio difficiliores ipſis intellectu erunt, ſed Magiſtro juvante intelligent. Paucis, ſi Schola quævis non eſſet aliud niſi lectio & explicatio librorum, tanto plus in quavis proficeretur. Sed enimvero explicationes ipſæ non ſint moroſorum Pædagogorum more, ſingula ut accidentia, Regulæque Grammaticæ examinentur, quod aliquando & quidem parciſſime fieri poteſt, ſi quid novi occurrit, ſed duntaxat Magiſtri curent, ut quamlibet rem, ſive è Patria, ſive è Latina lingua Diſcipuli bene intelligant, nihilque non intellectum tranſeant, & velocius quo ad fieri poteſt, lectio continuetur. Quo plura legerint, ac intellexerint, eo plus proficient. Vocabula & modos dicendi maxime tum iis inculcent. Libros aſſignatos ad ſuperiores Scholas in inferioribus non præoccupent. Si forte ex deſignatis infrà non repererint in incipientibus Bi-

bliothe-

bliothecis, omnino conſilio Præfecti aut Rectoris item aliorum graviorum è noſtris Virorum poterunt accipere, & ſupplere aliis libris, in quibus tamen DEUS avertat, nihil penitus ſit quod vel minime bonis moribus, aut Religioni contrarium ſit, neque ullomodo ſupra captum Juvenum, multumque difficiles, ſed potius ſint quam planiſſimi Hiſtorici vel morales. Nihil itaque abſque Superiorum ſcitu & conſenſu, ſub graviſſimis omnino pænis ullus Magiſtrorum tam inferiorum quam Superiorum Claſſium hac in parte audeat.

54. De Principiis Hiſtoriæ in qualibet Schola dandis hæc Magiſtri obſervent. In educatione privata ſeu domeſtica manifeſtum hoc emolumentum revera oſtenditur, quod cum pueruli latinæ lingvæ condiſcendæ dant operam, multa alia eodem ipſo doceantur tempore: Nimirum linguam ſimul Gallicam vel Germanicam, Hiſtoriam, deinde Geographiam, Arithmeticam, Geometriam præter neceſſarias corporis exercitationes ediſcunt. Et hoc eſt, ob quod educationem domeſticam communi in Scholis educationi multi præferunt, & certe in his triennio vel quadriennio quid aliud niſi Grammatice ſemperque Grammatice, & exigua linguæ Latinæ principia, nihilque aliud condiſci fere ſolet. Juſtæ huic ut remedium aliquod afferatur querimoniæ, ſanè convenit, ut ſaltem aliqua ad Hiſtoriam introductio levis Inferioribus annectatur Claſſibus, deinde Humanioribus præter Hiſtoriā, etiā Geographiæ ſtudiū. Unus propoſito huic revera inſuperabilis obex eſt, quod etſi Magiſtri libros utcunque habere neceſſarios poſſint, pro hoc tamen in Scholis noſtris adoleſcentibus, libris penitus careamus, ſine quibus harum rerum ſtudium nullomodo ut oporteret propagari, nec adeo fructuoſum eſſe poteſt. Sperandum tamen Providentiam bonis noſtris intentis fore propitiam, ſperandum repertum iri cum tempore egregios è noſtratibus Viros, qui optimâ de Republica merendi voluntate hanc in ſe aſſument Provinciam, ut libros in hoc genere Patriæ Juventuti perneceſſarios, aut ex externis linguis in Latinam traducant, aut ipſi pro uſu Scholarum conſcribant. Difficile & id eſt, ut multis videtur, morem iſtum in Scholis inuſitatum ſed perutilem inducere, ut nempe Parentes pro ſuis liberis libros coëmant, deſperandum tamen non eſt, ſi in copia mediocrique pretio libri tales adeſſent paulatim morem hunc introduci poſſe, ut complures ſaltem è Parentibus, ſi non omnes, expenſæ hujus tam modicæ & utilis pro caris eorum liberis non pæniteat, dum modis omnibus Rectores, Præfecti, Magiſtrique ſummo agant conatu, ut iidem Parentes veram comparandorum pro ſtudiis librorum neceſſitatem agnoſcant. Perſvaſionibus privatis ac diſſertationibus publicis typo per graviores è noſtris Viros ad hunc finem edendis, & iterum, iterumque donec aliquid in animis hominum efficiant per Provincias diſſeminandis, fieri ferè nequibit, quin multi & ſummam utilitatem, & graviſſimam neceſſitatem rei hujus capiant, & paulatim permoveantur. Cæterum noſtra intereſt, ac ſemper intererit, omni meliori modo pietatem ac rem literariam promovere, effectum vero fructumque noſtrorum conatuum ſupremo Numini commendemus.

55. Jam ut præſenti rerum ſtatui res noſtræ ſe accommodent, ex iis quos



http://rcin.org.pl

Magiſtri poſſunt habere, libris,tradant interea quo meliori modo poſſunt Hiſtoriæ aliqua ſaltem principia.

56. Scholæ Infimæ annectuntur principia Sacræ Hiſtoriæ. Scholæ Grammatices ſtudium Polonæ Hiſtoriæ,Syntaxi principia Hiſtoriæ quatuor Monarchiarum. Pro Sacra Hiſtoria deſtinatur interea novum & vetus teſtamentum libellus optimus à Załuſcio traductus in linguam Patriam. Pro Patria Hiſtoria Florus Polonicus Paſtorii. Pro quatuor Monarchiarum hiſtoria libelli P. Remigii, cæteris hujusmodi fortaſſe paulo aptiores, donec accuratior, melioriqne latinitate prodeat.

57. Modus docendi in diligentiſſima primum libellorum cum juvenibus lectione, explicatione ac repetitione conſiſtit. Singulis Scholis explicata memoriter reaſumant ſingulis Sabbatis, quæ ſeptimana audierint, deinde finita libelli parte, que præcipua occurrerint compendiô in memoriam reducant.

58. In Sacra Hiſtoria epochas ſeu puncta temporum ſub Patriarchis, Judicibus, Regibus, Pontificibus, Ducibus Machabæis, exactè obſervari faciant, ac nomina Principum populi ediſcere, deinde particulares hiſtorias.

59. In Polona HiſtoriaFamiliarum Regnantium mutationes poſſunt bene pro Epochis accipi. Condiſcant deinde nomina & Chronologiam Principum, denique ſub quovis præcipua.

60. In quatuor Monarchiarum compendio, earum initia, incrementa, nomina Principum, ſaltem præcipuorum, exitus denique,mutationes, ac durationem cujuslibet. Denique Regna ex iisdem nata notent, & memoriæ adoleſcentum imprimi curent.

61. Imprimis vero ad id præcipue tendant, ut in qualibet Hiſtoria factisque ad conſiderandam vel virtutem aliquam, vel ſceleris turpitudinem animos adoleſcentum excitent, id tamen paucis ac efficacioribus verbis, ne tempus aliis rebus extrahatur, expediant, in qua nihilominus re ſummum maximumque Hiſtoriæ legendæ fructum ſitum eſſe ſciant, Juvenibusque perſuadeant.

62. Jam ſi ipſimet Magiſtri plus aliquid ſolidiusque ex hiſtoriis,quas ſunt tradituri, ignorent, valde imperfectam eorum explicationem fore,dubitandum non eſt; Quare ipſimet amplioribus legendis hiſtoriis diligentem navent operam, ut tot locos in ſupradictis libellis duntaxat attactos,ubi opus erit illuſtrent. Parcè id tamen nervoſeque,ne tempus extenuetur. Si enim horis in ordine temporis ad explicandos hos libellos annuô decurſu deſtinatis ritè diligenterque utantur, proculdubio in ſingulis Scholis eos finient. Jn Syntaxi vero tres Monarchias unô, Romanam alterô haud difficulter abſolvent. Adoleſcentes nec recordabuntur, ſed neque etiam penitus omnium obliviſcentur, aliquid plusquam ſciverunt eorum inhærebit memoriæ, & ſi non omnes ſaltem aliqui proſequendi Hiſtoriæ ſtudii guſtum ſibi formari ſentient; tempusque ita non in ſolis Grammaticæ tricis conſumetur.

63. Quo ad examina publica & experimenta annua, an ex his libris profecerint, gnari prudentesque Magiſtri, quæſtiones duodenas, vicenas, tricenasve

cum

http://rcin.org.pl

cum reſponſis conficiant, de præcipuis Epochis, de numero Principum ab una ad aliam, de principalibus gentium viciſſitudinibus, denique de ſingularibus aliquibus hiſtoricis rebus & eventibus, quos pro libris, ut vocant, diligentiæ dictent, & memoriter condiſci jubeant. Ut in examinibus bis in anno faciendis, omnes & ſinguli, ad quæſtiones omnes reſpondere poſſint. Fieri nequit ut in ejusmodi examinibus nedum omnia, ſed & multa revocari poſſint, verum ad ſpecimen alicujus profectûs exhibendum vel pauca hinc inde delecta ſufficient. Si etiam partem unam duntaxat libelli Magiſter publicè examinari velit, faciet prout ipſi libebit. Quæſtiones ſolas quas pro examine Magiſter confecerit in ſena vel plura exemplaria deſcribat, & examinaturis tradat. Semper vero diſtinctè ponat, ex quo libello examen inſtituatur, nimirum ex Hiſtoria Novi & Veteris Teſtamenti. Ex Floro Polonico &c: nam ſi id imprudentius omitterent, Examinatoribus occaſionem præberent, interrogandi de iis, quæ diſcipuli non audierunt, cum iſti interrogandi non ſint, niſi ex libello, qui ipſis eſt prælectus. Hæc quo ad levem exercitationem Hiſtoriæ in Infima, Grammmatice, & Syntaxi. De Humanioribus Scholis erit inferius.

64. De libris ut vocant diligentiæ: Finis præcipuus ſcribendorum diligentiæ librorum eſt Characteris formatio, ac Ortographiæ tam Patriæ, quam latinæ correctio, deinde ut pueruli, quo ſe occupent domi, habeant; tum ut in examinibus tempore præfixo deſtinatis, quæ ſunt dictata condiſcant, & memoriter reſpondeant. Tum denique ut pateat etiam Magiſtri in ejusmodi dictandis diligentia. Compoſitiones idque è Latina in Polonicam, è Polonica in Latinam linguam ex libris ſupra mox dictis, omnes quotquot dantur, bene juxta auctores unde excerpuntur correctæ, diligentiſſimè ſemper deſcribantur, diebus, menſibusque ad ſingulas omnino annotatis, quæ pro examinibus memoriter condiſci poſſint. Cæterum dum ut dictum eſt, è probatis duntaxat dictanda hujusmodi extrahentur Authoribus, rectô Magiſtri utantur judiciô in rebus ejusmodi ſeligendis, quæ ſemper ad commendandam virtutem, ad deteſtandum vitium, & ad ſeriem hiſtoriæ in Grammaticis claſſibus tendere omnino debent.

65. De diſcendis memoriter in omnibus his tribus Claſſibus prima ac potiſſima exercitatio memoriæ ſit in condiſcendis vocabulis, quæ ſemper mane & veſpere aſſignentur. Deinde Grammatica penitus conſequenter, non è diverſis locis: in Infima toto annò; In Grammatica ad Paſcha, In Syntaxi ſemel Grammatica, deinde quarta ejus pars Proſodia ad Paſcha. Tandem aſſignentur ſemper in Grammatica & Syntaxi diſcendæ Compoſitiones bene correctæ, latinæ duntaxat, è quibus certè maximum fructum referent, quæ Compoſitiones etiam cum Grammatices mox ac Scholarum principio ſemper iis diſcendæ aſſignentur. In Infima vero ſemper aliquid ex Orbe ſenſualium picto, in Grammatica & Syntaxi, vel ex eodem, vel ex Janua linguarum. Jam autem de ſententiis ad calcem Grammaticæ annexis morem hunc ſervent omnes Magiſtri Inferiorum Claſſium, eas ut ordinariis è memoria penſis non includant, ſed tantummodo pro præmiis, & laude, ut Diſcipuli earum quotquot volunt identidem condiſcant, & recitent, quique plu-

nes recitaverit, majori ſit illi laudi, aut merito. Ne vero bis eadem repetant, ad quem locum quis recitarit, Magiſtri notari id faciant. In Grammatica & Syntaxi eodem modo excitentur ad aliqua ex Poëtis pro laude & merito condiſcenda. Quibus rebus neque eſt opprimenda adoleſcentum memoria, ſed neque ullo modo indulgendum eidem: Memoria enim diſcendo excolitur.

66. Modos uſitatos, alioſque pro prudentia, & cum Præfecti, graviorumque Virorum conſilio excitandæ inter Juvenes æmulationis Magiſtri in his Inferioribus Claſſibus nullomodo omittant, neque negligant. Deſtinationem æmulorum, Diviſionem in partes, decertationem pro loco, connotationem meritorum vel errorum, judicia de profectu ſingulorum, laudes & vituperationes, aliaquè hujus generis, experientiâ teſte, utiliſſima ſemper in publicis Scholis ſunt exiſtimata. Signum linguæ Polonicæ neceſſarium eſt, Patresque Præfecti attendant, ne ejus uſus exoleſcat, pro quo plura diſcenda potius, quam aliæ pænæ aſſignentur. Inſignia quædam negligentiæ ſummæ, dum nihil contra decorum, prudentiamque præſeferant, poſſunt rariſſimè adhiberi, qua tamen in re plurimum Præfecti Scholarum attendant, ne imprudentiùs aliquid accidat tam in modo, quam in conditione Perſonarum. Ridicula alia, uti proceſſiones, cum negligentioribus per Scholas, & id generis majorem in modum prohibentur, Modi enim duntaxat omnino honeſti decentesque ad promovendam æmulationem adhibendi ſunt.

67. Jam denique ex præſcripta hac docendi methodo, ex aſſignatis pro qualibet Schola, ex præſcripto temporis ordine, nihil penitus unquam arbitriò propriò Magiſtri permutent. Pro quorum jam ſingulis ſeparatim Inferioribus Scholis, præter univerſales hucusque regulas, & præceptiones ſequentia præſcribuntur.

## §. IV.

## *De Schola, quam vocant Parva, ſeparata ab Infima.*

Alibi Schola Infima, & Parva ſunt ſeparatæ, alibi junctæ ſub eodem Magiſtro. Schola Parva alios habet, qui legere diſcunt, alios, qui jam legunt & utcunque ſcribunt. Si hæc Schola ſeparata eſt ab Infima, habet Magiſter mane horas duas & dimidiam, veſpere totidem ad docendum.

68. Ordo ejus Scholæ Separatæ talis ſit. Ab ingreſſu ad Scholam matutinam, una hora mane primos doceat, qui legere jam ſciunt, alii qui legere diſcunt, tacitè, quæ ipſis aſſignata ſunt legant, vel Alphabetum characteremque forment, vel ab aliis pueris legere doceantur. Alia hora legere diſcentes ipſe Magiſter doceat unum poſt alium vel plures ſimul, ſi eadem diſcunt; Jlli autem primi interea ſcribenda ſcribant, & quæ ipſis aſſignata ſunt, diſcant. Poſt meridiem itidem unã horam his, alteram aliis tribuat. Per ultimam vero mediam horam tam mane, quàm veſpere Catechiſmum & modum Sacro ſerviendi, eos omnes ſimul doceat, vel iis aliquid legat, quod eos ad pietatem excitet. Hæc quo ad Ordinem temporis.

69.

http://rcin.org.pl

69. Jam quod attinet ad modum tradendæ doctrinæ legendi, & ſimul alphabetum atramentô vel cretâ formandi, ac deinde voces ſcribendi, hæc per ſe patet, dummodo cum diligentia, patientia ac charitate fiat.

70. Quod vero ſpectat ad doctrinam eorum, qui jam legere ſciunt, uſus Grammaticæ pro iis talis eſt: Solas declinationes, conjugationes, ac comparationes abſque ullis explicationibus-præviis generum, tabularum, & ſimilium uſu ac exercitiô ipsô doceantur. Jtaque à pagina Grammaticæ 32. ſtatim incipiant, & ſimpliciter declinent *muſa muſæ*, & quam plurimas voces ejusdem formæ memoriter; ita cæteras formas, conſequenter cum quam plurimis exemplis ſimilibus; ita irregulares; ita adjectiva, deinde comparationes. Huicque declinandi exercitio dentur ſaltem quatuor vel quinque ſeptimanæ. Tum *finitis* declinationibus conjugetur forma *Laudo* cum plurimis exemplis *primæ*. Jta cæteræ formæ, deinde irregularia verba, nullas explicationes, regulas, exceptiones tangendo, ſed continuo duntaxat verba quam plurima ſimpliciter conjugando. Atque huic conjugandi exercitationi dentur ſex Septimanæ. Declinare ſubſtantiva cum adjectivis, & comparativis, ac conjugare regulares & irregulares condiſcant. Quæ vero declinant vel conjugant, ſimul ſemper cum lingua polonica declinent ac conjugent, per omnes caſus & tempora, & nullomodo ſola lingua latina, cum articulis ſemper omnino & perſonis, quod nullo modo negligendum eſt, & ut caſus & tempora bene diſtincteque ſemper denominent. Jam pariter cognoſcere ſubſtantivum & adjectivum ac concordantiam nominativi cum verbo doceantur, item præpoſitionis, conjunctionis, ac adverbii cognitionem illis *Magiſter inſtillet*, & hæc omnia abſque regularum Grammatices explicatione, ſed mechanicâ quâdam oſtenſione ſubſtantivi cui non adjungitur *ten*, *ta*, *to*, adjectivi, cui ſunt tria genera, *ten biały*, *ta biała*, *to białe*. Verbi, quod habet perſonas, *ia*, *ty*, *on*, *my*, *wy*, *oni*. Præpoſitionis ut: *do*, *przed*, *na*, *po*, *przez*, *&c*: Conjunctionis ut: *y*, *albo*, *iáko*, *ták*, *&c:* Adverbii ut: *dobrze*, *źle*, *mądrze*, *głupie*, *&c*: multitudine exemplorum pervenient ut ſciant nominare has orationis partes, & ſubſtantivi ac adjectivi differentiam. Tum in oratione ordo Grammatices mechanicè iis oſtendatur. Ut ante Infimæ ingreſſum ſuperficialem ſaltem ſuarum rerum notitiam habeant, quæ ipſis poſtea ibi explicabuntur ex Grammatica: Cujus in Parva nulla explicatio fiat, ſed potius ad Infimam capaciores promoveantur.

71. Alter uſus Grammaticæ pro parvis eſt: ut vocabula quæ ſunt pagina 208. memoriter quam exactiſſime condiſcant, quare ſena pro meridie, duodena vel quindena pro nocte ſemper ijs aſſignentur, diligentiſſimeque invigiletur, ut ea memoriæ imprimant: atque in hoc Magiſter potiſſimam partem profectûs eorum in hac Schola ſtatuat, ut quam plurima vocabula diſcant.

72. Præprimis jam Catechiſmum in hac Schola omnino totum ſcire debent, proinde cum jam legere didicerunt, Catechiſmum præter vocabula continuò & ſumma omni diligentia diſcant mane & veſpere, ac ſolicitiſſime examinentur ultimâ mediâ cujusvis Scholæ horâ. Sciantque ſe ex hac Schola non promovẽdos eſſe, donec illum perfectè memoriâ teneant. Jam ſummô ſtudiô eos modum confitendi, & quæ eò pertinent, ac ad Euchariſtiam accedendi doceat.

73.

http://rcin.org.pl

73. Cum vero Chriſtianis nihil magis neceſſarium ſit, quam vitam JESU Chriſti pernoſcere, puerulisquè cum vel ab hac ætate ad libros legendos guſtus inſpirandus ſit, utilior magisque illis accommodus liber dari nequit, quam Evangelium: unde Magiſter tribus in hebdomada diebus Lunæ, Mercurii, ac Veneris, ultima media hora mane, ac etiam ſi libet veſpere legat & explicet illis Polonicum Evangelium Divi Lucæ, vel ſi Polonicum non reperiet, legat ex Latino, Polonicè. Si item hoc finito tempus ſupereſſet, legat illis Tobiam ex ſcriptura, in lingua vulgari, aut ex latina explicet. Certe lectio hæc & grata illis erit, & maximos in iis producet fructus, dum ſe ad eorum captum explicando accõmodet, & lecta repeti faciat. Characteribus denique formandis valde attendat pro quibus declinationes, comparationes, tempora verborum vel ſententiolas aliquas domi ſcribendas illis aſſignet. Hæc de Schola Parvæ ſeparatæ ab Infima.

74. Qui jam vocabula quorum Syllabus eſt ad finem Grammaticæ memoriter didicerint, ac declinare & conjugare promptè ſciverint, & regulares & irregulares formas, ii ad Infimam transferendi omnino ſunt. Cum hujus parvæ Scholæ, explicatio regularum objectum non ſit, ſed tantum Mechanica quædam ad declinandum & conjugandum aſſvefactio.

75. Quare Præfectus Scholarum ſi viderit ante Natalem Domini eſſe aliquos magis capaces in Parva, qui prompte conjugent, declinent, etiàm comparationes, ac vocabula ex Syllabo ac Catechiſmum ſciant, ne tempus in hac Schola terant, ad Infimam eos transferat. Alios poſt Cinerum diem, alios poſt Paſcha. Nam niſi multitudo fortaſſe præpediat, diligens Magiſter intra ſpatium ſedecem viginti, vel viginti quatuor Septimanarum etiam tardiores in declinando, in comparationibus formandis & in conjugando bene omnino perficere poteſt; miſerumque omnino ac dolendum eſt his minutiis annum ſolidum inſumere. Alii vero ex legentibus ad Parvam ſeu ſtudium declinandi & conjugandi transferantur. Ad Infimam quamvis è parva nonnulli tardius in curſu annuo transferentur, in ea in quidcunque inciderint, certe præter primos fortaſſe dies, nihil ibi captum eorum excedet, paulatimque alios attingent. Jam Magiſter Infimæ, pro his noviſſimis, uno fere Menſe vel minus, mediam horam reperiet, quavis Schola, ut iis quæ præceſſerunt, ex Grammatica explicet; ex aliis libris in quæ inciderint, una cum aliis audient.

*De Parva Schola conjuncta cum Infima, mox ſequente paragrapho.*

## §. V.

## *De Schola Infima.*

76. SI Infima juncta eſt cum Parva, tempus utrique quale poterit, dandum eſt. Legentes ut moris eſt ab aliis legere manumque formare doceantur, quorum attentioni identidem diligens Magiſter invigilet. Jlli vero qui legere jam didicerunt, adjungentur, quoad fieri poterit, Infimiſtis. Expedit tamen, ut ſi

Magi-

http://rcin.org.pl

Magiſtrorum copia ſuppetit, Scholæ hæ ſeparatos ſemper habeant. Jam conſultiſſimum eſt ubi hæ duæ Scholæ ſimul ſunt, ut omnes ſimul duobus menſibus, vel plus, declinando, & conjugando, & aliis, ut in Parva mox ſuperius dictum, *una hora mane, una veſpere* exerceantur, quod exercitium non eſt ſine fructu etiam Diſcipulorum Scholæ Infimæ, cum melius ipſis declinandi conjugandique habitũ firmet, in quo vis maxima incipientium linguam diſcere conſiſtit. *Altera vero hora matutina*, legatur ipſis Orbis Senſualium pictus, ita ut quamlibet ejus ſententiam Magiſter primum explicet, deinde diſcipuli ex latino in Polonicum è Polonico in latinum è recenti memoria vertant, quam explicationem etiam Parvæ Scholæ alumni audiant. *Poſt prandium altera hora* Compoſitiones heſternas Magiſter corrigat, & novas dictet. *Vltima media hora mane & veſpere*, lectiones aſſignentur & doctrina Spiritualis. Hicque ordo ſit temporis, primo alterove Menſe, donec parvi promptius declinare, conjugare & comparationes formare condiſcant. In *Infima* itaque ſi eſt conjuncta cum *Parva*, mox dictus ordo temporis duobus tribusve Menſibus ſervetur.

77. Jam ubi non eſt Parva Infimæ juncta, ibi ab ipſo anni Scholaſtici initio, ubi vero hæ duæ Scholæ junctæ, ibi ab Adventu Domini hic ordo Scholæ temporisque ſervabitur. Mane *hora prima* quotidie prorſus, præmiſſo exercitio, (ut paragrapho III. dictum eſt) latine loquendi, Grammaticam ipſis die Lunæ, Mercurii & Sabbati explicet, nullo modo ex pluribus locis ſed omnino conſequenter ab Ortographia uſque excluſive ad Proſodiam: nihil penitus omittendo, ſunt enim captu eorum facilia, duobus vero in hebdomada diebus, ſcilicet die Martis & Veneris, breve omnino exercitium cum Diſcipulis Magiſter componat, quavis autem quarta aut quinta vice eos ſolos componere jubeat. Hanc vero hora dicta Grammaticen ſemel finitam etiam altera vice totam iis explicet, quæ illius explicatio bina, durabit hac hora prima ad Quadrageſimam incluſivè vel excluſive. Curet ut intelligant, ſed inutiliter tempus non teratur melioribus impendendum. Hæ vero Grammatices regulæ millies in libris quos illis leget & in cõponendo occurrent, uſuque potius diſcentur. A Quadrageſima itaque vel à Paſchate, hora hæc prima impendetur lectioni Hiſtoriæ Polonicæ novi & veteris Teſtamenti.

78. Hora altera matutinæ Scholæ libri latini quotidie omnino legantur, & explicentur quotidie. Media ultima hora, Doctrina Spiritualis.

79. Hora prima Scholæ poſt meridiem lectioni & Studio Sacræ Hiſtoriæ & novi Teſtamenti detur. Hora vero ſecunda ejuſdem veſpertinæ Scholæ his impendatur: quolibet die præcedente recreationem vel feſtum, dictetur compoſitio domeſtica, aliis vero diebus eadem hora compoſitiones corrigantur. Dictentur item quæ Domi in libros perſcripturi ſunt. Pro diebus quibus nulla recreatio vel feſtum eſt medium, compoſitione non onerentur, ſed perſcribenda perſcribant. Jam ultimis duobus quadrantibus aſſignatio lectionum & doctrina ſpiritualis.

80. Jntelligat bene Magiſter Scholæ Infimæ duo genera librorum ad hanc Scholam deſtinari. *Primum* pro diſcenda lingua latina, *alterum* pro diſcenda Hiſto-

http://rcin.org.pl

Hiſtoria Sacra. In explicandis itaque libris Latinis tendat ad id, ut Latinitatem diſcant. In legenda vero Hiſtoria Polonica novi & veteris Teſtamenti, tendat ad id, ut hiſtoriam hanc diſcant.

81. Pro lingua latina poteſt illis legere *Selectas Hiſtorias Latinas*, ex Sacra Scriptura, vel ſelectas item hiſtorias ex Prophanis auctoribus, libellos aureos pro incipientibus. Jtem *Orbem Senſualium pictum*, Jtem Phædri, aut Æſopi fabulas. Jtem *Sydonii Apollinaris*, Hiſtoriæ Sacræ compendiolum. Jtem *Jacobi Pontani* opuſculum aliquod, aut Ludovici Vives colloquia. Si hi deſint: Evangelium latinum S. Lucæ vel Matthæi, Acta Apoſtolorum, Hiſtoriam Tobiæ, Hiſtoriam Judith. Excerpta ex Machabæorum Hiſtoria. Quamcunque demum ex his libris deligere velit, deligat. & legenda præmeditetur, ac difficiliora vel prætereat, vel facilius reddat. Jn Scriptura ſacra quamvis latinitas non eſt caſtigata, clara tamen & perfacilis. Linguæ hujus nitorem alibi docebuntur. Bonus tamen Magiſter poteſt dicere hoc vel illud verbum non eſſe bene latinum, ut jam vel à teneris aliquid de delectu verborum audire incipiant. Talium lectione librorum magnum in eis profectum experietur.

82. Hiſtoriam vero Polonicam novi & veteris Teſtamenti ita iis legat, ut ſingula capita memoriter repetant: & deinde ab Epocha ad Epocham explicata reaſumant.

83. Examen publicum bis in anno inſtituat. *Primum* in 2da Hebdomade Martii recreatione diei Jovis vel Martis. *Secundũ* in ſecunda hebdomade Junii diei Jovis vel Martis recreatione. In quo *primum* libros latinos, qui iis lecti ſunt, caſu apertos explicent. *Secundo* hiſtorias quas jubebuntur ex hiſtoria novi & veteris Teſtamenti recitent. *Tertio* ad aliqua pauca ex grammatice quæſita reſpondeant. *Quarto* Hiſtoriolã aliquam latinè narrent. *Quinto* ſpecimen characteris quiſque quam diligentiſſime à ſe ſactum præſentent. *Sexto* Specimen Arithmeticæ ſimplicium ſpecierum dabunt.

84. Jam vero pro Compoſitionibus domeſticis, ea dictet, quæ ad examina ex hiſtoria inſtituenda inſervient, ſimulque ad conſcribendum ut vocant diligentiæ librum. Proinde pro ejusmodi compoſitionibus, vel *Rudimentis* hiſtoriæ Sacræ, vel hiſtoria veteris & novi Teſtamenti *Załuſcii*, vel compendio hiſtoriæ Sacræ *Sydonii Apollinaris* utatur, vel alio ſimili libro.

85. Pro exercitiis vero in Schola componendis cum diſcipulis, utantur *Orbe ſenſualium picto*. Pro exercitatione memoriæ in hac Schola, diſcant conſequẽter, & nullo modo è pluribus locis, regulas Grammatices, ab Ortographia incipiendo, nec ſeparatim declinationes ac conjugationes, ſed conſequenter: permixtio enim hæc è pluribus locis perturbat puerorum ingenia. Sique aliqua ex Grammatices regulis pueri in recitando ſuis verbis ſuppleant, ſinantur, dum intelligere videantur. Jam vero in condiſcendis innumeris vocabulis longè maximam profectus eorum partem Magiſter ſtatuat, unde ſeparatum ſit ſemper vocabulorũ penſum diſcendorum ex vocabulario Grammaticæ adjuncto. Præterea nulla omnino vox ſit in Grammatica, quam Polonicè neſciant, ac ex Auctoribus Latinis quæ occurrant voces notent & condiſcant. Pro examinibus vero quæ ipſis dictata ſunt, diſcant memoriter.

ORDO

http://rcin.org.pl

## §. V.
# ORDO TEMPORIS
## *In hac Schola. Mane.*

86. *Hora Prima Scholæ Matutinæ.*

Recitatio per unum diſcipulum lectionis è memoria. Exercitium loquendi latine. Grammaticæ explicatio diebus Lunæ, Mercurii & Sabbati ad Paſcha. Diebus autem Martis & Veneris exercitium componendi latine toto anno. A Paſchate ad finem Scholarum lectio Hiſtoriæ Sacræ Polonicæ novi & veteris teſtamēti pro explicatione Grammaticæ;

*Hora Secunda Scholæ Matutinæ.*

Lectio & explicatio libri latini.

*Veſpere hora prima Scholæ.*

Recitatio ut mane. Exercitium loquendi latine. Lectio libri latini, & alternis diebus Hiſtoriæ Polonicæ novi & veteris teſtamenti.

*Hora Secunda Scholæ.*

Correctio compoſitionis unius. Dictatio dictandorum.

*Vltima media hora mane & Veſpere.*

Lectio Spiritualis.

Fundacji im. I. I. Michalskich + Ze zbiorów

## §. VI.
## *De Schola tertia ſeu Grammatica.*

87. IN hac Schola duntaxat Grammatice ad Nativitatem Domini diligentiſſime ſemel vel bis explicetur ad Proſodiam excluſive. Deinde ab ejus explicatione ceſſetur, ſed in legendo & componendo regulæ refricentur.

88. Libri latini in hac Schola explicandi pro diſcenda ex iis latinitate, præter ſuperius dictos in Infima, poſſunt eſſe hi: *Cornelius Nepos* de Jmperatoribus, Quintus Curtius, Eraſmi Roterodami colloquia: Epiſtolæ Plinii, Mureti, Sadoletti &c: Elegiæ Ovidii de triſtibus vel aliæ. Nihil obeſt ſive unum ex his duosvè continuare velit Magiſter, ſive nunc unum, nunc alium librum accipiat & explicet, finem, ut latine intelligant & diſcant, ſuos diſcipulos juvandi conſequetur.

89. Jn hiſtoria Polona, Florus Polonicus diligentiſſime explicandus: Cumque examen in hac Schola è Polonica Hiſtoria inſtituendum ſit, proinde pro libro ut vocant diligentiæ, ac pro compoſitionibus domeſticis, hiſtoria Polona, ex Floro in Polonicum, vel ex Kołuccio in latinum vertenda utantur. Aut quæ ſuo tempore his melior occurret. Prudensque Magiſter in dandis ex Floro compoſitionibus, quæ correctæ, deinde in librum diligentiæ dictabuntur, ita rem accommodet, ut has compoſitiones diſcipuli pro examine memoriter diſcant & ad quæſita ex iis reſpondeant. Pro exercitiis in Schola, Januâ linguarum vel Orbe Senſualium picto, utatur.

90. Arithmeticen diligentiſſime ſuis deſignatis ut ſupra horis matutino recreationum tempore eos doceat.



http://rcin.org.pl

91. Memoriter Grammaticen conſequenter diſcant; Jtem dena pro meridie, vicena vel plura pro nocte vocabula: denique ea quæ ex Auctoribus ab iis compoſita, à Magiſtro correcta habebunt, memoriæ ſemper utiliter impriment.

92. Examina duo in hac Schola ſint publica, tempore inferius in Capite de Præfectis deſignato. Jn quibus 1. librum latinum ex explicatis, caſu ſapertum explicent. 2. Ad aliquot quæſtiones ſuper Polona Hiſtoria reſpondeant. 3. Ad pauca quæſita ex Grammatice. 4. Hiſtoriam aliquam latine narrent, quam jubebuntur. 5. Specimen dent Arithmeticæ. 6. Characteris. 7. Vocabula interrogentur ex Vocabulario Grammatices.

# ORDO TEMPORIS.

## *Mane hora prima Scholæ.*

93. Recitatio per unum diſcipulum lectionis è memoria. Exercitium latine loquendi. Grammaticæ explicatio ad Natalem Domini diebus Lunæ, & Mercurii & Sabbati. Diebus vero Martis & Veneris exercitium latine componendi toto anno. A Natali vero Domini ad finem anni pro explicatione Grammatices diebus Lunæ, Mercurii & Sabbati, explicatio Flori Polonici.

*Mane hora Secunda Scholæ Matutinæ.*

Lectio & explicatio libri Latini, die vero Martis & Jovis Arithmetica.

*Veſpere hora prima Scholæ.*

Recitatio ut mane, exercitium loquendi latine, Lectio libri latini, & alternis diebus Hiſtoriæ Polonæ, ex Floro, vel alio.

*Veſpere hora Secunda.*

Correctio Compoſitionis unius & dictatio dictandorum.

*Vltima media hora mane & veſpere.*

Aſſignatio Lectionum. Lectio Spiritualis.

# §. VII.

## *De Schola Quarta ſeu Syntaxi.*

94. Grammatice ſemel, Proſodia bis in hac Schola diligentiſſimè explicetur ad Natalem Domini. Poſt Natalem, tempus id aliis impendatur.

95. Libri latini in hac Schola pro latinitate diſcenda præter ſupradictos in Grammatice explicandi ſunt. Selectæ Ciceronis Epiſtolæ, ejusdem Cato major, vel de amicitia. Valerius Maximus, Eutropii Hiſtoriæ Romanæ compendium, Florus compendium Hiſtoriæ Romanæ, Seneca de brevitate vitæ, de Jra &c: Floſculi Hiſtoriarũ Bouſſier. Turſellini compendiolum Univerſalis Hiſtoriæ, & ſi libet Oratio aliqua Paulini vel Mureti, quibus intelligendis nihil facilius, & ſimiles. Ex Poetis Ovidius, Martialis, Virgilii Bucolica vel Georgica. Ex horum aliquo, ſi libet Magiſtro unum duosve continuare, vel ex multis, parte hinc inde extracta, diſcipuli in intelligenda condiſcendaque latinitate plurimũ proficient.

96.

http://rcin.org.pl

96. Jam quo ad Hiſtoriam nihil utilius eſt, quam ut in hac Schola principia bona jaciant Hiſtoriæ quatuor Monarchiarum. Pro qua duo libelli Remigii non ſatis quidem eleganti, condonanda tamen latinitate conſcripti; aliis ejusmodi paulo meliores, donec illis terſior breviorvè de quatuor Monarchiis ab aliquo noſtrorum conſcribatur, deſtinantur. Spatio unius anni difficile eſt eos explicare, duobus percommode finient. Et ſi vero diſcipuli hujus Scholæ uno anno complures in Syntaxi morentur, ii itaque ſi vel tres Monarchias, vel Romanam audiant, non parum utilitatis referent. Alii qui duobus ut ſæpe accidit annis in Syntaxi detinentur utrumque finient. Quod obliviſcantur explicatorum, id Magiſtrum non avocet à propoſito; erunt etiam qui recordabuntur, ſaltem aliquorum; guſtus autem noſcendæ hiſtoriæ plurimis remanebit. Explicata, quavis Septimana Magiſter repetat brevibus & repeti faciat, item partem principalem finitam. Nomina & Chronologiam principalium rerum eos diſcere omnino jubeat. Reflectere animum ſuper virtutibus & vitiis hominum, ſuper Civitatum, Regnorum, Rerumpublicarum viciſſitudinibus, cauſis malorum, & ſimilibus eos brevibus doceat, hasque conſiderationes illis paucis inſpirare nunquam omittat. Si poſtea horum lecturam negligant, non erit Magiſtri ſed illorum culpa.

97. Compoſitiones *è Latino in Polonicum* ex ſupradictis Auctoribus ſemper trahat; *pro Polonicis* ex Telemaco traducto ſolute polonice, ex libro Abrys życia ludzkiego Witwiccii, vel Powinności Chrześciańſkie ejuſdem, ex libro Reformacya Obyczaiow Polſkich, ex Potulicii revolutione Svetica, ex verſis à Sapieha revolutionibus Romanis, ex Hiſtoria Bielſcii, ex Volumine legum & ſimilibus; vel dictanda polonice ipſemet ex Auctore latino domi vertat in Polonicam linguam.

98. Jn hac Schola præſertim verba minus latina ac barbara à bonis verbis, latinis dignoſcere, & proprietatem vocum, ſolicitè doceantur, bonisque verbis, & dialectis propriis ut paulatim aſsuefiant, uti & in lingua Patria, magnopere Magiſtri curent.

99. Poſt Paſcha, præſertim ad exitum anni Scholaſtici, Magiſter hujus Scholæ aliquas ex latinis Epiſtolis Ciceronis, Plinii, Mureti, Sadoletti, Bembi & ſimilibus in idioma polonicum vertat, & eas Polonicè dictet, traducendas latine, & viciſſim latinas Epiſtolas vertendas in linguam Polonicam. Si libet quartam vel quintam quamvis Epiſtolam in Materia ſemper graviore morali vel officioſa, & latine & Polonice eos componere jubeat, ſed prius omnino hanc ipſam epiſtolam ſibi Magiſter componat, vel ex libris extrahat, & pluries eandem diſcipulis prælegat, ut, prout poterunt, memoriæ eam imprimant ac imitentur.

100. Hoc vero loci pro Magiſtris Claſſium Grammaticæ & Syntaxis id additur, nihil eos utilius facturos, quam ſi ſenſim ſine ſenſu, ut ajunt, ad epiſtolas, ut ita dicamus *juveniles*, ſcribendas, eos identidem in utraque hac Schola inducant, & aſſuefaciant; non ut pro compoſitionibus ordinariis diebus feſtis aut recreationum, ſed ut aliis diebus vel aliquando pro Schola pomeridiana eas pro laude duntaxat & notis meritorum ferant: qua perlevi ratione incredibile eſt quantum eos ad ad literas conſcribendas ſine ulla moleſtia præpararent. Materiæ vero omni-



http://rcin.org.pl

tho pueris competentes quasque bene intelligant iis deligendæ proponendæque memoriter ſunt. Tales eſſent iſtæ: *Epiſtolæ* ut ita appellemus *juveniles*: ut ad Magiſtrum ſcribant petendo leviora penſa è memoria, vel leviores compoſitiones, recreationem, indulgentiam pænæ, præmia & meritorum notas, commendationem apud Parentes, promotionem ad altiorem Scholam, ſuperiorem in Schola locum, calorem tempore hyemis, minorem laborem tempore æſtatis, privatas non publicas admonitiones, bonum coram Præfecto & Rectore teſtimonium, perorationem aliquam in declamatione, item è contra longiores compoſitiones, majorem memoriæ exercitationem, rariores recreationes, ſeveriores ſi delinquant admonitiones, Hiſtoriæ diligentiſſimam doctrinam, morales doctrinas, & ſimilia literis ſcriptis à Magiſtro petant. Si quis eorum ab alio offenſus eſt, literis offenſam exponat, & juſtitiam petat. Si quis aliqua in re deliquit, vel non didicit diſcenda, vel non tulit componenda, aut perſcribenda, literis ſe purget & deprecetur. Jnter ſe æmuli literas ſcribant hortatorias ad bene ſtudendum, ad frequentandam ſemper Scholam, ad pietatem, ad urbanitatem, ad moderationem motuum animi, ad obediendum Parentibus & Præceptoribus: ad concordiam inter ſe ſervandam, ad condonandas offenſiones, ad vitanda mendacia & inſolentias & hujusmodi. Se mutuæ amicitiæ inſinuent, inſtari pro ſe apud Magiſtrum petant. Hæc & ſimilia adoleſcentulos propius concernentia, uti res & commoda eorum ſpectantia, captui incipientium perquam accõmodata, ſi in Grammatica & Syntaxi exerceantur ſæpius, næ illi bona pro ætate ſcribendarum epiſtolarum ſine magno labore jacient fundamenta. Sed quia ne talia quidem principio pueruli ſcribere poſſent, proinde Magiſter oretenus prius ipſis dicat, quid & quomodo ſcribere eos oporteat. Talibus tamen epiſtolis ut dictum nequaquam pro feſtis aut recreationibus occupandi ſunt, cum longe magis feriis tempus inſumerent neceſſarium, ac otium melioribus eriperent, ſed maximopere excitandi & cohortandi, ut vel aliis diebus Scholaſticis, vel poſt meridiem literulas ejusmodi omnino breves ſponte afferant: ac formam deſcribendi, ſubſcribendi, plicandique epiſtolas & maximam in iis ſcribendi diligentiam & munditiem doceantur. Qui melius ſuo marte aliquid ejusmodi afferent, ſuas literas in Grammatica & Syntaxi tempore examinum producere, vel P. Præfecto præſentare poterunt.

101. Quoniam vero plurimũ intereſt ut in hac Schola juvenes, non tamen ullis præceptionibus, aut regulis, quam exemplis oculis eorum ſubjectis, aliquam de epiſtolis idæam ſibi formare incipiant, proinde ut poſt Paſcha Ciceronis imprimis Epiſtolæ iis explicentur, index earum paulo plus centenarum hoc loci adjungitur, quæ faciliores *è libris ad Familiares* ſeligi poſſunt, non quod & in his aliquid paulo alicubi obſcurius non obviet, ſed diligentia Magiſtri id facile illuſtrabit, ac ad commentaria vel conſilium aliorum recurſus. Jndicantur itaque hæ non ſolum pro Schola Syntaxi, ſed etiam pro Humanitatis ac Rhetorices Scholis explicandæ epiſtolæ.

102. Ex Epiſtolarum ad familiares libro primo, epiſtola. III. VI. X.

Ex libro Secundo Epiſtola I. II. IV. V. VI. VII. XI. XII. XIII. XIV. XVI. XVIII.

Ex

Ex Libro Tertio Epiſtola I. II. VII. X. XI. XIII.

Ex Libro Quarto ab Epiſtola prima uſque ad decimam quintam, incluſive omnes.

Ex Libro Quinto Epiſtola I. uſque ad decimam octavam incluſive, quarum duodecima & decima ſexta præcipuè. Et ejusdem epiſtola vigeſima prima.

Ex Libro Sexto I. II. IV. V. VI. VIII: uſque ad decimam ſeptimam incluſivè. XIX. XXI. XXII.

Ex Libro Septimo. III. IV. V. VII. IX. XIV. XV. XVII. XXVIII. XXXIII.

Ex Libro Octavo Epiſtola XV. XVI.

Ex Libro Nono Epiſtola I. II. III. VI. XI. XIII. XIV. XV. XVII. XVIII. XIX. XX. XXI. XXIII. XXIV.

Ex Libro Decimo Epiſtola I. ad vigeſimam ſecundam incluſive omnes.

103. His plus quam centenis ſelectis facilioribus poſſunt & aliæ ex reliquis libris ad familiares & ad Atticum ſi libebit deligi & adjungi; hæ vero tam in Syntaxi, quam in Humanioribus Scholis, interea ſufficiant. Profeſſores qui eas explicabunt, nôrint, aliquibus in locis, quamvis raro, talia occurrere menda, ut ab eruditiſſimis emendari non ſatis potuerint. Sed hæc reliquæ epiſtolæ explicationi non obſtant, admonebunturque juvenes errores hos librariorum veterum incuria irrepſiſſe. Argumenta tamen epiſtolarum quam optimè illis explicanda ſunt, & in commentariis perquirenda notisque eruditorum in epiſtolas. Cætera in dictionario Calepini reperientur. Vicenarum ergo vel tricenarum ejusmodi epiſtolarum explicatio in Syntaxi majorem in modum commendatur.

104. Arithmeticen horis matutinis diebus recreationum diligentiſſime doceat.

105. Pro diſcendis memoriter; jam amplius in hac Schola Grammatices præcepta non refricentur, præterquam duobus primis ad plurimum menſibus, cujus regulæ uſu & praxi ipſis commemorabuntur. Sed Proſodiam diſcant: & partes compoſitionis ex Auctoribus correctas, Epiſtolas Ciceronis, elegias Ovidii.

106. Quo autem imprimis Magiſter hujus Scholæ ſuorum memoriā exerceat ſint vocabula, ita ut à primo die ad ultimum Scholæ Synonyma conſequenter addiſcant, tricena pro meridie, quinquagena pro nocte vocabula ipſis quavis Schola aſſignando, quod memoriæ penſum diligenter ac exactius ab iis exigat, quam cujuscunque alterius rei: qui Synonyma non habent, deſcribant. Cum enim ultima hæc ſit linguæ latinæ Schola, convenit, ut quod principale eſt in lingua, tandem condiſcant, hoc eſt innumeras voces, ex Auctoribus præterea qui leguntur eas notari faciat & memoriæ ut mandent curet.

107. Examen bis ut ſupra inſtituendum, tempore in capite de Præfectis deſignato inferius, in quo Librum Latinum explicare, Hiſtorias aliquas Polonicè ab ipſis dictas latine narrare, ad aliquot quæſita ex Hiſtoria quatuor Monarchia-

rum

http://rcin.org.pl

rum reſpondere jubeantur. Vocabula complura interrogentur. Specimen Arithmeticæ & Characteris præbeant. Epiſtolam aliquam Ciceronis recitent.

## ORDO TEMPORIS

### *Mane hora prima.*

108. Recitatio lectionis e memoria, exercitium latine loquendi, explicatio Grammaticæ ad Natalem Domini diebus Lunæ, Mercurii & Sabbati: diebus vero Martis & Veneris exercitium latine componendi. Jam vero poſt Natalem Domini diebus Lunæ, Mercurii & Sabbati explicatio quatuor Monarchiarum Remigii.

*Mane hora Secunda.*

Lectio & explicatio Librorum Latinorum, die vero Martis Arithmetice.

*Veſpere hora Prima.*

Recitatio, exercitium Latine loquendi. Alternis diebus lectio Hiſtoriæ quatuor Monarchiarum Remigii & aliorum librorum latinorum ſupra poſitorum.

*Veſpere hora Secunda.*

Compoſitionis unius correctio, & dictandorum dictatio.

*Vltima mediâ horâ mane & Veſpere.*

Aſſignatio diſcendorum, & Lectio Spiritualis.

*Mane, die Recreationis,* Arithmetica.

## §. VIII.

### *De Schola Humanitatis. Ubi pleraque & ad Rhetoricæ Profeſſores pertinent.*

109. SCholam Humanitatis veſtibulum Rhetoricæ, primam Rhetoricam, ſeu primum illius eſſe annum oportet. In ea enim rudia quædam Eloquẽtiæ elementa Juvenibus tradi, primaque ut ajunt glacies frangi, & Adoleſcentiũ ingenia ad aliquid è ſuo promendum, dicendumque effingi, formarique debent.

110. Præcepta imprimis ſtudio pro hac Schola collecta uſque ad Rhetoricas præceptiones explicentur, Ut Periodorum, Troporum, Figurarnm, amplificationis naturam & artem imitandi cognoſcant. Jtem Progymnaſmata quædam, ut ſunt Fabula, Narratio, Laudatio, Theſis, & Chria. Cætera huc abſque tot aliorum Progymnaſmatum farragine re ipſa reducuntur, Progymnaſmatis denique apprime adjungātur Epiſtolæ. Jn iisdem Præceptis ad calcem, aliquid de re Poëtica annexum eſt, quod conſequenter explicetur; Præterea ſemel ex Grammatica Proſodia. Perquam autem ſufficere Magiſter nôrit tradere Diſcipulis ſpecies præcipuas Verſuum, ut ſunt in Grammatica; deinde modum Epigrammatis aut Elegiæ componendæ, notitiam Odarum & imprimis cognitionem fictionis in parvis, majoribusve Pöëmatibus, quæ res eſt Pöëſi propria. Præcepta hæc omnia ad Paſcha bis ex-

http://rcin.org.pl

explicare commodè poſſunt. Parci ſimus in præceptis, continui in praxi, & exemplis.

111. Jam de Compoſitionibus agamus. Jnutile vero eſt, & Pædagogis trivialibus, quam Magiſtris ſimilius, Periodorum, Figurarum, Amplificationum & hujusmodi componenda exempla diſcipulis tradere, dummodo enim explicatione præceptorum ea bene intelligant, in quodcunque progymnaſma hæc omnia neceſſario influent, & Periodi, & Tropi, & Figuræ, & Amplificationes. Leve ergo eſſe nulliusque emolumenti prudens Magiſter exiſtimet, cogere Juvenes ad conſequenter Unimembres, Bimembres, Figuras unam poſt aliam exprimendas, cum hæc prout natura orationis exiget, ubique per ſe ſint occurſura.

112. A principio igitur Scholæ, primoque die componere primum incipiant progymnaſmata incipiendo à Fabulis. Et Fabulas quidem nullas aliter, quam preſſè tractatas cum narratione ſimplici & commoda, brevi vero affabulatione. Quarum aliquam etiam verſu, ſi libet Magiſtro, illigare poterunt. Fabulas Æſopi, aut Phædri, vel Polonicas Jabłonovii Palatini Ruſſiæ pro exemplo habeant. Præſtantiſſimæ de Fontenai Fabulæ præcipue commendantur. Fabularum denas cōpoſitiones, ſequantur narrationes qualiumcunque gravium, & brevium hiſtoriarū ſeu factorum, abſque ullis ſuperfluis amplificationibus, & inutilibus exordiis, circumſtantiis, partibus, ſed duntaxat ut rem hiſtoricè exprimant, ut Valerius Maximus, totque ejusmodi Scriptores, & ut ipſimet Hiſtorici faciunt. Quorum ſingulares quavis de re quam narrant hiſtorias Magiſter conſideret, extrahat, & vel componi faciat, vel ad imitandum proponat. Figuris, quæ naturaliter non affectatè influere poſſunt, in his utatur curetque ut narratio ſit exacta, culta, nervoſa, bonâ latinitate confecta, & non tam à ſimplici, vero, & claro, quam à nimis vulgari, & communi ſermone remota; Quam ſemper ſequatur applicatio ad aliquam, quæ in ea elucet, virtutem, ad mores, ad vitia. Decima quinta narratio verſu dari poteſt. Quindecim ejusmodi narrationibus ſuccedant quinæ laudationes Perſonarum potius, quam aliarum rerum, Regum, Heroum, Divorum, Clarorum in Republica Virorum, Auctorum, Artium, Sapientum hominum, etiam ſi libet Juvenum, & Collegarum. A Natalibus, ab Ingenio, à moribus, virtutibus, à factis, & hujusmodi. Id vero imprimis in hoc Progymnaſmate curetur, ne ullo modo longius ſit, ac una pagina ſufficiat ſingulæque vel binæ periodi laudi à quavis re ſatis ſint; Ne Juvenibus hæc prorſus velitatio in laudando, in Panegyricum ut apud Pædagogos plerumque ſolet, degeneret. Si libebit, verſu heroico, vel elegiaco, laudatio aliqua expediri poterit. Poſt laudationes vicenæ Theſes ſubſequantur, ſeu propoſitiones generales, eæque graves & utiles uti commendando veritatem, patientiam, liberalitatem, temperantiam, Juſtitiam, gratum animum, Religionis curam, obedientiam, prudentiam, parſimoniam, Amorem Patriæ, gloriam militarem, fidem in Principem & Rempublicam, millenasque alias virtutes, & vitiorum ac flagitiorum horrorem inſpirando. Savedrâ, Tympio, Pelzoffero, Horologio Principum, Theatro Politico, Lipſii Politicis, Vernulæo, Polyantheis Langii, & ſimilibus ad hæc uti poſſunt, uti & ad Chrias. Namque Theſes excipiant

iterum

iterum vicenæ Chriæ ſuper dictis, factis, legibus, ſententiis; Enormem hunc, noxium, vaniſſimumque verè imperfectorum magiſtrorum morem,& abuſum vitando, ne unquam Chriæ ejuſmodi ita longæ ſint ut conciones, ac prolixæ orationes eſſe videantur, quod Adoleſcentibus faſtidioſiſſimum eſt, & ſine ullo diſcentium fructu. Ridenda profecto eſt illa partitio in tot compoſitiones & dies, inſipidæ unius Chriæ; Ubi breviſſimo à laude ſeu quocunque ſenſu acceſſu factô, alterâ vel eadem Periodô res ſeu ſententia exponenda, pauciſſimis aliis periodis. Cauſa aliæ qua partes cum Juvenibus expediendæ ſunt. Contra naturam enim res eſt tam prolixîs longîsque diſſertationibûs incipientes pueros torquere, ac terrere, quibus multæ & breves Orationes pro exemplo dandæ ſunt, ſique aliquid Progymnaſmata tædioſa & inutilia hucusque in Scholis reddidit, certè deteſtabilis hæc imprudentium, aut imparatorum Magiſtrorum in iis dictandis prolixitas.

113. Jam ſi, ut dictum, denas preſsè Fabulas, quindenas breves narrationes, quinas laudationes, vicenas Theſes, totidemque Chrias componant, non modicam certè facilitatem pro ætate in componendo acquirent. Quarta quævis compoſitio ſit linguâ Polonicâ.

114. Cum vero in uſu humano nihil ſit frequentius epiſtolis,nihilque magis ſocietati humanæ neceſſariũ, iis jam poſt exercitationes progymnaſmaticas diligentiſſima danda eſt opera; Conſultius vero etiam, & potiùs ultimâ anni parte quam à principio ſcholæ hujus: nimirum cum Juvenes jam non nihil in componendo exerciti ſunt, & licet valde parum illud, jam tamen aliquid de ſuo promere utcunque poſſunt. Sciat verò Magiſter profectum diſcipulorum magis latiusque patere, magis Parentibus ac aliis eum oſtenſum iri, & in ſemet majorem eſſe, ſi epiſtolam utcunque ſcribere poſſint,quam quævis alia progymnasmaton genera. Sint ergo centum compoſitiones (certè paulo plures ſunt) in decurſu anni, ſexagenas dedimus mox ſupra progymnaſmatis, reliquæ uſque ad exitum anni Scholaſtici ſint ſemper Epiſtolæ, & ſemper alternis vicibus Latinæ & Polonicæ, nunquam aliter. Jta ſaltem 40 vel 50 Epiſtolas ad finem anni Scholaſtici componere poterunt. Ne vero in ineptas & pueriles materias unquam Magiſtri declinent, cum eæ tales eſſe omnes debeant, ut nobili Juventuti proluſiones ejusmodi prodeſſe poſſint, ſtatuique eorum conveniant, proinde mox ſequentes pro Epiſtolis propoſitiones præſcribuntur, ut ex iis quas libuerit deligant, aliaſque hujusmodi cum prudentia & conſilio forment: nam pro innumeris hæ paucæ ad exemplum ſufficiant. Sunt ergo primum Epiſtolæ Officioſæ, Gratulatoriæ ut Honoris Primatis, Miniſterii Belli vel Pacis, Epiſcopatûs,Palatinatûs, Officii Regni,Officii in aliqua Provincia, Reditûs ex Exteris, Natalis Domini, Novi Anni, Diei Natalis aut Patroni, Muneris Deputati Judicis, Nuncii, Mareſchalci Comitiorum, Mareſchalci Tribunalis, Officii in Exercitu,Legionis, Cohortis, initi Statûs Eccleſiaſtici, Sponſæ, Filii vel Prolis, Evictæ Cauſæ in Judicio, ſucceſsûs cujusque felicis, Melioris ſanitatis.

115. Jtem Officioſæ quæ duntaxat ad benevolentiam conciliandam alicujus, vel mutuo conſervandam tendunt, quales Filii ad Parentes, Fratris ad Fratrem.

http://rcin.org.pl

trem, ad Conſanguineum, ad Superiorem vel Æqualem, ad Collegam, ad Commilitonem, & ſimiles, amici ad amicum, quibus amor, gratus animus, gratiæ pro beneficiis, veneratio, æſtimatio, deſiderium videndi, complectendi, gratificandi, bene merendi, prompta obſequia, optimæ voluntatis conteſtatio, & ſtudium, inquietudo de ſalute, tædium, & anxietas de non receptis pridem literis, aut bonis nunciis, preces, & ſtimuli ad frequentiorem ſcriptionem, voluptas & lætitia receptis literis, aut novis, & id genus exprimuntur. Aliqua è publica fama vel de domeſticis rebus nunciantur. Joci ſi inter pares admodum parcè admiſcentur. Amici Domum invitantur, negligentia in ſcribendo reprehenditur vel diligentia laudatur.

116. Epiſtolæ in negotiis privatis ut petitoria commodandæ ſummæ vel pecuniæ, Commendatoria ſui Miniſtro, Senatori, Epiſcopo, Duci, pro obtinenda re aliqua: bonis vel honore, vel functione, vel commendationem ab iis quærendo. Amicorum ſuffragia pro electione ſui ad aliquod in Provincia munus, conquerendo, Arbitrum, vel Super-Arbitrum pro Judicio compromiſſo petendo. Cauſam Judici vel Patrono, aut Fautori ſuo alicui commendando. Commendatitias literas ad eoſdem implorando, vel pro aliis ſcribendo; Præſidium contra adverſarium aliquem invocando. Conſilium de re aliqua exquirendo. Sociam vitæ apud ejus Parentes, Fratres, Patruos, Conſanguineos, Domûs Amicos expetendo. Amicum ut controverſiam vel litem compoſitum veniat, invitando. Colonum ſubditum reddi ſibi expoſcendo. Sylvæ, Paſcuorum uſum, vel ſubſidium aliquod in re œconomica quærendo. Calumniâ, vel falsò relatis amico ſe purgando. Bona ad emendum petendo, vel ſua ad vẽdendum proponendo. Cenſum à ſumma locata requirendo. Debitum repetendo. Limites inter bona amicè definiendos. Querelas inter ſervos vel Colonos ortas maturè ſopiendas. Damnum pago illatũ absque Judicio reſarciendum. Viæ apud vicinum reparationem. Summam cautelam in amovendo à pecoribus peſtis periculo, Communem cauſam contra malum vicinum vel potentioris vim ſuſcipiendam, & id genus ſuadendo. Infortunium ſuum aliquod, vel cauſam lætitiæ communicando. Præfectos exercitûs de illatis ſibi à milite injuriis certiores reddendo, juſtitiam urgendo. Epiſcopo vel Nuncio Apoſtolico cauſam cum Parocho inſinuando. Ab inchoanda, vel cõtinuanda lite aliquem dehortando. Prolem ſuam, Conſanguineum, Amicum, Neceſſarium Gratiæ Principis, Procerum, Miniſtrorum, Potentiorum, Amicorum quorumvis inſinuando. Domum vel Palatium Varſaviæ vel Grodnæ pro comitiis locando. Summam aliquam pro oppignorandis bonis offerendo. Educandum Filium Rectori vel Præfecto Scholarum commendando. Directorem Domeſticum rogando, vel de eo conquerendo. Triſti Amici vel Conſanguinei caſui vel infortunio condolendo, ut funeri, infirmitati, cauſæ perditæ, ignis vel aquæ damnis, invidiæ, oppreſſioni, calumniæ. Mortem denunciando, & ad funus cujuscunque Conſanguinei vel Parentis invitando. Sacerdotes, Epiſcopum, Conſanguineos, Proceres, Amicos. Filii curam amico in Exteris committendo, gratiamve Clari alicujus Viri eidem conciliando. Filiam ad Monaſterium educandam tradendo, vel amplectentem ſtatum

Religioſum commendando, ſtatum militarem vel forenſem, vel Eccleſiaſticum, vel Religioſum Conſanguineis, vel Amicis ſuadendo, vel diſsuadendo. Injuriam ſibi illatam graviter, juſteque exprobrando, vel Conſangvineo, vel Liberis, vel Æqualibus, vel potentioribus, vel amicis, aut alicui illatam deprecando. Supplices ad Regem Libelli quam breviſſimi. *Epiſtolæ in negotiis Publicis*, in quibus Perſonæ illorum qui ſcriberent conſiderandæ ſunt. Hæ licet ad Rhetoricam remittendæ ſint materiæ, earum ſimul hic nonnullæ annectuntur: Tales ſunt Regis ad Senatores, quid in futuris Comitiis proponendum putent. Senatorum ad Regem quid proponi cupiant, & petant. Primatis ad Proceres in abſentia Regis de exercitu externo, quod liberum tranſitum per Poloniam quærat, quod hoſtis limites Regni invaſerit, quod Princeps vita deceſſerit; quod pacis perturbatores aliqua moliantur, & conventicula celebrent, & ſimilia, aut ad ea reſponſa. Senatoris ad Senatorem quid de modo concludendorum Comitiorum, quid de pactis cũ aliquo è vicinis Principe, quid de eligendo Comitiorum vel Tribunalis Mareſchalco, quid de Confæderatione, quid de augendo, modoque augendi exercitûs meliore, quid de Legato ad Cæſarem, aliumve Principem mittendo, quid de aliquo tributorum genere; quid de Candidatis ad Regnum, quid de ſimilibus ſentiat, & reſponſa. Harum materiarum copia amplior in Propoſitionibus Rhetoricis infra. Epiſtolæ quoque ſcribuntur à Senatoribus præcipuis, majorisque auctoritatis ad Comitia particularia Provinciarum & negotia publica aliquot, omnibus Nobilibus commendantur, ut ea ſuis Legatis ad Comitia in Inſtructione commendent. Talia negotia in iiſdem infra propoſitionibus Rhetoricis. Nobiles denique Nobilibus Viris ſcribunt, quæ in Conventibus Provincialibus proponi cuperent, quæ rejici, quos Legatos, quos Deputatos Judices eligi & id genus. Sed tales Epiſtolæ ad Rhetoricam ſatius remittendæ.

117. Epiſtolæ morales aliquot ad imitationem Senecæ dari poſſunt, ut cõmendando fidem in amicitia, veri amorem, moderationem animi in utraque fortuna, parſimoniam, & modum in vivendo & expenſis, fugam ambitionis, ebrietatis, licentiæ, modeſtam de ſe ſuisque rebus opinionem. Nobilitatis cum virtute præſtantiam, ſine virtute vanitatem. Æqualitatem humanæ conditionis & naturæ, contemptum opum, Honores, & opes ſola ratione honeſta & virtute quærendas. Sed ſimilium materiarum in Oratione de viro honeſto & bono cive ampliſſima eſt copia. Ex his itaque ſimilibusque materiis Epiſtolæ tradentur.

118. Si vero prudens, ſolicitus de profectu, ſuisque diſcipulis optime cupiens Magiſter in melius quo ad fieri pro ætate poteſt ſcribendis epiſtolis Patriis eos formare velit, cum Libris bonis pro literis Patria lingua conſcribendis penitus hucusque careamus, hac induſtria utatur pro Polonicis epiſtolis, Cum certiſſimum ſit Juvenes etiam Magiſtros non poſſe ob experientiæ ac uſus defectum & ob ætatis rationem, bene undequaque, ſolidè perfecteque Patrias Epiſtolas ſcribere quin Scholam ſemper oleant, quod perpetuo obſervatum eſt, fruſtraque amor proprius, opinio de ſuis rebus, ac Juvenilis vanitas, etiam meliora quævis hac in re deludit ingenia, ne quid iis deſit, quidve ſuperfluat, videre ipſi poſſint. Proinde prudens

quili-

http://rcin.org.pl

quilibet ut dictum, Magiſter conquirat potius ab amicis plus minus quadragenas vel quinquagenas Virorum gravium Procerumque in quovis genere, & negotio Epiſtolas Polonicas, non perlongas, imò potius breviores ſeligendo, hasque Diſcipulis diligenter & pluries prælegat, & eas ipſas componi faciat in quacunque ſint materia. Nam ſi quinquies, ſexies, pluriesve unam quam compoſituri ſunt, illis legat epiſtolam, eam explicet, memoriæ imprimi verba & ſenſa curet, deinde pro materia componendi contrahat, ac brevibus dictet, ſperandum omnino eſt aliquid ſimile eos allaturos. Epiſtolas Latinas eodem modo iis deligat, pluries componendum aliis prælegat, abbreviet, dictet, quarum optimarum in plurimis jam libris eſt copia, Ut Ciceronis, Plinii, Mureti, Bembi, Sadoleti, Aldi, Manutii, Carncovii, ad calcem Cromeri, aliorumque. Nonnullarum ſelectarum, quas ad imitationem proponant, ex Familiaribus Epiſtolis Ciceronis Indicem, videant, mox ſupra in Parag: de Schola Syntaxi. Rem itaque totam priùs à Magiſtro privatim compoſitam, vel è libris excerptam, juvenibus ter, quater, vel pluries priùs prælegere, ac memoriæ eorum imprimere, ac deinde ex re prælecta materiam illis tradere & dictare, ac ut quod mox audiernnt, ipſi idem componant, jubere. Hæc eſt utiliſſima illa incipientibus imitatio, hic ille modus eximius quem tantopere homines docti deprædicant, inducendi Juvenes ad imitandos quosvis meliores ſcriptores. Nam quod de Epiſtolis modo dictum eſt, idem intelligendum & de aliis ſupradictis progymnaſmatibus. Jta optimus quiſque Magiſter, Fabulas, Narrationes, Laudationes, Theſes, Chrias, Verſus componendos, & alia id genus vel ex excellentibus Auctoribus extracta, vel à ſe ſolidè, limatè, caſtigatè perfectèque priùs compoſita Diſcipulis pluries prælegat, tum materiam ex iis jam prælectis dictet, & eadem componi faciat, ac deinde utcunque à Diſcipulis compoſita, vel juxta Auctorem, vel juxta ſuam lucubrationem corrigat. Jd quod æquè & Profeſſores Rhetorices ſummo cum emolumento facient; Jmo ſi etiam præter compoſitionem mox dictandam & alias ſimiles ex Auctoribns lucubrationes quamvis in alia longè materia egregiè factas Auditoribus ſuis identidem prælegant, tanto melius eorum teneras mentes ad imitationem formabunt, & aliquid ut ita dicam enthuſiaſmi, ac quendam æmulationis ſenſum pulcherrimis exemplis in eorum animis excitabunt. Talibus enim exemplaribus propoſitis majorem in modum & erigũtur, & accommodari amant & formantur ingenia. Multoque facilius cum eandem rem, quam compoſituri ſunt jam diligentiſſimè compoſitam & prælectam, ſive ex Auctore ſive ex ſcripto Magiſtri audierint, eandemque contractam in materia viderint & conformari ſtudebunt. Quod ſi etiam quam prælectam audierunt Epiſtolam vel orationem è memoria deſcripſerint, tanto melius facient. Hanc itaque tam in ſolutis quam in ligatis quibusque lucubrationibus, in utraque Schola Præceptores ſequantur methodum, & ingenti ex ea fructu Diſcipulorum gaudebunt.

119. Dicendum jam eſt ſimul de dictandis in utraque hac Schola materiis. Quæ ut bene, ſolideque dictentur fieri non poteſt, niſi prius ut mox dictum inculcatumque eſt, totam rem, ſuper qua materiam dictaturi ſunt, ſibi ipſis componant, & eloquantur Magiſtri, aut ex Auctoribus rem paratam habeant & extra-

 hant,

kant. Si id negligant perſvaſum ſit illis, & indubitatum aliter bene nullam eos poſſe dictare pro componendo materiam, nihil bene poſſe à Diſcipulis componi ex ea, niſi antequam materiam dictent, prius ipſi rem totam exactè elucubrent, aut ex Auctore probato excerpant. Hujus rei, modique neglectui, ineptiæ omnes adſcribendæ ſunt, quibus in dictandis in Schola Humanitatis, ac Rhetorica materiis, & ridiculis juxta eas puerorum compoſitionibus Scholæ continuo ſcatent. Fieri enim nequit, ut Magiſter bene materiam pro componendo digerat & tradat, ex & de re à ſe perfectè prius non præparata nec abſoluta, & de qua illa ipſe adhuc bene neſcit, quid dicturus, ſcripturusque eſt, aut quæ periodi, figuræ, tropi, epitheta, amplificationes, tranſitiones, ſententiæ, ornamenta illi influxura ſunt, cum hæc nonniſi actu componendo influant, & detegantur, aut vero in Auctoribus oculis ipſis ſubjiciantur. Proinde bonus quilibet Magiſter antequam componenda dictet, paratas jam à ſe res omnino ad Scholam afferat, extractas ex Auctoribus, vel ſuas. Jd quod certè tam Humanitatis quam Rhetorices Præceptoribus nullum penitus majorem reipſa addet laborem, nullum majus incommodum, ſed duntaxat majorem eorum oſtendet prudentiam & diligentiam. Æqualis enim omnino eſt illis labor, ſive poſt compoſitionem, ſive ante compoſitionẽ diſcipulorum privatim aliquid componere, cum componere ſemper dictanda & peroranda ſive antea, ſive poſtea debeant, ſed longe præſtat pro diſcipulorum profectu, ut ante eos ipſimet componant, remque totam perficiant, aut ex Authoribus paratam apportent, ut nimirum compoſituris Juvenibus primum eandem pro exemplo pluries, ſollicitèque perlegant, facemque ac lucem præferant, dein ut ſolidiùs contractam inde materiam iiſdem pro componendo dictent.

120. Præfecti itaque Scholarum diligentiſſime invigilent, atque Rectores, ut iidem Præceptores iſtam hoc loco præſcriptam ſemper ſequantur methodum, nimirum ut componenda ſive ex Auctoribus ſive ex ſuo ingenio ſemper priùs diſcipulis prælegant, ac ex prælectis perſectisque compoſitionibus materiam dictent. Cui rei in Viſitationibus Provinciales invigilent, ac utrum id Præceptores Humaniorũ ac Rhetorices exequantur, diligenter interrogent.

121. Hoc ſtabilito facilis jam erit modus in utraque hac Schola dictandi materias. Longè fuſiùs pro incipientibus eas tradi oportere prudentia ſuadet, ut diſcipuli etiamſi totam fere rem à Magiſtro dictatam mutatis perſonis & nonnullis verbis deſcribant, tamen quaſi eorum ingenii partu delectentur. Paulatim contrahenda materia eſt, ita tamen ut juvenes ex prælecta iterum iterumque à Magiſtro tota compoſitione id quod addituri ſunt haud difficulter commemorare ſibi poſſint. Poſt complures tamen ejuſdem generis compoſitiones longe ſtrictior debet dari materia, quæ paucis verbis capita rei duntaxat commemoret, ſed tum lucubratio à Magiſtro facta, vel ex Auctore excerpta longè adhuc iis diligentius, & pluries prælegatur.

122. Curent jam Magiſtri, ut propoſitiones & materia ſint primo ſemper de rebus gravibus & utilibus, quæ vel ad mores tendant, vel ad res olim in conſiliis Republicæ profuturas. Tales fabulæ, narrationes, laudationes, theſes, Chriæ, epiſto-

http://rcin.org.pl

epiſtolæ ſint in Humanitatis Schola, tales Polonæ Latinæque orationes, ſive ſermones in Rhetorica, ut conveniant Nobili Juventuti Polonæ, de hoc autem fuſiùs infra pro Profeſſore Rhetorices.

123. Secundo ut ſint Materiæ quam clariſſimæ, pueris intellectu facillimæ, limpidiſſimæ, bona caſtigataque latinitate, bono ordine, claris & dilucidis à parte ad partem tranſitionibus, pro compoſitionibus Polonicis Polonicæ, pro Latinis Latinæ. Denique Magiſtri non compoſitiones tantum ut dictum eſt, quas daturi ſunt factas, ſed & materias, quas ex iis dictaturi ſunt in cubiculis jam ſcriptas afferant, bene ſolideque digeſtas, nec ullam unquam materiam è memoria dictent, neque inter dictandum eas primum concipiant, ſecus ineptiis ſemper erunt obnoxiæ, tenebriſque ſcatebunt.

124. Verſus Latini pro principali fine, Scholæ huic proponendi non ſunt, cum in iis tam in hac quam in Rhetorices Schola ſubciſivis Scholæ temporibus danda ſit opera. Cũ Diſcipuli fabulas & narrationes cõponant, aliquas ex iis verſu elegiaco, Magiſter componat binas vel ternas ad plurimum, laudationem unam. Cum vero theſibus & Chriis operam dabunt, aut deinde epiſtolis, ſeptima, vel octava compoſitio metro illis detur heroico. Sive ex aliquo auctore pars componenda extrahatur, ſive è Magiſtri ingenio in commendationem alicujus virtutis, aut deteſtationem vitii, ſive ſuper quacunque re alia gravi Magiſtro libuerit. Diſticha ſeu brevia Epigrammata ferre ſæpe poſſent pro pomeridianis Scholis, vel cum nullam etiam compoſitionem habent, uti & verſ9 Polonicos, tam in Humanitatis quam in Rhetoricæ Schola. Cæterum lectione Poetarum longe magis in his proficient, qui ſingularius ad Poeſim propendere videbuntur. Facile patebit, quo eos ferunt illorum ingenia, & iſti tam in hac, quam Rhetorices Schola, ſe ſe paulatim Poetas legendo, in Poetas formabunt.

125. De Declamationibus pro Humanitatis Schola ita in perpetuum ordinamus ut ſint quater in anno. 1. Menſe Decembri, ex Fabulis & narationibus, quibus duæ tresve verſu adjungantur, & epigrammata aliquot Latina & Polonica. Altera Menſe Februario, ex Laudationibus & Theſibus, ac binæ ternæve lucubrationes Poeticæ cum Epigrammatis. 3. In Majo ex Chriis & æquè binis terniſve lucubrationibus Poeticis. 4. Mediis Julii ex Epiſtolis Latinis & Polonicis totidem, ac una duabusve carmine Latino, & Polonico, competentibus ad ſingulas declamationes præfationibus præviis, aut vero præmiſſa prudenti inter Juvenes de recitandis rebus latina brevi ſermocinatione, ut de utilitate Fabularum Narrationum, Epiſtolarum, &c: & de conditionibus rerum iſtiusmodi bene ſcribendarum. Medietas latino, altera medietas lucubrationum Polonico ſit ſemper idiomate, in quavis declamatione. Nec itaque ab hoc numero, nec à modo Declamationum, nec ab earum objectis unquam in hac Schola recedatur.

126. Quod concernit dicendi rationem, ſtylumque, hic ſit bene latinus, & emendatis diligenter eloquentiæ vitiis, ſimplex, clarus, naturalis, ſit periodis, tropis, figuris, amplificatione non puerili, ſed tantum neceſſaria pro rerum natura ornatus. Cogitationes & ſenſa ad trutinam perfectæ prudentiæ perpenſa & exa-

mina-

http://rcin.org.pl

minata. Leve, nugax, verbis inutilibus infartum, faſtidioſum, repens, inelaboratum, neglectum, nimis amplificatum, repetitum, turgidum, ampullatum, obſcurũ, confuſum nihil. Poeticum in ſoluta oratione nihil. Pulſis procul putidis ex ſimilitudine vocularum luſibus, & puerilibus omnino conceptionibus ac ridiculis argutiolis, ſuper adjuncta rerum, ſeu ut vocant circumſtantias, uti per ſtemmata, dies, locos, inſignia, Nomina, & hujusmodi Hyperboleos parciſſimus ſanusque uſus, ſimilitudines, allegoriæ, comparationes prudenter adhibitæ abſque tanta earum farragine. Rationes robuſtæ, fortiſſimæ, graviſſimæ, propriæ, cujusque rei. Ordo in dicendis meditatus, exactus, elegans, particulis jungentibus & tranſitionibus induſtriis optimè nexus. Collocatio verborum ad harmoniam. Cicero ſit Archetypon eloquentiæ; Sed imprimis natura ac prudentia, ſint parentes ac duces omnium cogitationum, diligentia vero, verborum. Pueris evolare, ac abundare vel ſuperfluis liceat, ſed non Magiſtris, à quibus correcta Magiſtrorum gravitatem ac artem ſapere ac præſeferre debent. Ad verborum delectum, modorum dicendi ſeu dialectorum proprietatem, & ut voces ſint bonæ, Latinæ, in hac Schola, æque ac Rhetorica majorem in modum attendendum eſt, vocesque barbaræ; efficta, novæ, veteribus ſcriptoribus Latinis incognitæ; præſertim quæ in Cicerone, Julio Cæſare, Salluſtio, Cornel: Nepote, Tacito, Columella, Vegetio, Polybio, Livio, non reperiantur, & Poeticæ, ex Poeſi quæ in veteribus Poetis uſitatæ non fuerunt, penitus eliminentur, caveanturque non in loquendo, cum in ſermone familiari non magnopere obſint, ſed in caſtigatè ſemper ſcribendo: cum in omni oratione, quæ ſtudio componitur, ac lucubratione, quam optimis vocibus, & quo ad fieri poteſt perfecto linguæ genere utendum ſit, potiusque ſit, nihil ejusmodi ſcribere, quam culinaria (ut ajunt) latinitate uti. Voces ergo in Calepino quærantur, & quæ veterum auctoritate fulciuntur, iis duntaxat in componendo aliquid uti liceat. Hic in lingua vocum delectus ac guſtus diſcipulis ſolicitè commendetur, & inſtilletur, ſed nulla minore diligentia etiam in lingua Patria utendum eſt Humanitatis ac Rhetorices Præceptoribus, eorumque Auditoribus. Curet, ut quam maximè propriæ uſitatæque ſint Polonæ voces, novas, & ſemper ob novitatem ridiculas vitent. Opera Bielſcii, Strykovii, Kochanovii, Twardovii, Potocii Argenis, Potuliccii Revolutio Svetica, Krucyata, Witwiccii libellus *Abrys życia*, Ariſtoteles de Republica in linguam Patriam verſus, Skargæ Conciones, Orationes aliquæ veterum Procerum, Gorniccii Hiſtoria, etiam Telemachus ſolutè traductus, præter aliquot quæ facile obſervantur ingratè fictas voces, Boetii conſolatio Philoſophiæ traducta, Leges Polonæ; ac Lithvanæ, Synonyma magna Cnapii, ejusmodi libri frequentiores in noſtris Bibliothecis omnem bonarum Patriarum vocum copiã ſuppeditabunt. Voces in lingua Patria valde uſitatæ; & quæ ab omnibus intelliguntur, & à Viris Doctis & gravibus in Republica adhibentur, quamvis è latina lingua ductæ, in ſoluta oratione vel epiſtolis non prohibentur, cum lingua ditanda ſit, & novarum uſus etiam apud veteres obſervetur. Qua in re tamen, prudenter agendum eſt, ut cum veris vocibus Polonicis res exprimi poſſit, potius his utamur. Si tamen eadem vox adhibenda ſæpius in eodem ſermone

occur-

http://rcin.org.pl

occurrit, etiam ducta è latina voce dummodo uſitatâ uti melius poſſumus, quam vocem eandem repetere, qua in re nimium anxii nimiumque ſeveri critici audiendi non ſunt. Et nos potiùs naturæ accomodare, nihil affectatè, nihil coactè, nihil nimium ſtudiosè agere, aut dicere debemus. Latinitas Patriæ Linguæ permiſcenda non eſt, mos qui male inoluit & linguam Polonicam depravavit. Nulla vox latina tam in oratione quam in epiſtolis apud literatos optimi guſtus Viros locum jam habet. Fragmenta illa Poetica apud bonæ naris homines Scholam redolent & ridentur. Gravi tamen aliqua ex Hiſtoricis, Oratoribus, Philoſophis, Poetisve ſententia vel dicto, ſobrie quidem parceque uti poſſumus, imo & eruditionis cauſa utendum eſt, ſed rarò nec affectate, nec ſimilibus infarcienda oratio: unum in breviore, alterumve in paulo ampliore ſermone ſimile quid non male inſeretur, cætera ejusmodi excellenter cogitata ab aliis, in Patriam potius vertantur linguam. Qui itaque Magiſtri Humanitatis forte ob ætatem, his ſtyli legibus ac virtutibus adhuc pares non ſunt, ut ipſi prout Magiſtros decet nondum ſcribere poſſint, illi certè ſi vel omnia, quæ in Scholis dictabunt ex probatis, bonisque publici juris factis Auctoribus excerpant, laudabilius longè facient, quam ut nugis ſcripta diſcipulorum mentesque inficiant, ac ineptis deinde id genus declamationibus aures hominum eruditorum excrucient. Quare obligationi, diligentiæ, laudi excellentium Præceptorum æque omnino ſatisfeciſſe, æqualis rem meriti peregiſſe, Magiſtri omnes declarantur, & qui à ſe ipſis bene compoſita, & qui ex auctoribus bonis delecta diſcipulis in hâc Schola dictârint, ac declamari fecerint. Secus qui ſingulari imprudentia ac ſuperbia ſuos potius immaturi ingenii ineptos partus lùci publicæ cenſuræque exponere audent, quam optima quævis è libris deligere, ut arrogantes & inverecundi ſuarum rerum jactatores vanique oſtentatores, ac nominis, famæque Scholarum Piarum proſtitutores, vehementer reprehendendi ac corrigendi Superioribus commendantur. Nec enim tolerandum ullomodo eſt, ut eorum ineptiæ Scholis impingantur. Quo loco tamen præcavendum eſt, negligentiam hac lege eorum non ſoveri, qui cum bene & correcte ipſimet componere poſſint, ob deſidiam nolint, & ſeſe hac Ordinatione excuſent; quæ de iis intelligenda duntaxat eſt, quorum ingeniis juſte diffiditur, ne nugas & puerilia è ſuo dictent. Iis vero qui bene ſcribere poſſunt, niſi deſides ſint, ſua majore ſaltem parte tradant, & declamari faciant: Pro melioribus vero exemplis aliqua ex Auctoribus immiſceant. Facile dignoſcetur à Superioribus, qui id prudentiæ ac neceſſitatis, qui negligentiæ cauſa faciant.

127. De explicatione ac lectione Auctorum in hac Schola relegenda ſunt, quæ de modo explicandi eoſdem ſuperiore Paragr: III. præcipiuntur. Hæc enim hoc loci repetere ſuperfluum eſt, ſed ſequi & exequi perneceſſarium, ſumma enim profectûs in hac exercitatione conſiſtit.

128. Alii vero libri ad hanc Scholam deſtinantur pro diſcenda hiſtoria, alii pro juvanda eloquentia. Juſtino, Herodoto, Nieuport hiſtoria Romana & antiquitatibus è frequentioribus libellis uti poteſt hujus Scholæ Magiſter, donec utilius aliquod & compendioſum hiſtoriæ opus pro his Scholis prodeat, vel ex alia

lingua

http://rcin.org.pl

lingua traducatur. Pro adjuvanda eloquentia legantur Ciceronis imprimis opera, Epiſtolæ, Cato, Lælius, Oratio pro M. Marcello brevior cæteris & facilior, Paradoxa. Ex officiis Ciceronis, (quæ conſequenter ut ſunt explicare adoleſcentulis difficile eſſet) innumera excerpi poſſunt, explicarique ut caput 14. Libri 1. *de Liberalitate*, Deinceps *de beneficentia & Liberalitate dicatur. &c*: Cap: 16. *Optime autem ſocietas hominum &c*: Cap: 17. *Gradus autem* ex Cap: 19. *Fortes igitur & magnanimi ſunt habendi &c*: Cap: 22. *Sed cum plerique arbitrentur res bellicas*, Cap: 25. *Omnino qui Reipublicæ præfuturi ſunt &c*: Cap: 26. *Atque etiam in rebus proſperis*. Cap. 29. *Omnis autem actio vacare debet*., Cap 34 *& quoniam officia non eadem diſparibus ætatibus tribuuntur*. Cap: 35. *Sed quoniam*. Cap: 38. *Sed quomodo in omni vita*. Cap: 39. *Et quoniam omnia*. Cap: 42. *Jam de artificiis*. Ex lib: 2do *de Officiis*, Cap: 4. *Tecta vero*. Cap. 5. *Longiores*. Cap: *Omnium autem rerum*: Cap: 8. Cap: 12. Cap: 16. *Omnino ſunt duo genera largorum*. Cap: 18. Cap: 21. *Caput autem eſt in omni procuratione negotii*. Et Cap: 22. & 23, *At vero Aratus*. Ex libro 3. Officiorum. Cap: 1. *Detrahere igitur*. Cap: 6. *Ergo unum*. Cap: 8. *Cum igitur aliqua ſpecies*. Cap: 9. *Hinc ille Gyges*. Cap: 10. *Incidunt ſæpe* Cap: 11. Cap: 12. Cap: 13. Cap: 14. Cap: 15. Cap: 16. & ex ſequentibus multa, uſque ad Cap: 22. Imò præſertim à Cap: 24. uſque ad finem Libri omnia, ubi de fide ſervanda, de Jurisjurandi religione, de honeſto utili præferendo, omnia divine. Pueris hæc intellectu difficilia eſſe fruſtra non cauſentur Magiſtri, potius faterentur, hæc ab ipſis non intelligi, quam à pueris non poſſe intelligi. Ridicula omnino hæc ignorantiæ propriæ excuſatio eſt, cum in noſtris Regulis, Cicero de Officiis, de Amicitia, de Senectute, ejusque epiſtolæ pro inferioribus Scholis prudenter aſſignentur. Legant & meditentur domi, doctiores conſulant, ad hiſtoriam vitæ Ciceronis & Commentaria recurrant. Quid? (inquit ille Cap: 21. Lib: 3. de Offic:) *qui omnia recta & honeſta negligunt, dummodo potentiam conſequantur, nonne idem faciunt, quod is, qui Socerum habere voluit eum, cujus ipſe audacia potens eſſet; utile ei videbatur plurimum poſſe alterius invidia, id quam injuſtum in Patriam, quam inutile, quam turpe eſſet, non videbat*. Metuendum profecto non eſt, ne iſtud Juvenculi non intelligant, ſi Magiſter ipſe ſcierit, quis eſt iſte, de quo hic ſermo eſt? & explicuerit, Ciceronem de Pompeio hoc loci innuere, qui habuit Julium Cæſarem, Tyrannum Reipubl. ſuum Socerum, cujus filiam Pompejus uxorem duxerat, ut potentiorem ſe redderet audacia, & armis Cæſaris, hominis ambitioſiſſimi, Reipublicæ gravis, & Romæ inviſi, & qui omnium bonorum Civium flagrabat odio & invidia. Pompeji itaque hic factum reprehendi, qui potentiæ ſuæ augendæ ergò, cum Cæſare tam ſtrictam neceſſitudinem in Patriæ contraxit perniciem, ac turpe injuſtumque honeſto prætulit. Hæc dum bene exponantur etiam paulo hebetiores profecto intelligent, Jta plurima alia. Si quid liberius dictum, tam in hoc ſemper graviſſimo, quam in aliis Auctoribus occurrit, *ut Gyges ſtuprum Reginæ intulit*, Magiſtri prudentiæ intereſt talia omittere, vel ſi poſſint mutari mutare. Jtaque Ciceronis primum diligentiſſimæ explicationi in hac Schola vacetur.

129.

129. Præſertim vero in hac Claſſe debet omnino Diſcipulis explicari Mythologia Maſſenii, vel Pantheum Mythicum Pomey, vel Hiſtoria Poetica Juvenci. Aut diligens Magiſter præcipua quævis magisque neceſſaria ex Dictionario Calepini deliget ac explicabit Scholâ quavis poſt recitatas lectiones, idque annô totô fabulam quamcunque Mythologicam, eandemque ſequente Schola repeti faciet; idque pro exercitio loquendi latine quotidiano inſerviet, ac nominum duntaxat explicatorum merum indicem dictabit, ut facilius, an ea memoria teneant, examinare identidem poſſit.

130. Jam præterea Epiſtolæ Plinii, Clarorum Virorum, aliæque erunt quoque perutiles. Item Eutropii Romani Hiſtor: frequens libellus, vel Livii Liber 1. vel Julii Cæſaris; Plutarchi vitæ. Jam è Poetis Æneidos duo vel tres Libri, Horatii Liber unus, vel duo; Ovidii Elegiæ de Triſtibus, Martialis Epigrammata.

131. De ſcribendis domi per diſcipulos hujus Scholæ ſeu diligentiæ Libris; Præcepta nulla dictentur unquam, typis impreſſa ſufficiant. Quæ vero quotidie componunt, correcta munde deſcribant, diesque ſinguli notentur.

132. Memoriter diſcant aliquid ex præceptis conſequenter. Jtem modos dicendi & vocabula, quæ ex Auctoribus in explicatione nova notabuntur, quod memoriæ exercitium utiliſſimum eſt ad linguam diſcendam. Jtem correctas bene cōpôſitiones præſertim ex Auctoribus extractas perutiliter diſcent, ſed magis adhuc Epiſtolas aliquas Ciceronis aut partes extractas ex Lælio, Catone, Officiis. Denique ex Poetis præſertim Virgilio duos tresve libros & Odas Horatii, non quod hæc omnia ſimul diſcere debeant, ſed oſtenditur, quæ utiliora pro excolenda memoria deligi à prudente Magiſtro poſſint.

133. Geographiæ à Paſchate ſaltem bona principia alumnis hujus Scholæ dentur ex Cluverio, vel brevi aliquo Geographo, donec aptior pro Scholis Liber hoc fine à noſtris edatur, Globi primum notitia præmittenda eſt. Jam etſi cum ſummo Scholarum incommodo, libris id genus adoleſcentes careant, chartisque, quæ cum tempore provideri poterunt, tamen ſi vel audiant, non modicum fructum eos vel ita reportaturos certiſſimè ſperandum eſt. Huic ergo etiam ſtudio Magiſter Humanitatis diligentiſſime incumbat, rei intellectu perfacili, jucundæ, & perutili. Jam ſit;

# O R D O
## *Scholæ Humanitatis.*

*Mane*

134. Horâ primâ mediâ: Recitatio unius Lectionis, Exercitium Linguæ Latinæ ex Mythologiis.

Horâ ſequente totâ à primis 7bris ad diem Cinerum vel ad Paſcha explicatio præceptorum, & quartâ quavis lectione exercitiū componendi in Schola cum Diſcipulis. Jam vero à Paſchate ſtudium Geographiæ.

Horâ mediâ Hiſtoricorum lectio.

Horâ mediâ ultimâ Lectionum aſſignatio & Doctrina Spiritualis.



http://rcin.org.pl

*Veſpere.*

Horâ primâ poſt recitatam lectionem explicatio Librorum Latinorum Ciceronis, Plinii, Livii, &c: vel unius poſt alium vel mixtim. Alternis vero vicibus Poetarum.

Horâ ſecundâ, Compoſitionis unius correctio, ac dictatio tantum ante dies recreationis & feſtos, & componendi doctrina; ante alios dies, perſcribendorum dictatio.

Ultimâ mediâ horâ ut mane.

## §. IX.
## *De Schola Rhetorices.*

135. PRæter Capita ſuperiùs de Doctrina Spirituali, de Officiis & modo docendi pro omnibus Præceptoribus aequè deſcripta, præter ea item, quæ in præcedente mox de Schola Humanitatis §. multa ad Profeſſorem Rhetorices ſpectantia, ita dicta ſunt, ut ea hoc loci repetere non oporteat; jam ſint quædam alia, quæ propius ad methodum Scholam hanc docendi pertinere videntur: præmiſſa hac imprimis præmonitione: Rhetoricam duobus annis tradi ſolere, & ut tradatur expedire: Adeoque in præſenti ejuſdem Ordinatione ad ſolidum Rhetoricæ biennium, quæ præſcribuntur, præſcribi. Nam ſi qui Parentes eorum liberos primô Annô finitô à medio Scholæ hujus curſu avellunt ipſi viderint, quo emolumento id faciant; Scholis certe, quæ ſuo egent tempore, damnum quod inde manat juſtè imputare non poſſunt. Quid quid illi faciant, nos hic in duos Annos Publicæ hujus Scholæ curſum omnino partimur.

136. Præcepta igitur imprimìs quæ pro uſu Scholæ hujus confecta ſunt, præloque impreſſa, diligentiſſimè uno alteroque anno bis ad Bacchanaliorũ dies explicentur, à quorum explicatione deinceps ceſſetur, cum legendi Oratores, ac cõponendi Orationes ipſa utilis exercitatio longe jam melius præceptiones ejusmodi, quam continua ad faſtidium earum repetitio auditorum memoriæ imprimet. Curetur duntaxat in explicando majorem in modum, ut quæcunque in ijſdem de Inventione, Diſpoſitione, ac Elocutione brevibus præſcripta ſunt, bene intelligant.

137. Finis enim uſusque Præceptorum hic eſt prudens, imprimis videlicet: Quò ad Fontes Rhetoricos perſuaſum Magiſtro ſit, eorum uſum potiùs in eo collocatum eſſe, ut repertas atque erutas ex ingenio, vel in Auctoribus ipſis detectas obſervatasque rationes diſcipuli ſciant ad ſuos reducere fontes, quam ut ex iis rationes ipſimet eruant. Praxis enim & experientia ipſa oſtendit, longe faciliùs nobis ipſis eſſe, rei cujusvis cauſam & probationem in ingenio noſtro reperire, quam per Topicos omnes eam quærere; non erit ergo certè pueris faciliùs, quod nobis difficile, & inuſitatum eſt.

138. Perneceſſarium tamen eſt, ut hos fontes Locosque ac regulas artis bene

http://rcin.org.pl

bene intelligant, ut naturalem eloquentiam arte perficiant & conſolident; rationumque intimam naturam, diverſitatem, ac differentiam inter ſe concipiant. Rhetor certè ac Orator à quocunque homine etiam ruſtico naturaliter utcunque ratiocinante, & mentem ad regulas non reflectente, nihil alias differret. Artis vero eſt, ea quæ naturâ cogitantur, quæ in ingenio reperiuntur, ad ordinem & ad Leges reducere, & mentem ad eas reflectere, ut quæ rei ratio à Definitione, à Specie, à Genere, ab Antecedentibus, à Conſequentibus, Effectis, aliisque Intrinſecis & Extrinſecis Fontibus proveniat, Rhetor ritè cognoſcat, diſpeſcat, diſtribuat. Inutile autem Profeſſor Rhetorices id ſibi eſſe perſuadeat, cogere & torquere Adoleſcentum ingenia, ut nonnulli Pædagogi ſolent, ad dandas *è quovis omnino fonte* Propoſitionis cujuslibet rationes, quod multis locum præbet ineptiis, tempusque fruſtra deterit, jam verò id perquam utile eſſe nôrit, ut vel à Magiſtro ſuppeditatas, vel ab ipſismet juvenibus excogitatas, vel ex Oratoribus lectas rei cujusvis rationes ſciant revocare ad fontes, probationumque naturam ita melius diſpiciant.

139. Argumentationum autem formas, quam optime ut calleant, neceſſe eſt, nihilque penitus componere debent, quin priùs perfectè, vel in Syllogiſmum vel in Enthymema, vel in Inductionem, vel in aliam argumentandi formam, rationem quamcumque diſponant, de quo fuſiùs infra.

140. Partes quoque naturales cujuslibet Orationis Exordium, Propoſitionem, Probationes, Confutationem, Epilogum, & probè intelligant, & neceſſariò dividant, ac nullam omittant, oportet.

141. Quod jam elocutionem attinet, naturam Periodorum, amplificationis, numeri, harmoniæ, ſeu collocationis inter ſe vocum, connectentium particularũ, Tranſitionum, Troporum, Figurarum, movendorum affectuum, ut optimè concipiant, Profeſſor curet. Jã autẽ ut harũ rerũ exempla, nimirum ut Periodos, Tropos, Figuras conſequenter componant, id vero omnino inutile eſſe credat; ſed potius in quavis Oratione, quæcunque ejusmodi Ornamenta, Periodi, Tropi, Figuræ, Amplificationes &c: naturaliter influere poſſunt, iis omnibus diſcipulos praxi ipſa, & componendo cum illis, & dictando materias, uti ſolicite doceat. Præceptis jam itaque in Libello collectis Magiſter contentus ſit, nec illa ullo modo dictando augeat. Si vero obſervationes aliquas ipſe fecerit, aut ex Auctoribus excerpſerit, ſibi eas conſervet, ac oretenus duntaxat, ſi quid ipſi tantopere utile videretur, diſcipulis explicet: memor tamen ſemper, nequaquam in Præceptorum farrragine, ſed in legendo & lucubrando rem totam Oratoriam conſiſtere. Hæc de Præceptorum explicatione & uſu.

142. Agamus de componendarum in Rhetorica rerum materia & Propoſitionibus. Si Quintilianus prudentem veterum Romæ Rhetorum morem memoriæ non prodidiſſet, cum eum ſequendo docuit: *Declamationes Forenſibus Cauſis quam ſimillimas eſſe oportere*, (Eloquentia enim tum Romæ in Foro maxime locũ habuit, & quandam ut ita dicamus, arenam,) *ſint materiæ ipſæ*, inquit. *quæ fingetur quam ſimillimæ veritati, & Declamatio inquantum maxime poteſt, imitetur*

*eas actiones, in quarū exercitationem reperta eſt*: Certè vel ratio ipſa dictaret in iis adoleſcentes Oratores, exerceri omnino debere rebus, quæ illis aliquando in Republica neceſſariæ ſint, proſintque.

143. Quid ergo ad hunc finem conducent Propoſitiones illæ. Ver eſſe gratius hyeme. Picturam eſſe præſtantiorem Muſicâ. Honores mutant mores. Vitia diſci ſine Magiſtro. Fortunam eſſe variam. Sapientes etiam mori. Deſcriptio Palatii, vel Horti, & ſimiles. Aut hîs etiam utcunque tolerabilibus, aliæ ineptiores, & inutiliores? quæ nihil olim extra Scholæ limina, nihil ad Rempublicā accedentibus profuturæ ſint. Ordinamus itaque in perpetuum in Schola Rhetoricæ à primo ad ultimum Anni Scholaſtici diem, ut tales ſemper pro componendo dictandoque adoleſcentibus proponantur, deliganturque Materiæ, quæ in Republica olim verba facturis, ſint utiles & conſentaneæ, pro quarum exemplis ſequentes in diverſis generibus Magiſtris Rhetorices præſcribuntur.

Athæos & Deiſtas Religionis hoſtes ac contra Religionem blaſphemos ſeveriſſimè puniendos eſſe.

Templa Acatholicis & Schiſmaticis nova deneganda eſſe.

Religionem, ac cum Romana Sede Fidei unitatem, veteri pietate colendam eſſe.

Juramenta neceſſaria ſanctè obſervanda eſſe, nova inutiliter non multiplicanda.

Pacem cum diſſidentibus in Religione ſervandam eſſe, ſed ſecundum leges honoribus Præfecturisque arcendos.

Templa Hæredum & Poſſeſſorum pia liberalitate inſtauranda eſſe.

Diebus Dominicis nundinas & mercatus eſſe omnino tollendos.

Decimas eſſe ſanctè reddendas.

Veteres Fundationes eſſe conſervandas, non multiplicandas, novas vero quæ ſint verè Reipublicæ utiles, non eſſe prohibendas.

Hoſpitale & Templum Divi Staniſlai Romæ curæ publicæ habendum, providendumque illi eſſe.

Educationem Juventutis bonam nedum privatis hominibus, ſed & Regi & Reipublicæ Miniſtriſque cordi eſſe debere.

Magiſtratum qui Scholas & Artes docendique modum in iis inſpiciat, ac dirigat, inſtar Veneti creandum eſſe.

Juvenes pro ſtudiis extra Patriam non eſſe mittendos.

Pro educanda Nobilitate Collegia & Academias fundandas, fovendasque eſſe.

Peregrinationem ad Exteros ætate paulo maturiore, & ut plurimum biennio abſolvendam eſſe.

Principibus ſummam reverentiam, obedientiam, & amorem deberi: graviterque puniendos qui male de iis loquantur.

Electionem liberam præſtare ſucceſſioni.

Sanguinem ſuorum Regum præferendum eſſe.

Reginis è dignitate Reipublicæ provideri oportere.

Avulſa à Regiis bonis diligenter, juſtèque vindicanda, & Regibus reſtituenda eſſe.



http://rcin.org.pl

Jura Majeſtatis Regibus ſarta tecta ſervanda, nec imminuenda eſſe.

Diffidentiam, metumque, ut continuas, ac malas de Principibus ſuſpiciones Reipublicæ perquam noxias eſſe.

A ſalute Principis ſalutem & integritatem Reipublicæ plurimum pendere.

Malum rumpendorum, aut inutiliter diſſolvendorum Comitiorum, Reipublicæ perquam noxium, ac fatale eſſe.

Electionem Regum pluribus ſuffragiis ſtare oportere. Unanimem in iis conſenſum, nec unquam contigiſſe nec expectandum eſſe.

Falſum deteſtandumque eſſe principium illud: *Confuſione Polonia regitur.*

Æque damnoſum eſſe Reipublicæ etiam iſtud aliud Principium. *Rempublicam, ſi vel peſſimè intùs conſtituta ſit, per externos ſtaturam.*

Confœderationibus niſi in extrema Reipublicæ neceſſitate utendum non eſſe. Eas tamen dum à Regibus dirigantur, poſſe eſſe ſaluti Reipublicæ.

Electiones Judicum, Legatorum, ſeu Nuntiorum, & omnes alias pluribus ſuffragiis conficiendas eſſe.

Deputandos eſſe Legum Peritos, prudentesque Viros ad Legum farraginem bono Ordine diſpertiendam, taliumque Legum Librum Authoritate publica confirmandum eſſe.

Ad demandandas executioni Leges, ſingulis Legibus pænas in violatores debitas, clarè præſcribendas eſſe, ne Judicibus ulla detur interpretandi occaſio.

Æque in Potentiores, ac quoscunque alios violatarum Legum pænas extendendas, expoſcendasque eſſe.

Abligurientibus patrimonia juvenibus curatores dandos eſſe, & in eos bonorum adminiſtrationem transferendam.

Jnfames actiones jure Nobilitatis privent.

Qui vendunt Libertatem, pellendos eſſe, nec in libero Regno tolerandos.

Bene meritos juvenibus ad Bona Regia præferendos eſſe.

Duas inſignes Præcturas uni concedendas non eſſe.

Communicationes Jurium pro Præfecturis permittendas, vel prohibendas eſſe fæminis.

Præfectos ad reparationem Arcium obligandos eſſe.

Præfectos ſi graves Colonis ſint, & bona Regia ad incitas redigant, amovendos eſſe.

Æqualiter potiùs inter Fratres bona dividenda eſſe, quam jure natu majoris, vel contra.

Poloni nobiles & Senatores, ne externis Principibus muneribus aut penſionibus annuis ſe obnoxios reddant, ſevere ſtatuendum.

Factioſi cum externis Principibus, eorumve Legatis, pellendi, mulctâque omnium bonorum puniendi.

Legatos Reipublicæ ordinarios in externis aulis, eſſe vel non eſſe neceſſarios.

Ut alternis Comitiis Cracovienſ: Vilnenſesque legati ſibi præcedunt, ita ut & Poſnanienſes præcedant, æquum eſſe.

Comitia Generalis tertia quævis Grodnæ juxta leges obſerventur.

Quæ-

http://rcin.org.pl

Quærendos eſſe modos accelerandæ in Tribunalibus Juſtitiæ, vel erigendo tertium Tribunal Leopoli, vel partiendo Deputatos Judices, ad judicandas ſeparatim cauſas, juxta earum diverſitatem.

Jn Judices, qui donis corrumpuntur, aliud Judicium non Tribunal Regni ſtatuendum eſſe, uti Terreſtria Judicia, vel Judicium Cancellarii Regni.

Electi Judices mox in Comitiis Provincialibus potius quam in Tribunali jurent, ita nunquam diſſolvetur Tribunal.

Secundum juramentum Deputatorum Judicum in fine Tribunalis tollendum eſſe, ſufficiatque primum ante cæptum munus Judicis.

Stipendia à Provinciis certa & honeſta Judicibus & Nunciis aſſignanda eſſe.

Convivia & ebrietates in omnibus Judiciis præſertim in Judiciorum diebus ſeveriſſima Lege prohibenda & mulctanda eſſe.

Patronos & advocatos nobiles eſſe debere, vel contra.

Ærarium Regium & Reipnbl: plus offerentibus committendnm eſſe. Et ſummos Quæſtores, ſeu Theſaurarios plus offerentes creandos eſſe.

Rationes perceptorum publici ærarii potius ex aſſe aſſignandas eſſe, quam ex certa definita, contractaque cum Theſaurariis ſumma.

Libertatem non ſolvendi Vectigalia, & Portoria, ut nemini unquam poſſint dare Theſaurarii, conſtituendum.

Vectigalia & Portoria, æque à nobilibus, qui commercia exercent, ac à mercatoribus eſſe ſolvenda.

Ne mercatores Potentiorum Nomine & Præſidio protegantur, Theſaurumque fallant, lege ſevera cavendum.

Fodinas argenti, ditioribus in Regno locandas eſſe, qui ſocietate inita eas aperiant, & certo fructu ſtabilito contenti, eas Reipubl: conſervent.

Fluvios navigabiles, à Molendinis aliiſque obſtaculis liberos ſervandos eſſe.

Privata Vectigalia & portoria, niſi ſint publica lege conceſſa, omnino abroganda eſſe.

Monopolia Tabaci, Caffæ, Chartarum luſoriarum, Papyri pro re Forenſi ſignatæ, Tæniolarum, (*Galon:*) Fimbriarum auro argentoque textarum, Filorum aureorum, & argenteorum, & ſimilium rerum luxui vel deliciis ſervientium, ſtabilienda eſſe.

Lex ſumptuaria contra luxum præſcribenda.

Tributa publica ſanctè eſſe reddenda.

Luſtrationem Agrorum, Tabernarum, Molendinorum, ſimiliumque Reipubl: proventuum à Republ: inſtituendam eſſe, & quovis ſexennio renovandam.

Nobiles ad Adminiſtrandas Oeconomias Regias, resque Theſauri juxta legem adhibendos eſſe.

Colonos, Ruſticosque à tributis Reipubl: liberandos eſſe, qui ut ſuis duntaxat Dominis ſolvant, Domini verò proportione ad eorum proventus ducta luſtratione redituum prævia, contribuant in Rempubl:

Coloni ſubditi ad cenſus Dominis ſolvendos, ſublatis ſervitiis & laboribus diurnis, aſſve-

http://rcin.org.pl

aſſuefaciendi, agris & campis, quæ ad Dominos Pagorũ ſpectant more Pruſſico inter eos partitis.

Ruſticorum vitæ & necis dominium, & cauſæ capitis ad Judices publicos transferendæ ſunt.

Menſuras tam liquidorum, quàm ponderum, & grani, item ulnarum pro omnib9 Provinciis æquales ubique reddendas eſſe.

Pecuniam propriam argenteam, & æream cudendam eſſe.

Auream, argenteamque monetam ad certum tam pro Mercatoribus, quam pro omnibus Nobilibus, tam pro ementibus, quam pro vendentibus pretium æquale, ſtatum fixumque reducendam eſſe.

Exportationem ſummarum extra Regnum ſeveriſſimè prohibendam eſſe.

Grani Dantiſcanis vendendi locum Caſimiriæ reſtituendum eſſe, vel Varſaviæ definiendum.

Annis carioribus Grani extra Regnum vendendi evehendique: Jtem armentorum ac equorum vendendorum poteſtatem tollendam eſſe, atque Senatus Conſiliis, id, cum opus eſt, prohibendi auctoritatem relinquendam.

Civitates Regias & Reipublicæ in Juribus ac Privilegiis ſanctè conſervandas eſſe.

Jurisdictiones privatorum diverſæ, ut maximè Civitatibus noxiæ, è Civitatibus tollantur.

Jn Civitatibus Nobiles & Eccleſiaſtici æquè ac cives onera Reipubl: ſolvant.

Mercatores, ne Civitates concidant, filias Nobilibus non elocent, aut dos in fiſcum redigatur vel contra.

Onera Eccleſiaſtica ſuper Domibus Civium deſolatis abroganda vel moderanda.

Opificia omnis generis, & lanificia quam frequentiſſimè inducenda.

Panni, Telæ, res Coriaria aliunde non advehenda.

Onus & obligatio gratis in Civium Domibus locandi ex Officio Senatores, Nuntios, & Judices, & quoscunque alios Varſaviæ & in omnibus Civitatibus lege abroganda.

Reditus, quos Præfecti Civitatum cum damno earundem ſuo commodo excogitant, ſeveris legibus ubique abrogandi.

Vagabundos & nullius Profeſſionis homines ſeverè puniendos, & Civitatibus, Oppidis, Pagisque, uti & Cyngaros pellendos eſſe.

Noſocomia publica, & Xenodochia pro veris pauperibus, Magiſtratibus, & Dominis ſummæ curæ eſſe debere: verosque pauperes ritè examinandos & ſuſtentandos eſſe.

Plateas, vias, vicosque in Civitatibus ſumptu omnium communi lapide ſternendos eſſe.

Pontes & reparatas vias publicas ab omnibus nemine prorſus excepto, exiguo ab equis ſtabilito cenſu ſolvendas eſſe.

Criminis voluntarii, homicidii reos immunitate nullius aſyli debere gaudere.

Nobilitas ut in Civitatibus maneat, præſtare, vel è contra.

Judæos eſſe pellendos. Vel è contra.

Judæ-

http://rcin.org.pl

Judæis commercia Vini & alia in damnum Catholicorum juxta leges ſeveriſſimè prohibenda eſſe.

Judæos ad onera ruſticorum & agriculturam eſſe adigendos, glebæque ut ajunt annectendos.

Judæos ut à ſingulis ſolvant capitibus lege eſſe cogendos.

Copias Reipubl: ad competentem pro Regni defenſione virium modum & numerum augendas eſſe.

Militem more Polono bellantem, Haſtatum, Cataphractum, & Levis armaturæ pro maximo Libertatis præſidio è Nobilitate Polona conſervandum eſſe.

Militem externo more ſtipendia merentem, uti ſummum robur exercitus conſervandum, augendumque eſſe.

Legiones omnes externi Peditatus & Equitatus ad ſexcentos milites augendas eſſe.

Officialium, ac Præfectorum numerum in ſingulis Legionibus ac cohortibus ob commodum Nobilitatis augendum eſſe.

Nobilitati vilibus obſequiis & famulatu interdicendum, eamque potiùs ad rem militarem & arma applicari oportere.

Potiùs pedeſtres quam equitum Legiones augendas eſſe.

Auxiliario militi, proprium præſtare, & Rempublicam ſuis potiùs viribus, quam ſociorum fortem eſſe oportere.

Legiones proprias ſingulis Provinciis conſcribendi facultatem propriis cujusque ſumptibus à Republ: dandam eſſe.

Legiones omnes, etiam Provinciarum propriæ, omnimode ſupremo Duci exercituum ſubſint, exceptis earundem ſtativis pacis tempore, quæ ſemper ſint in propriis Provinciis.

Supremorum Ducum Regimen biennio vel triennio definiendum potiùs quam cū vita prorogandum. Vel è contra.

Leges militares in Volumine Legum Anno 1609. deſcriptas ſeveriſſimè obſervandas eſſe. Quarum articuli ibidem plurimas Propoſitiones ſuppeditabunt.

Militibus bona Regia priùs quam aliis conferenda eſſe.

Senatores, Miniſtri; Officiales Statûs, Judices, Legati Provinciarum & univerſim Nobiles ad quos Conſilia Reipubl: pertinent, non ſint milites, more Veneto, & milites æquè à Statûs Regimine alieni.

Pecuniam è Cereviſia & aqua cremata in Civitatibus, Oppidis & Pagis provenientem parte ejuſdem in commodum Nobilitatis per Provincias relictâ pro ſuſtentandis Reipub: copiis convertendam eſſe.

Diſtributionem Salis Nobilibus per Provincias, potiùs in augmentum Copiarum Reipublicæ vertendam eſſe.

Qui ſtipendia apud exteros Principes merentur, revocentur.

Conſcriptio militis pro alieno Principe non permittenda.

Fortalitia vetera Reipubl: conſervanda eſſe.

Armamentariorum curam præcipuam haberi oportere, nullique pro iis impenſæ parcendum.

Com-

http://rcin.org.pl

Commeatus annonamque pro Copiis ſingulari cura providendam eſſe.
Duella graviſſimis pænis inhibenda, & abroganda eſſe.
Curam Fæderum cum vicinis ſummam eſſe debere.
Cum quo vicinorum Polonis magis expediant Fædera.
In vicinorum bellis, neutros ſemper præſtat eſſe Polonos. Vel contra.
Polonis Limites non proferendos ſed defendendos eſſe, &c: &c: &c:

*Iſtæ & iſtius modi Propoſitiones, quas ſibi quilibet Magiſter Rhetorices pro libitu ex iis deliget, perutiles ſunt, ſemperque erunt Nobili Juventuti Polonæ. Jam ſunt & aliæ ad diverſos Congreſſus, & Officia pertinentes Orationes, quarum pariter in Schola Rhetorices dare oportet exempla, quæque hoc loci præſcribuntur:*

Comitiorum Præſes, ſeu Mareſchalcus præteritus aperit Comitia, & Novi electionem proponit.

Suffragia pro electione Mareſchalci terna plus minus.

Gratiarum actio electi Mareſchalci & deputatio ad ſignificandam Regi & Senatui electionem.

Deputati Nuncii Regi denuntiant Mareſchalci electionem, & petunt ut Rex illum, Legatosque Provinciarum ad ſe ſalutandum admittat.

Reſponſum Cancellarii Mareſchalcum & Nuncios ad Regem invitans.

Mareſchalcus Rege nomine Equeſtris Ordinis ſalutato, ſuam Electionem defert, & oſculum manus Regiæ petit.

Cancellarius reſpondet & ad oſculum manus Regiæ invitat.

Cancellarius ſeſſionem ſolvit ſenatu admonito de ſententiis dicendis.

Cancellarius ſeſſionem aperit, Pacta conventa perlegi mandat.

Cancellarius præfatur ante rogationes Regias, & deliberanda Sanatui ac Equeſtri Ordini legit.

Orationes Senatorum quinæ plus minus ſalutantium Regem, & deinde ad ſententias ſuper rebus propoſitis accedentium.

Oratio Nuncii petitoria Regis, ut in Polonia maneat.

Orationes duæ, tresvè Nunciorum, quibus aliqua è Pactis Conventis maxima cum Majeſtatis reverentia ad effectum deduci poſtulant.

Cancellarius reſpondet:

Cancellarius Regis nomine dat facultatem Legatis ad ſuum conclave ſe recipiendi.

Mareſchalcus Regi gratias agit; diſtributionem honorum, ſi qui ſunt, vacantium petit; Perſonas aliquas commendat, & Nuntiis futuram in Conclavi eorum ſeſſionem intimat.

Legati Exercitus Regi & Reipubl: ſtipendia resque ſuas commendant.

Mareſchalcus ſeſſionem aperit, & ad bene collocandum Comitiorum tempus cohortatur, denique rem, de qua primum deliberaturi ſunt, proponit.

G Binæ,

http://rcin.org.pl

Binæ vel ternæ Orationes ad concordiam, & ad tempus Conſiliis ſalubriter impendendum hortatoriæ.

Mareſchalcus deputatos è Nunciis ad Conſtitutiones conſcribendas nominat per Provincias.

Quinæ plus minus Orationes breves Seſſionem aperientes, totidemque ſolventes.

Duæ, tresvè Orationes Juniorum Nuntiorum, qui primum in Comitiis verba faciunt.

Mareſchalcus ad conjunctionem cum Conclavi Senatorio Conclave Nunciorum invitat.

Oratio Nuncii idem perſvadentis.

Mareſchalcus Regi Nuncios, & eorumdem deliberationes præſentat, easque relegi in Senatu petit.

Cancellarius Conclavi Nunciorum gratulatur, & deliberationes legi jubet.

Oratio Nuncii hortatoria, ne tempus fruſtra extrahatur, & ut deliberationes non interruptè legantur.

Mareſchalcus finita feliciter Comitia Regi & Reip: gratulatur.

Mareſchalcus infortunatè diſſoluta Comitia deplorat, & Regi valedicit.

Orationes duæ, tresvè Senatorum dolentium ſuper ruptis Comitiis & ad ſententias dicendas accedentium.

Eorundem duæ tresvè gratiarum actoriæ pro curuli in Senatu à Rege conceſſa.

Jn Conventibus Provinciarum ſeu Palatinatuum primus Senator Comitiola aperit, à gratiis Deo debitis, à laude Regis, à ſalutatione Procerum & Nobilitatis, ac Mareſchalci electionem proponit.

Bina vel terna ſalutato Congreſſu pro Mareſchalco eligendo ſuffragia.

Mareſchalcus gratias agit, & Regium Legatum invitari facit.

Gratulatoria una vel altera honoris Mareſchalci.

Regius Legatus nomine Regis congreſſui bene precatur, & ad propoſitiones Regias legendas accedit.

Salutatio & Gratiæ Legato Regio per Mareſchalcum nomine Congreſſus.

Mareſchalcus ad deliberandum ſuper propoſitis à Rege, & ad exponenda pro bono publico ſingulorum deſideria invitat.

Exordia Orationum aliquot ſalutatoria Congreſſus, antequam ad ſententiam de propoſitis dicendam accedatur.

Hortatoriæ ad concordiam, & ad ſalvandam conſiliis Rempubl.

Item Orationes binæ vel ternæ quæ vivum dolorem exprimant in retardandantes Conſilia publica, cautè tamen & circumſpectè.

Mareſchalcus finitum feliciter congreſſum gratulatur.

Mareſchalcus rupto congreſſu dolet.

Duæ tresvè Orationes Nobilium Juvenum primum in Congreſſu Provinciæ comparentium.

Mare-

http://rcin.org.pl

Mareſchalcus ad eligendos Deputatos Judices hortatur.

Suffragia bina vel terna pro Judicibus eligenda.

Gratulatio electis Judicibus.

Gratiarum actio eorundem.

Oratio Legati à Palatinatu ad Regem.

Præſidens Tribunalis Regni Judices ſalutat, & ad electionem Mareſchalci hortatur.

Suffragia bina, vel terna pro Mareſchalco.

Agit gratias electus Tribunalis Mareſchalcus.

Exordia aliquot primo daturorum ſuas ſententias Judicum.

Mareſchalcus ad Juſtitiam & diligentiam exhortatur Judices.

Judex Deputatus contra corruptionem invehitur.

Commendatio cauſæ hominis pauperis, orphani, viduæ.

Oratio ad Judices ſuper Religione juramenti præſtiti.

Proſopopæia advocati, cauſam aliquam proponentis & defendentis.

Alia eandem oppugnantis.

Contra Patronos, qui tempus male extrahunt.

Oratio cauſam propriam habentis in Tribunali.

Oratio Patroni primam rem defendentis in Tribunali.

Mareſchalcus Tribunal finiri denuntiat, & Judicibus gratias agit.

Oratio in Judicio militari.

Oratio incipiens quæcunque Judicia.

Gratulatoriæ Senatoriæ dignitatis in ſolenni ingreſſu.

Legationes à Tribunali ad Regem, ad Primatem, ad Supremum Exercitus Ducem.

Oratio redditoria Sponſæ.

Gratiarum Actoria.

Duæ, tresvè Orationes Funebres.

Gratiarum actoria Funebris.

Oratio Legati ad Summum Pontificem cum conteſtatione Fidei, & Obedientiæ.

Ad Cæſarem Officioſa nomine Regis & Reipubl:

Ad Jmperatorem Ruſſiæ eadem; Et pro Conſtituendis Judicibus utraque ex parte qui Cauſas inter Poſſeſſores Limitrophos, ut fit inter Polonos & Turcas abſolute dijudicent. Vel ne Schiſmaticis tumultuantibus det præſidium vel in alio negotio.

Ad Nuncium Apoſtolicum, Eccleſiaſticum aliquem excommunicationis fulmine præcipitanter uſum fuiſſe. Vel pro moderandis Eccleſiaſticis debitis ſuper domibus collapſis in Civitatibus, & oppidis. Vel contra divortiorum frequentiã.

Orationes Legatorum denuntiãtium externis Principibus Regis obitum.

Univerſales Literæ pro intimandis congreſſibus Provincialibus & Generalibus Comitiis & alia hujusmodi.



http://rcin.org.pl

144. Harum rerum copiam hoc loci expoſitam eſſe ideo nôrint Profeſſores Rhetorices, non ut omnes has Propoſitiones exhauriant, ſed ut ſeligant, ſimilesq; forment, utque videant abſque inutilibus,aut puerilibus ad dicendum materiis, inexhauſtum eſſe optimarum, ac juventuti noſtræ perutilium Propoſitionum fontem. Quarum certè ſi non omnes,profectò plurimas biennii Rhetorici ſpatio pertractabunt. Subſidia vero ad Propoſitiones hujusmodi facile in Legibus Poloniæ, juxta Regeſtrum Ładowſcii,ſeu poſteriùs Noſtri Zegliccii: Jtem in Libris Politicis, qui in Bibliothecis paſſim reperiuntur Pelzoffer, Grotii, Vernuleii, Savedræ, Tympii, in Axiomatis Politicis Richteri: in Theſauro Politicorum Hocker: in Jure Polonico Braunii, Hartnochii, Leignich, Chwałkowii, Załaſzovii, Januſzevii, pluriumque ſimilium, dnm diligentes eſſe velint, reperient. Primum tamen ipſi quæ propoſituri ſunt, quam maximè perfectèque intelligere curent,nullam rem negotiumque, cujus vim bene non penetrent, proponant: ab aliis viris prudentibns & verſatis ſibi ea explicari curent. Si quid vero pro prudentia magis in Scholis noſtris tam Rhetorices quam Humanitatis aliisque omnibus cavendum præcavendum que ſit, certè iſtud eſt, ne ullo modo propoſitiones & materiæ tales unquam tractentur, aut tradantur, quæ vel ſtatui Reipubl: vel Principi, vel Proceribus & Civibus, vel Eccleſiaſticis, vel cuicunque demum familiæ aut perſonæ quomodocunque nocere, aut etiam diſplicere, & improbari poſſint. Stolidorum & imprudentium juvenculorum eſt, talia in Scholis ventilare, quæ negotium Congregationi faceſſere à quocunque poſſint. Unde negotia quævis, quæ inter Majeſtatem & libertatem, inter familias, inter partes, ſtudia in contraria animos ſcindunt, penitus omittantur, & ne problematice quidem tractentur. Qualesſunt de libero veto, de ſucceſſione & electione Principum, hisque exempli gratia temporibus, de Ordinatione Oſtrogiana,cui ſimiles res in Republ: quovis tempore contingunt. His omnino abſtinendum eſt. Qua in re juvenum imprudentia à Præfectis Scholarum & Rectoribus magnopere coercenda eſt. Jdeo tot ſupra Propoſitiones productæ ſunt, ut ex iis tutius ſeligant, quas libet, Magiſtri. Nullam vero ex ſupradictis ſimilibusque Propoſitionibus, dum eas ipſimet intelligant, captum adoleſcentum excedere putent, nam dummodo illas probè ſuis diſcipulis explicent, dubitandum non eſt, reque ipſa experientur Magiſtri, quam facile & ipſis, & eorum adoleſcentibus rationes naturales probationesque talis cujuslibet aſſertionis occurrent. Hæc de Propoſitionibus.

145. Jam circa dictandas pro iis materias ad dicta Paragrapho mox præcedenti in Humanitatis Schola,remittuntur Profeſſores Rhetorices, tam ut ſemper prius à ſe factas paratasqne Compoſitiones ac Orationes ejusmodi omnino habeant antequam ex iis materias dictent,quâ ut ſuas ipſis iterum iterumque jam bene elucubratas compoſitiones prælegant, & ut ex iis materias principio fuſiores, deinde breviores dictent, de quibus cum multa ſuperius dicta ſint, hoc loci non repetuntur.

146. Quodſi graves, prudentesque Rhetoricæ Profeſſores alienas, de his vel ſimilibus ſaltem rebus Orationes bonorum Oratorum in Schola tradere, & ad

com-

http://rcin.org.pl

componendum diſcipulis dictare maluerint, aut latinas è libris excerpere, id nedum liberum, ſed & omnino laudabile iis eſto. Cum certiſſimum ſit præſtare, ut optimorum auctorum exempla componenda tradant, quos illi certè nec eloquentia, nec ingenio ſuperabunt, quam ut ſua fortaſſe non undequaque perfecta oſtentent. Diſcipulorum autem profectus certior majorque ſemper futurus ſit, ſi ad perfectiſſima quæque exemplaria conformentur, conformarique doceantur. Et in hoc, ut quam excellentiſſima eloquentiæ exempla diſcentibus proponat, boni Magiſtri Rhetorices laus vera conſiſtit. Non certè in altero, ut ſcilicet ſua omnino promat, ſed perperam, vel utcunque confecta. Quanquam ſi & ſua, & excellenter elucubrata protulerit, erit id illi majori profecto ſplendori, ſed nequaquã majori Diſcipulorum utilitati.

147. Jtaque habent Præceptores Rhetoricæ innumera in optimis quibusque Auctoribus, quæ pro adoleſcentibus maximo cum fructu excerpere, ac illis primùm legere, explicare, inculcare, eorum artificium bene priùs à ſe conſideratũ detegere, & explanare, vim ratiocinandi, & ornamenta omnia oculis ſubjicere, ac deinde eadem pro materia brevioribus dictare poſſunt, ut iſthaec bene jam audita, & perpensa juvenes quaſi ſua è memoria ingenioque eruant, & componant: ac denique utcunque ab iis compoſita juxta Auctores ipſos, è quibus ea excerpsére, corrigant, correcta dictent, & deſcribi, atque etiam declamari faciant. Jta ea quæ ex Officiis Ciceronis ſuperiùs in Humanitatis Schola indigitavimus; ita Orationes ex Salluſtio, Livio, Tacito; ita è Ciceronis Paradoxis, è Libris de legibus, de amicitia, de Senectute; ita Orationes ejuſdem quas libuerit; ita partes aliquas ex Tuſculanis, ex Conſolatione: ita Orationes Jſocratis, & Demoſthenis, vel Tirii Maximi: ita ex Oratoribus vel Hiſtoricis optimæ notæ etiam Poſteriorum temporum: Quales ſunt Orationes Orichòvii Annali Sexto, Thuani paſſim & Cromeri in Hiſtoria Polona, è Wiuko, è Gorliccio, è Veteri Oratòre Polòno: Jta Orationes Anglorum in eorum Comitiis. Denique Orationes quæ ſint melioris notæ, & bene caſtigatæ noſtrorum Procerum, & Oratorum.

148. Qua tamen re tantum abeſt, ut Eloquentiæ Profeſſores nihil è ſuo componere aut dictare opòrteat, potiùs ut id quam maxime exigatur ab illis, qui eleganter, ſolidè, ornatèque ipſi dicere, & ſcribere poſſunt, ut rem literariam egregiis lucubrationibus Patriàmque illuſtrent, & tam ſibi, quàm nobis honorem ac decus adferant: ſed id duntaxat majorem in modum prævacetur, ne ſuos Juveniles partus, ne dicatur ineptias, quas vel adhuc immaturi ingenii judicium, vel amor proprius cæcus rerum ſuarum admirator, illis ipſis commendat, perfectis optimisque rebus, quarum copiam paratam in libris habent, imprudenter impudenterque præferant. Supplicium enim eſt Domi ingens, talia audire vel legere, foris dedecus, & vera adoleſcentum, parentumque eorum defraudatio. Sibi itaque potiùs, ſi ingenui prudentesque ſunt, juniores præſertim diffidant Magiſtri, & viam Regiam terant Scholarum & Academiarum omnium, in quibus excellentiſſimi quique Profeſſòres, Summique Viri meliora quævis ex Auctoribus excerpta potiùs quam ſua diſcipulis & componenda, & deſcribenda, & declamanda dictant.

149.

http://rcin.org.pl

149. Qua in re tamen ut jam innuimus iterum iterumqne cavendũ omnino eſt, ne ab uno ad alterum extremum res prolabantur, id eſt ne omnes Magiſtri præſertim Rhetorices ita ſola aliena dictent & declamari faciant, ut nihil vel admodum parum è ſuo depromant. Conſilium iſtud eſt prudens remedium, ne nugæ & ineptiæ dictentur aut declamentur, ſed non eſt indignæ bonis ingeniis negligentiæ pallium, Præceptorumque eorum excuſatio, qui innatam acediam hoc prætextu operiunt, in hac nempe docendi præſcripta methodo magnopere commendari, ut aliena dictentur. Commendatur id maximopere imperfectis, & debilibus, ut omnia potius ex aliis ſolidiora & elegantiora, quam ſua nimium juvenilia dictent. Commendatur & egregiis optimisque Rhetorices Magiſtris ut pleraque optimis Auctoribus pro exemplo excerpant, dictent, & declamari etiam faciant. Sed enim vero, ut boni quoque idonei & ſufficientes eloquentiæ Profeſſores, nihil, vel modicum quid è ſuo in declamationibus Academicis producant, id vero majorem in modum vituperatur, quod pudore fere careant, ſciantque negligentiam eorumque ſocordiam palam omnibus prodi. Dictent & componi faciant aliena pro exemplo, ſed ſua pro praxi. In Declamatione una uni alienæ lucubrationi, pro modo ſequendo exhibitæ, ſuas ſenas opponant. Et tam ſe ſuis rebus commẽdare ſtudeant, quam propriis, novisque ſemper ſpeciminibus rei literariæ nova ſemper incrementa opesque ſuppeditent. Hæc præmonitio neceſſario, bis, tervè repetita eſt, ne Conſilii quod hic traditur perutilis, mali at parum aſtuti interpretes, eo ſuam nonnulli otioſitatem pigritiemque contegant.

150. De Exercitiis Rhetoricarum lucubrationum in Schola à Præceptoribus cum diſcipulis ſæpe ſæpius faciendis, id certiſſimum eſt, abſque iis, Diſcipulos exiguum reportaturos profectum in Eloquentia. Quare bis ſaltem in Septimana Profeſſores cum adoleſcentibus in Rhetorica breve aliquid componere nunquam omittant, ſed ex re, ut toties jam dictum, bene priùs domi parata, ac elucubrata, ex qua prælecta, ita cum Diſcipulis dicenda inveniant, diſponant, eloquantur, ut ipſimet cum lucubrarent fecerant; nihil utilius eſſe nôrint, quam ſi ita identidem incipientium ingenia quaſi manu ducant.

151. Præter ea verò quæ in Humanitatis Schola Paragrapho præcedente de Materiis ac compoſitionibus Domeſticis ſemper è præparata ante Scholam, finitaque quavis Oratione dictandis ibi fuſiùs dicta ſunt, æquè ad Humanitatis, quam ad Rhetoricæ Profeſſores; hoc loci pauca quædam adjunguntur. Mediocres imprimis Orationes ſint, ne unam alteramve, quoad fieri poterit excedant paginam; præſtat enim, ut quam plurimæ, quam ut prolixæ ſint. Diviſio unius compoſitionis in plures dies evitetur. Præſertim vero unius Orationis in Declamatione Academica in plures Declamatores partitio, res eſt perridicula, & humano loquendi dicendique mori ac rationi contraria. Quis enim alterius Orationem à medio, quis alius ab extremo continuat? Id nimium puerile eſt. Potiùs ſi unius rei & copioſa materia & diverſa ſunt argumenta ac probationes, hæc in plures breviores ac totas Orationes diſtribuantur, quam ut alter alterius rem & cogitata contra omnem humani generis uſum, indolem, & morem pueriliter continuare jubeatur. Dum

autem

http://rcin.org.pl

autem Oratio cum Scholaribus componetur, ſi ſit aliquanto longior, ejus potius partem diſcipuli componant, partem Profeſſor bene prælectam explicatamque dictet.

152. Etſi vero, ut ſuperius principio dictum eſt, ex explicatione præceptorum Rhetorices, Partes ejus inventionem, diſpoſitionem, & elocutionem, diſcipuli intelligere debeant, tamen quomodo, ultra libellum præceptorum, praxi ipſa juvenes ad inveniendum, diſponendum, & eloquendum, manuducendi ſint, ſequentibus agetur.

153. Quo ad Inventionem, imprimis quam maxime naturales, veras, fortes, ſoliſdiſſimas Propoſitionis cujuslibet rationes vel invenire ex ingenio, juvenes doceantur, id quod fit interrogando, ſuggerendo, & ingenia quaſi manu ad cogitandum, & rationes, quæ ex bene intellecta Propoſitionis natura effluunt cognoſcendas ducendo, vel à Magiſtro eædem ſubminiſtrentur, ac deinde ad Fontes reducantur. Poteſt juvenibus pro Domeſtica compoſitione aſſignari, ut ipſas duntaxat rationes, quam optimas, pluresque datæ propoſitionis afferant, eaſque per aliquam formam Argumentationis diſponant, alio vero die eloquantur.

154. Imprimis vero eruditi Præceptores curent, quatenus non naturalis duntaxat rei cujusvis ratio, ſed etiam Lectio bonorum librorum, eruditio, & diligentia, tam in Magiſtro, quam in diſcipulis appareat, ut nimirum ad quamlibet propoſitionem, ſemper aliqua ornamenta & probationes ex Philoſophorum, Oratorum, Poëtarumvè ſententiis, ac hiſtoriæ breviſſime documenta afferant: Præſertim verò quo ad poterunt ex Patriis Legibus, rem ſemper illuſtrent, ac confirmēt. Quodſi ex auctoribus componenda aſſignabunt, rem jam in iis totam habent paratam.

155. Ut Juvenes ad dandas rei propoſitæ cujusvis rationes aſſuefiant, mirū in modum talis exercitatio, ſæpius adhibita & repetita juvaret, nimirum ut Præceptor Rhetorices propoſitiones paulo ſupra poſitas, quæ ſatis multæ ſunt, deinde etiam plurima illa, quæ in Oratione de Viro honèſto, & bono cive collecta ſunt, præclara principia, & veritates, ſeu totidem propoſitiones deſcriptas ad manum habeat, eas priùs ipſemet perpendat, & rationes ſingularum ſibimet præmeditetur, ac deinde horâ Scholæ ad id identidem delecta, illâ nimirum quâ Præcepta explicari ſolent, ſingulas has Propoſitiones quinas, denas, quindenas, vicenas, plures, vel pauciores juvenibus unam poſt aliam conſequenter producat, & ad quamlibet probandam eos hortetur, ac ut cujuslibet dent rationes unam, binas, ternasvè, jubeat, juvet, & ipſe dirigat. Memoriter hæc duntaxat fiant, nec ſcribantur. Conſideret jam bonus, prudens, cupidusque profectûs Diſcipulorum Magiſter Rhetorices, quam paulatim facilitatem inveniendarum dandarumque ſolidarum rei cujuslibet rationum adoleſcentes exercitio hoc ſæpiùs repetito acquirerent, ſi trecentas pluresvè hujusmodi Propoſitiones naturalibus bonisque rationibus, ſimplicibus verò verbis, abſque ulla in eloquendo cura, ſed duntaxat familiari ſermone probarent, & confirmarent. Practica hæc probandi, ſeu rationes ad omnia ſolidas dandi aſſvetudo, incredibiliter eorum aperiret, & ſolidaret ingenia, ac quendam

iis

http://rcin.org.pl

iis habitum ratiocinandi infunderet, & certè omnibus de Jnventione Præceptis ac Regulis longe eſſet utilior. Hanc ergo methodum imprimis boni Magiſtri ſuam faciant, & certè eos dum hoc ſequentur conſilium, diligentiæ, ac laboris hujus non pænitebit.

156. Quò ad Diſpoſitionem Rhetoricam, majorem in modum Profeſſores Rhetorices curent, ut Diſcipulos aſsuefaciant, vel ad detegendas, ex Auctoribus Argumentationes Syllogiſmi, Enthymematis, Inductionis, Soritum & ſimilium, vel ad efformandas easdem. Quanquam in Elocutione ordo earum ſæpiſſimè ab Oratoribus ſervari non debeat. Doceantur verò imprimis quàm diligentiſſimè, ut cognoſcant in qua ratione & cauſa res propoſita, primum tota fundetur, ſeu Propoſitionis quam tractant, quæ ſit ejus fortiſſima ac primaria probandæ cauſa, quæ altera, quæ vim aliarum ſequatur. Ut nimirum bono ordine una poſt aliam rationes ponantur, robuſtiſſimæ primô locô, eæ quæ minorem vim habere videntur, mediô; bene fortes, ultimo. Confutationes adverſarum rationum nunquam omittendæ, quæ nonnunquam etiam principio ſtatim ante rationes locum habent, ſi res id exigit, ſed ordinariè ultimô locô poni debent. Jn Epilogo vero ſummopere id juvenibus inculcetur, ut breviter rationes expoſitas ſemper colligant, & attingant, in quo vis bene inferendi & ex præmiſſis concludendi conſiſtit. Jtaque majorem in modum doctrinam hanc mentibus adoleſcentium Profeſſores imprimere curent, ut rationes unam poſt aliam ordine ponant, ut cum unam rationem tractant, & eloquuntur, alteram non tangant, non permiſceant, non præoccupent, ſed una finita ad aliam procedant, neque bis eadem ratio in diverſis locis pertractetur, ſed bene rationes inter ſe ſeparentur: ita ut incipientibus minimè noceat, ſi etiam expreſsè clarèque his vel ſimilibus verbis ponant: *primam rationem rei hujus eſſe iſtã*; deinde hâc finita *alteram rationem videri iſtam*; hac finita, *tertiam rationem non minorem eſſe hanc vel illam*. Deinde ad adverſariorum rationes reſpondeant, ac concludant. Ex hac *itaque prima*, ex hac *altera*, ex hac *tertia* ratione id jam ſequatur, neceſſe eſt *&c*: Hoc eos in ordinatè ratiocinando firmabit. Artificium poſtea contegent, cum magis in arte Eloquentiæ perficientur, aut Magiſter in iis, quæ eis dictabit, modum contegendi artificii, praxi ipſa oſtendet, ac tranſitiones elegantiores ipſis per exempla monſtrabit.

157. Tam vero in Deliberativo, quam etiam in Demonſtrativo Genere, aut in quibusvis etiam officioſis duntaxat Orationibus eodem modo procedendum eſt. In quavis enim oratione etiam officioſa, propoſitio formanda rei eſt, ad quam in ea tendit Orator, deinde rationes ac cogitationes inveniendæ, & æque ordinãdæ ſunt. Tales orationes per puncta ut ajunt optimè ordinantur: *In primo puncto Orationis Officioſæ exprimetur hoc*; *in ſecundo iſtud*: *in tertio ſequetur iſtud*: Jta ut materiæ punctorum inter ſe non permiſceantur, ſed in ſingulis, quæ cogitationes, aut rationes ad ſingula pertinent bene diſcriminentur, & ſeparentur, finitoque uno puncto, tranſeatur ad aliud, nec idem bis immiſceatur. Clara horum exempla habentur in Præceptis.

158.

http://rcin.org.pl

158. Cum vero ſuperiùs eæ duntaxat Orationes à principio anni primi, ad finem ſecundi componendæ in Rhetorica deſignatæ ſint, quæ juvenes Nobiles Polonos forment ad eloquentiam Reipublicæ utilem, jam vero Orationes aliæ ſint, ut in ſupra poſitis propoſitionibus patet, Deliberativæ, aliæ Officioſæ: Proinde pro Deliberatoriis Orationibus hæ conſuetæ naturalesque partes ſint, Exordium, Propoſitio, Probationes ex Intrinſecis, & Extrinſecis Fontibus, per Syllogiſmos, vel Enthymemata diſponendæ: Confutatio, & Epilogus. Orationum vero Officioſarũ Partes: Exordium, Propoſitio, ſeu res de qua agendum. Tertia pars, aut rationes, & probationes Propoſitionis, aut materia dicendorum per Puncta. Denique Epilogus. Has ergo naturales Orationis formas, abſque aliis inutilibus denominationibus Noſtri Rhetores ſequantur, de quibus in Præceptis Rhetorices multa perutilia.

159: Hic duntaxat id adhuc innuendum eſt: Exordia in Officioſis breviſſima eſſe oportere, qui potiùs impetus dici poſſint: ita, ut fere cum re ipſa, quæ in oratione tractanda eſt exordiendum ſit. In Deliberatoriis vero Exordia paucis omnino Periodis conſtent, non ſint penitùs communia, vulgaria, omni propoſitioni æque applicanda, ſed ex re ſemper eruantur, ſintque quædam naturalis cogitatio, quæ propoſitionem bene intellectam præcedat, ac in eam facilè influat, ac urbanitate pro perſonis coram quibus dicitur, modeſtiâ vero pro perſona quæ dicit, condiantur.

160. Jn quavis Oratione juvenes clarè admoneantur quam perſonam in ea dicentem inducant, & quodam modo induant, ut ita ad characterem, gradum, & conditionem hujus ipſius perſonæ ſe accomodare in dicendo poſſint, quod & ingenia eorum elevare debet, & illos cogere, ne quid leve, & talem perſonam quam præſentant non decens proferant.

161. Quo ad Elocutionem, nihil hic videtur addendum iis, quæ ſuperius mox præcedente Paragrapho, qui incipit: *Quod concernit dicendi rationem ſtylumque &c:* in Schola Humanitatis ad utrumque Profeſſorem de ratione dicendi ſunt propoſita, quæ hoc loci neceſſario relegantur. Id unum hoc loci adjungitur: ut doceantur Rhetorices alumni amplificationem verborũ ſolidam, plenæ ut ſint periodi & membra, ſed nihil inutile, nec affectate epiſtolam & hujusmodi conglobent, ſed tantum duntaxat quantum neceſſitas cogitationis bene exprimendæ exigit, ut multa etiam ſine ulla amplificatione dici oporteat. Deinde in collocatione inter ſe vocum ſint diligentiſſimi; ut voces ad quandam harmoniam componantur: cum eædem voces melius inter ſe collocatæ gratiorem eloquentiam, eædem vero ſine arte projectæ inſipidum, vile, & in ſuave aliquid efficiant. Alternæ vero ſint ſemper Orationes Polonæ, & Latinæ, vel Latina tertia, aut ut minimum quarta, cum in lingua Patria, imprimis exerceri debeant, ſed nec latina ullo modo negligi.

162. Compoſitiones domeſticæ, non aſſignentur præterquam pro diebus Feſtis, & Recreationibus, ſed his nunquam penitùs intermittantur, cæteris diebus perſcribenda perſcribant.

163. Ut exercitium Orationis ligatæ aliquod habeatur, vel Profeſſor com-

H ponat

ponat duo Poëmata circa 150. Verſus, aut etiam ſi libet & medietate minus, item duas, tresvè Elegias, totidem Odas, Satyram unam, Eclogas unam, duasvè. Epigrammata vicena, vel tricena, vel hæc è libris excerpat, & ſingulis menſibus ſemel aliquid ex hujusmodi rebus cum diſcipulis componat. Epigrammata vero nõnunquam poſt prandium, vel duobus Feſtis occurrentibus, cum alia compoſitione, vel die qua aliam compoſitionem ferendam non habuerint aſſignet, aut vero ut extra Ordinem, & ex ſola eorum alacritate diſtichon aliquod ferant, cohortetur.

164. Cum autem pro quam utiliſſima adoleſcentium Reipublicæ hujus Civium exercitatione, ſermones duntaxat & Orationes Deliberatoriæ, ac Officioſæ, juxta ſuperiùs dicta deſignatæ pro Lucubrationibus totius biennii ſint; tot vero alia Orationum Genera extent, ut Orationes Panegyricæ, aliæque longiores ſuper diverſis rebus, Dedicationes, Præfationes, Accuſationes, & Defenſiones Forenſes, Jnſcriptiones Lapidariæ, Elogia, Hiſtoriæ ſcriptio, & ſimilia, hæc omnia ut pulcherrima, perutilia, & ſuis occaſionibus ac temporibus etiam neceſſaria omnino ſint, quatenus tamen iis adoleſcentes Nobiles in curſu Rhetoricæ vacent, tempus non ſuppetit, ſatis, imo plurimum profecturi, ſi vel iis, quæ ad Rempublicam accedentibus penitùs, ac præprimis neceſſaria ſunt, ſint probè exerciti, ut in Epiſtolis, & ſermonibus Civilibus. Adde quod ſi eloquentia eorum in his ipſis materiis Civilibus, & Publicis bene excolatur, ſique in his optimum guſtum cognoſcere, & adipiſci edoceantur, dubitandum non eſt, etiam & ad hæc omnia alia lucubrationũ Oratoriarum Genera illos eundem guſtum atque etiam facilitatem allaturos. Talia verò ſcribere haud multis etiam futura ætate uſu veniet, ac tum lectione ſimilium rerum ex optimis quibuscunque libris, ſeipſos formabunt, ac maturiore ingenio & judicio ad meliores quosvis Auctores in his ſcribendi Generibus imitandos ſemetipſos effingent. Nihilominùs ne hæc intacta relinquantur, alterô præſertim Rhetorices anno, Profeſſor Rhetorices optima aliqua ex hujusmodi rebus, Panegyricis tum Orationibus, Dedicationibus, Præfationibus, Inſcriptionibus, Narrationibus, Forenſibus cauſis ſeligat, & Diſcipulis oſtendat, prælegat, ac cum debitis obſervationibus explicet, ut quid in his rebus melius ſit, concipiant & intelligant. Ne plures, qui paſſim habentur, accumulemus, Panegyricus Plinii optimum exemplar eſt, uti & Oratio pro M. Marcello ejusmodi laudationum: Orationes Paulini, & Mureti. Dedicationes paucæ & bonæ in libris aliquot occurrent. Liber inſcriptionum veterum Romanarum perfectiſſimum earum eſt exemplum. Forenſes cauſæ in Cicerone, & controverſæ Senecæ ac Quintiliani Declamationes pulcherrimæ ejus Generis ſunt. Sique Magiſtro libebit, etiam paucas ultimas ſecundi anni hebdomades his ad eorum imitationem componendis concedere, id certè ſine fructu non faciet. Jta Orationem unam Panegyricam Principis, vel Clariſſimi alicujus Viri, Orationem unam ſuper aliqua gravi Propoſitione, vel ad Scholas, vel ad mores hominum, vel ad rem politicam tendente, aut ſuper aliquo illuſtri eventu. Jnſcriptiones ſenas Palatiorum, Pontium, Sepulchrorum, Marmorum, Operũ Publicorum, Diſputationes Forenſes quaternas, vel ſenas pro exemplo dare poterit, ac ex his ultimam ſecundi anni Declamationem conficere.



http://rcin.org.pl

165. Sed cum ut fuſius ſupradictum eſt, ad ea ſemper tendendum ſit, quæ in hac Republica victuris, maxime conſentanea & utilia ſunt, proinde Profeſſores Rhetorices animum perficiendi juvenes in ſcribendis Epiſtolis minime unquã deponant; Exercitium vero Epiſtolarum ita facile eſſe poteſt ut ex ſupra poſitis Propoſitionibus Deliberatoriis, & Officioſis, tertiam, quartamve quamlibet Profeſſor in forma Epiſtolæ componat, ac componi faciat: eædem enim materiæ tam Sermonum ſeu Orationum quàm Epiſtolarum modo, egregiè lucubrari poſſunt. In hac igitur Schola utiliſſimæ huic literarum ſcribendarum exercitationi præcipuâ omnino incumbendum eſt diligentiâ.

166. Jam de ſcribendis Compoſitionibus dictum ſuperius eſt in Schola Humanitatis. Hic id duntaxat commemorandum eſt, quod Quintilianus alicubi monuit, nihil perfectum ab hac ætàte expectandum eſſe, etiam exeunte ſecundo Anno Rhetorices, ultimæ lucubrationes, pueros, aut certè juvenes ſemper ſapiunt. Experientia conſtitit, nec illa quæ magna proculdubio ſunt Jtalorum, aut cujusvis Nationis ingenia hic ultra vires limitesque ætatis procedere: naturâ ipsâ ubique immatura ſunt hæc, ſolis proficiunt, & perficiuntur annis & uſu. Tamen in ſemine, ramuſculis, & floribus fructus videntur futuri. Quare ut idem Quintilianus ac Cicero monent: Fæcunditatem potiùs in adoleſcentibus deſiderandam eſſe, & ut etiam ſuperfluis abundent, quam ſiccitatem & ſterilitatem. Magiſtri tamen eſt, continuo quæ ſuperflua ſunt, reſcindere, quæ detorta, rectiùs collocare, & mentes incipientium novis ſemper munire præſidiis & luminibus.

167. Quod verò praxim ipſam attinet, compoſitiones Domeſticas Profeſſores diligenter in cubiculo legant & corrigant, ſi plurimi ſint diſcipuli, quotidie quinas ſenasque ſaltem, nunc illorum, nunc aliorum, & aliqua ſaltem notent, ne juvenes animadvertant eorum compoſita minimè examinari. Judiciis aliquibus brevibus bene, male, mediocriter, utcunque, negligenter, oſcitanter, laudabiliter, cultè, ſolidè, eximiè, & ſimilibus, lecta ſubſcribere juvat. Sed vis correctionis cõſiſtit jam potiùs in eo, ut in Schola unius Compoſitio legatur, vel per puncta nũc ab hoc, nunc ab alio legi jubeatur, & ad normam factæ priùs à Profeſſore Orationis, vel excerptæ ex Authoribus, expunctis omnino breviter, tam in cogitationibus quàm in verbis erroribus, corrigatur, mutetur, limetur & dictetur. Id quod prorſus cum ſingulis compoſitionibus faciendum eſt. Temporis tamen ſumma ratio habenda, ne vitiorum in iis commiſſorum exprobrationibus, ac exaggerationibus inutiliſſimè conſumatur, cum ſufficiat dicere, hæc bene, hæc male, hoc leviter, hoc ſuperflue, & ſimilia. Quodſi etiam lucubrationes longiores ſint, certè partem earũdem diſcipulis ita corrigere ſufficiat, reliquum dictari ex ſuo, vel auctore poteſt, obſervationibus brevibus in dictando intermixtis. Cæterum Romani Inſtitutoris monitum Præceptoribus in mente tenendum eſt: *Ingenia puerorum nimia emendandi ſeveritate deficere. Si enim continuo vituperentur, deſperant, dolent, & noviſſime oderunt, quodque maximè nocet, dum omnia timent, nibil conantur. Jucundus tum maxime cum iis debet eſſe Præceptor, ut quæ alioquin natura ſunt aſpera, molli-*

H2 *leni-*

http://rcin.org.pl

*leniantur manu, laudare aliqua, ferre quædam, mutare etiam, illuminare interponendo aliquid ſui, erit utile.*

168. Libri jam verſandi, explicandique in Rhetorica ſunt iſti: Studium Hiſtoriæ ſolidius etiam in hac Schola aliis rebus conjungendum eſt. Dum in lucem prodibunt traducti latinè boni libelli Langlet du Frenoy ſeu compendium Univerſalis Hiſtoriæ, his Profeſſores Scholæ hujus maximè utantur, primoque Anno tres, altero Rhetorices anno alios tres Libellos diligentiſſimè diſcipulis prælegant. Jnterea Liber Vertot traductus à Sapieha Polonicè de viciſſitudinibus Romani Imperii, Jtem Libri aliquot Titi Livii prælegendi pro diſcenda Romana Hiſtoria aſſignentur. Quod vero attinet præter ſtudium Hiſtoriæ ad alios Libros, è quibus & ingenia illuminentur, & ſtylus perficiatur, eſt imprimis Cicero. E quo primùm ut breviora cæteris ejus rebus præſtantiſſimè verò cogitatis plena & utilia Paradoxa explicentur. Deinde Orationes pro Archia Pöeta, pro M. Marcello, pro Ligario, pro Dejotaro, pro Lege Manilia, in Catilinam: uno Anno. Altero Anno Orationes ſecunda, Tertia, & Quarta in Catilinam. Orationes poſt reditum ad Populum, & Senatum. Oratio pro Milone, Philippica ſecunda, iſtæ, aliævè explicentur, cum excellentibus ac ſummopere neceſſariis analyſibus du Cygne. Tuſculanæ Duæ vel Tres quæ libuerint, præſertim prima, De Conſolatione poſt mortē Tulliæ, ex Libro primo de natura Deorum, Oratio Cottæ: Tum Cotta comiter &c: in falſos Deos. Liber Secundus totus contra Epicureos, ſeu Atheos, ex Libro præſertim Tertio de Legibus, explicationes aliquarum Legum pulcherrimæ. Libri de Finibus bonorum & malorum omnes tres ita præclari utilesque ſunt, ut poſt ea quæ præfatus eſt aliquot paginis à loco qui incipit: *Nam cum ad me Cumanum ſalutandi cauſa*, in quidquid incideris cum fructu Juvenibus legi poſſit, præſertim Liber Secundus contra Epicurum finem hominis in voluptate ſtatuentem. De Officiis ut ſuperius Paragrapho præcedente pro Schola Humanitatis excerpta: Somniū Scipionis. Cicero itaque, qui, cui ſapiat eum profeciſſe in ſtudio Eloquentiæ Quintilianus obſervat, maximè terendus eſt: non quod omnia, quæ ſuperiùs innuimus, explicari oporteat, ſed certè quam poſſunt plurima: hic enim uti Princeps Eloquentiæ toto Orbe à tot ſæculis audit, abſolutiſſimum exemplum Artem hanc diſcentibus ſit oportet. Jlle ſolus imitandus proponatur, cujus Oratio præ omnibus eſt ad imitandum facilior, nam & naturæ propior. Fluit enim naturali ſemper alveo. Nihil in eo eſt coactum, aut ſemper ſublime, aut nimis compreſſum, ſed ubique naturam ducem ſequitur. Ex eo ſecure ad imitandum Oratoribus omnibus proponendus eſt. Non Saluſtius, non Tacitus, multo minus Seneca, non quod ſummi non ſint elegantiſſimique Scriptores, ſed quod ſuam dicendi, ſcribendique viam & modum ſecuti, adeo ſui difficilem imitationem reddiderint, ut ſi eos ſequi velis nunquam aſſequare; quique eos ut admirabile ſemper aliquid omni inciſo dicerent, imitari contenderūt, innumeris ineptiis levitatibusq; ſcatuerūt. Hicque eorum fruſtraneus aſſequendorum conatus, fons ſemper fuit depravatæ Eloquentiæ. Cicero itaque ſolus quo nihil ſolidius, nihil, ubi opus liberius, ubi neceſſe, brevius, nihil ubique ornatius, & ad perſvadendum aptius, Cicero ſolus in omni Orationis Genere imitandus eſt,

169.

http://rcin.org.pl

169. Alii è quibus plurima ad optime cogitandũ duci haurirīq; poſsũt diligenter legendi cõmendandiq;. Uti Saluſtii Hiſtoriæ de bello Catilinario, & Jugurthino, Cæſaris Libri, Taciti Hiſtoriæ, Libri aliquot Senecæ, tã Epiſtolæ quã alii libri. Totq; alii veteres Auctores, quorũ & in ſuperiore, & in hoc capite facta eſt mentio. Præterea Poëtæ: Virgilius, Juvenalis purgati Satyræ aliquot, imprimis III. VIII. & X. Horatii Sermones, & Epiſtolæ, & Odae, & Libellus aureus de Arte Poëtica. Ex recentioribus vero Oratoribus Paulino Noſtro nullus præferendus videtur. Cujus ſumma claritas, ſoliditas, & naturalis æque ornata & terſiſſima dicendi ratio plurimum ad perficiendam eloquentiam proculdubio afferet. Pro Patriæ vero ornatu Dictionis qui legendi ſint, jam ſuperiùs innuimus. Jmprimis tamen proderit ſolidiores, elegantioresque Procerum recentes Orationes conquirere, & prælegere ſana prudentique identidem admiſta Critice. Hi omnes fieri nequit ut toti legantur, ſed nec opus; ſufficit ex iis aliqua prælegere, ut eorum ſtylique eorũ notitiam Diſcipuli habeant. Legent ipſi poſtea ſi volent, noſtra intereſt ad eorũ cognitionem juvenes introducere.

170. Curandum tamen eſt, ut ex ſingulis his auctoribus vel liber ſaltem unus, vel Oratio una alterave, ſed integra; vel præcipua pars Pöëmatis, tota Satyra, & hujusmodi res delectæ & excerptæ, ſed integræ prælegantur, & explicentur, ita ut ad rem quæ legitur nihil deſit, una quadam re uno ex Auctore finita, promiſcuè ex quocunque alio libro in quemcunque incideris, vel quem tunc malueris alia legatur, dummodo in ſemetipſa completa ſit. Etiam in Hiſtoriis nunc ex uno, nunc ex altero loco, & libro, dummodo hiſtoria ſingularis compleatur. Hoc modo fiet, ut plurimorũ Auctorum notitia diſcipulis detur, & perfecta habeant ſcribendi exempla. Talia ex ſingulis ſpecimina in hac Schola ſufficiunt. Qui eruditi eſſe volent libros hos continuabunt. Nimirum parum docti eſſemus, ſi plus, quam Schola docere poteſt neſcierimus. Schola certè nulla publica in orbe terrarum plus poteſt tempore adeo definito, ſed noſtrum eſt, viam bonam duntaxat oſtendere.

171. Geographiæ ſtudium in Schola Humanitatis cæptum, in hac quoque continuetur temporibus infra deſignatis. Sphæra primum paucis explicata. Brevibus autem Dominantes Familiæ, & ad cujus regimen ditionesque ſingula ſpectent, doceantur. Magiſtro Domi Libri ubique ſuppetent ex ſuperius memoratis: Diſcipulis vero, qui non magno certè, aliquo tamen ſaltem cum fructu, hæc ſine libro præ oculis tractabunt, & duntaxat audient, donec prodeat utilis aliquis Geographiæ ad uſum Scholarum libellus, nihil hac de re dictandum eſt, id enim plurimum temporis ſine emolumento conſumeret: aliqua obiter pro juvanda memoria notare ſibi ipſis poterunt.

172. Mythologiorum identidem commemorandorum Profeſſor Rhetorices curam nullo modo negligat, tam in explicatione Pöëtarum, quam ſæpius nunc unum, nunc aliud ex iiſdem interrogando.

173. Memoriter diſcenda in Rhetorica ſunt, primum Præcepta omnino conſequenter non ex pluribus locis, & per pauca, idque ad Diem Cinerum utroque

http://rcin.org.pl

que anno. Sed quod maximo cum fructu diſcere jubebuntur, erunt exempla ex diverſis Auctoribus, Oratoribus, Hiſtoricis, Poëtis. Quandoquidem verò Libris, quæ Scholarum publica infelicitas eſt, carent,alio interea modo damnum hoc ſuppleri non poteſt, niſi certis temporibus partes aliquæ eximiæ ex optimis libris extractæ dictentur, ſive Orationes breviores, ſive earum particulæ, ſive aliquid ex Cicerone, Tacito, Saluſtio, Seneca, Juvenali, Virgilio, Horatio, pro libitu Magiſtri nunc ex uno nunc ex alio diſcere jubeantur. Poſſent perſuaderi à diligenti Præceptore juvenes, ut aliqui ſaltem uno quadrante ante Scholas conveniant, & ipſimet porrecta ſibi ab eodem deſcribant, ab iisque reliqui omnes. Vel denique Schola ſerotina aliquid ejuſmodi dictari poterit. Si vero ex Auctoribus aliquid excerptum componere jubentur, idipſum correctum ediſcant. Sique Profeſſor ſecurus eſt,ſe etiam ex ſuo aliquid illis omnibus numeris abſolutum dictaſſe, id quoque uti & Orationes Polonas Procerum condiſcere poterunt. Hæc omnia ideo proponuntur, non ut omnia diſcere memoriter adoleſcentes jubeantur, ſed ut Profeſſor Rhetorices videat, quid ex iis judicio ſuo utilius deligat, quo Diſcipulorum memoriam excolat, ac ornet paucis verbis, non in continuo terendis, diſcendisque Præceptionibus, ſed in rebus, quæ pulchræ, neceſſariæ, utileſqne ſcitu ac memoria dignæ ſint, exercitationem memoriæ conſiſtere oportere. Perjucundum enim eſt etiam multis à Schola finita annis,pulcherrimarum rerum ex Oratoribus, Hiſtoricis, Pòëtis recordari, quod tantopere in compluribus, qui bene tempus in Scholis collocârant,nos audire, & obſervare oblectat. Prudens ergo diligensque Profeſſor Rhetorices præcipuam in eo ſui muneris partem collocatam eſſe meminerit, ut quæ mandanda memoriæ deliget, & aſſignabit, talia ſint, quæ olim meminiſſe juvet.

174. Jam Quintiliani monitum hoc loci conſiderare libeat: *Quæri ſolet*, inquit, *an eodem tempore multa Adoleſcentibus tradi, & percipi poſſint? negant quidam, quia confundatur animus, pueriles vero annos onerari non oporteat, ſed non ſatis perſpiciunt*, reſpondet, *quantum natura humani ingenii valeat, quod in plura non eodem modo die,ſed eodem temporis momento vim ſuam oſtendit. Imò mutatione recreatur: ſicut in cibis quorum diverſitate reficitur ſtomachus, & pluribus minore faſtidio alitur.* Cap: II. Lib: I. Hæc ille qui Geometriam, Linguam Græcam, Muſicen, Geſtus Inſtitutionem à Palaeſtricis, Hiſtoriam,Pòëſim & plura alia adoleſcentes, tunc, cum Rhetoricæ dant operam, vult ſimul doceri. Nobis jam ea docere ſufficiat, quibus publicæ Scholæ pares ſunt, quæque proxime ad perficiendam Oratoriam facultatem ſpectare videntur. Neque ergo vereamur ſaltem his juvenum non ſuffectura ingenia, dum Magiſtrorum ſufficiat & docendi ſcientia,& in docendo diligentia. Nam Profeſſores aut ipſi ignari, aut negligentes officii vel in debiles puerorum mentes, vel in temporis anguſtias, meræ inſcitiæ neglectusque ſui culpam refundere amant, qua in re rudes,ſimplicesque homines, aut ſuos puerulos, ſed non eos, qui naturam juvenum,vimque educationis cognoſcunt, facile decipere poſſunt. Nam neque de brevitate temporis juſtè conquerantur iſti, cum & nos hic, ut principio diximus duos annos Rhetoricæ demus,& fere idem uſus

ſus obtineat, Biennio certè poteſt & debet ſolidè aliquid perdiſci. Jam ſi quæ Tullius ad perfectum Oratorem formandum requirit, quam in eo rerum omnium cognitionem deſideret, conſideremus, ne ſit, ut inquit ille, Eloquentiæ multum, ſapientiæ parum. Profecto quamvis vel plurima hos, quos Reipublicæ effingimus Oratores docere conemur, exiguam adhuc eorum quæ deſiderantur, partem nos facturos omnino certi ſimus.

175. Cum itaque cæteris omnibus rebus, rerum Politicarum notitia Oratori Polono maximè ſit neceſſaria, ſine talium Librorum tractatione perſuaſum ſit prudentibus Rhetorices Profeſſoribus eos àerem verberaturos, & abſque jactis in terram ſeminibus meſſem eos colligere velle. Singulare ergo ſtudium in hac Schola collocandum eſt in legendis explicandisque toto biennio Politicis Libris. Talis eſt liber Arcana ſtatus Pelzoffer, qui utinam non tam barbara Latinitate fuiſſet conſcriptus; qua de re mox & ſæpe admonendi ſunt Juvenes, eum non ſtyli ergò, cujus vitia & barbariē plurimis in locis offendunt, ſed rerum, quas egregiè pertractat, gratiâ, iis explicari. Cultior hoc Grotius de Jure Belli & Pacis, vel Nicolai Vernulai Politica. Adde Harthknoch, & Lengnich de Jure Publico Poloniæ. Horum ergo Librorum, ſeu aliquorum ex ijs, qui ad manum fuerint, magiſque arriſerint, diligenti explicationi utiliſſimè, neceſſarioque in ſingulis, ſi fieri poteſt Rhetorices Scholis toto biennio tempus dandum eſt.

176. Jtaque jam qui Magiſter Rhetorices hæc principaliter ſibi in Schola biennio ſolido eſſe facienda ſtatuerit, nimirum ut Eloquentiam Polonam, & Latinam, ut Hiſtoriam, ut Politices principia ex Libris tradat, deinde etiam ſtudium Geographiæ, ac Pöéſeos & Mythologiorum adjunxerit, ille & quod poſſit, & quod oporteat facere, facturum ſe putet.

177. Habent verò noſtri pluſquam ſatis temporis ab ingreſſu fere Congregationis Noſtræ uſque ad tempus docendæ Rhetorices annos certe plus denos, ut ſe ſe ipſi imprimis his in rebus, quas ſunt docturi perficiant, ut perlegant Ciceronis opera, aliosque veteres, & recentiores, quorum mentio ſuperius facta eſt, Auctores, ut Hiſtoriam & Geographiam condiſcant, ut libros rem Politicam tractantes relegant, ut Poëtas percurrant. Quod ſi fecerint, profecto bonos Magiſtros, ni fecerint, triviales, vilesque Pædagogos non Rhetores, locutuleios, non Oratores ſe fore meminerint.

178. Denique Ordinationes præſentes pro Schola Rhetorica ſtatuendis Declamationibus finiamus. Sint duntaxat in Anni unius ſpatio Quatuor. *Prima* in Decembri pridie diei S. Thomæ, ſi vero hic impeditus ſit, altero poſt Feſtum S. Thomæ die, *Altera* 8. vel 9. Martii. *Tertia* 23. vel 30 Maji. *Quarta* ultima vel penultima Junii. Materiæ pro Declamationibus in Rhetorica ſemper eædem nimirum Civiles illæ Suaſoriæ, ſeu Officioſæ Orationes Polonæ & Latinæ, in Comitiis, ſeu in Republica profuturæ, juxta ſuperius poſitas Propoſitiones, quæ deligendæ Magiſtro videbuntur, & quarum inexhauſta eſt copia. Aliquid ex Pöéſi ut unum breve Pöéma, vel una alteravè Elegia, aut Ode vel pauca omnino Epigrammata, vel Ecloga ſingulis Declamationibus annectatur.

179.

http://rcin.org.pl

179. Caveantur mimicæ illæ & omni prudentiæ ſanoque judicio contrariæ Procerum ſeu Nobilium in Comitiis aut Comitiolis à Scholaribus repræſentationes, vociferationes, & abuſus liberi veto, ſenatoria, vel Officiorum nomina, & ſimilia, quæ apud Viros prudentes etiam Reipublicæ dedecori ſunt, ut nimirum pueri imitando Conventus publicos gravem adeo rem in riſum vertant, quæ deteſtanda ac noxia temeritas paſſim irrepere viſa fuit. Sed juvenes ſuis in locis decenter conſideant ut moris eſt, ſalutatione Auditoris præmiſſa. Unus pluresvè familiare quoddam colloquium de Eloquentiæ in Republica utilitate, vel de neceſſitate Scholaſticarum in rebus quæ Reipublicæ olim profuturæ ſunt exercitationum, vel de iis quæ in Declamatione tractanda ſunt, vel de ſimilibus rebus huc pertinentibus quā breviſſimè inſtituere poſſunt, Auditoremque præmonere, quibus de rebus dicturi ſint. Tum naturaliter ut res eſt, primus incipiat, & dicat: Exercitatio vel Exemplum Orationis ſuper Propoſitione, vel Materia hac, vel illa, vel exemplum Epiſtolæ. Jta cæteri ſequantur. Tandem Experimentum Pòëſeos. Denique Auditori Gratiarū actio. Ultima Declamatio ſecundi non primi anni, fieri poterit ex ſpeciminibus aliis Eloquentiæ ut ſupra dictum.

*Hæc vero imprimis tria in ejusmodi Declamationibus Magiſtri Rhetorices majorem in modum cordi habeant.*

I. Ut Adoleſcentes pronuncianda omnia, quam optimè memoriter ſemper condiſcant, & è memoria omnino recitent; qua in re nulla cauſa aut prætextu ullo modo illis indulgendum eſt. Nam negligentia his in rebus deteſtabilis eſt, & in futurum perquam noxia. Si enim in Scholis non conſueſcant perorare memoriter, quam id iis in poſterum difficile futurum ſit, nemo non intelligit.

II. Ut vocem quam optimè moderentur. Circa quam ſolicito Præceptori multa animadvertenda ſunt, ac præprimis Syllabarum Quantitas, cujus neglectu nihil aſperius, nihil ingratius, turpiusque, & ad excorticandas aures nihil acerbius. Deinde obſervanda vocis claritas, ut libero pectore, aperto ore, & adhibibita vi quadam neceſſaria, ac contentione altioris non nimiæ tamen vocis pronuncietur Oratio. Tum obſervanda vocum integritas, quatenus omnes cum ultimis ſyllabis, præſertim in finibus & periodis clarè ſolidèque proferantur. Præterea obſervanda juſta quædam in dicendo linguæ continentia, ut qui vitio nimiæ celeritatis, aut nimiæ lentitudinis laborant, illi lentiùs, iſti celeriùs proferre jubeantur, cum utrumque turpiſſimum ſit vitium, tam ſcilicet oſcitanter, tarde, cum affectata interpolatione prolatæ, non fluentes, ſed quaſi enixæ, & vi expreſſæ voces, quam earū præcipitantia, confuſio, & violenti inſtar torrentis impetus, & lapſus. Mutatio denique vocis maximopere obſervanda eſt juxta rem, ut alia fortius, atque altiùs, alia leniùs & humiliùs, alia ſublimiore, alia familiariore tono proferantur, & ſonus ad affectiones animi rerumque diverſitatem ubique accommodetur. Et in hoc elegantiſſima illa, ac tantopore commendata conſiſtit Oratoriæ vocis harmonia. A vulgari enim ſermocinatione, & confabulatione debet omnino differre Orator, nihilque ingratius, aut ſtolidius eſſe conſtat, quam eodem, ac æquali ſemper vocis



http://rcin.org.pl

ſono continuo uti: Ubi tamen vitium contrarium maximopere iterum devitandum eſt, quod fere in nulla natione, præterquam in Noſtris adoleſcentibus & pueris, non ſine nauſea continuo obſervatur. Nimirum ita à naturali voce recedere ſolent, ut buccis inflatis, ac tumentibus verba ampullata, craſſa, pinguia, tumida, emittere, aut buccinare connitantur, eodemque tempore barbarum quendam, fictum, buccinantemque iſtum vocis tenorem, vel clauſo nimium, vel contra hiante ore ac ridiculo vultus, frontis, oculorum, & totius faciei niſu, coactaque mutatione comitentur. Docendi ergo ſunt, ut naturali voce, ſed clara, ac prout poſſunt ſuavi, & minimè affectata utantur, atque imitentur omnino perorantes in Convẽtibus & Comitiis Proceres, Legatos, Senatores, qui quamvis à modo confabulandi recedant, familiarem tamen & penitùs naturæ proximum clariore duntaxat variataque, ut res exigunt, voce, modum dicendi, declamandique non deſerunt. Summopere ad id quoque attendendum eſt, ut inter commata, debitas vocis pauſas exactè ſervent, maximè verò paulo majores in Periodis, ac ut vocem in iiſdem ultimo, & penultimo verbo naturaliter paulatim deflectant; ſimiliter vocem ut acuant, elevent, deprimant, varient in Jnterrogationibus, Admirationibus, Jroniis, Narrationibus Hiſtoricis, Exclamationibus & hujusmodi, procul tamen omnino à puerili quadam, & uſitata multis cantilena. Dedocendi ſunt pariter pronunciationem craſſam nonnullarum in Lingua Latina Vocalium. Jn Patria verò Lingua perfectam pariter vocum pronuntiationem domeſtica ſæpe educatione vitiatam edocendi ſunt.

III. Circa corporis decoram compoſitionem, & geſtus, plurimum laborandum eſt. Capite erecto, fronte nunquam corrugata, aut caperata, oculisque ſerenis, facie tota naturaliter compoſita, abſque labiorum contorſionibus: collo, ac pectore rectis. Manuum nunquam plus decoro extenſarum, aut elevatarum, geſtus modeſti, graves, naturales, minimè violenti, aut ridiculi, non ſemper iidem, ſed rei, quæ profertur, conformes. Ne denique Orator aut Statuæ, aut hiſtrioni ſit ſimilis; ſed medium quoddam inter nullos nimiosque motus teneat. Hæc omnia longa ante quamvis declamationem exercitatione indigent, cujus certè neglectui maxima pars vitiorum in perorando juvenilium, potius quàm juvenum indoli, aut corpori attribuenda eſt.

180. Si publicam Declamationem, unam ſcilicet Quintam, in fine Anni Scholaſtici Profeſſor expedire voluerit, liberum id illi ſit. Sique Theatralem aliquam repræſentationem maluerit, hæc nunquam abſque conſenſu P. Provincialis ullibi fiat: nec unquam alio tempore, niſi menſe Julio, nec alius ullius generis, quam Tragediæ ſelectæ pro Scholaſticis Theatris Latinæ aut Polonicæ, ac priùs diligentiſſimè à Rectore, Præfecto, virisque prudentibus examinatæ. Quarum producendarum commodo, & pro iis ſumptu cum Domus Noſtræ paſſim careant, ſatius nunquam, aut quam rariſſimè permittantur. Orationes Panegyricæ Divorum ubi moris non ſunt, non introducantur.

181. Panegyricos quibuſcunque vel digniſſimis in Republica Perſonis, quacunque cauſa, Nuptiarum, funerum, Ingreſſuum, aut ſimili, noſtri ſolutè, &



http://rcin.org.pl

ligatè ſcribere prohibentur, cum ineptiis hujusmodi abſque ullo Patriæ inde ſplẽdore & honore,& abſque Inſtituti commendatione plena hucusque fuerint omnia, hocque modo potius depravetur Eloquentia, ac Doctis prudentibusque Criticis,& Externis contemptûs risûsque præbeatur materia. Longiſſima Experientia & præſtantiſſima in ſimilibus opus eſt arte: quæ qui ſcribere poſſent, melius, ut ad utiliora Reipubl: animum vertant,cum hujusmodi Lucubraionibus nihil ſit inutilius, jamque juſtè palam omnibus deſpicatui ſunt. Apud Veteres, ut & nunc in aliis cultiſſimis nationibus, ſummis hæc duntaxat Principibus, & à ſummis, & perrarò quidem dicantur ingeniis. Officia vel captatio benevolentiæ alicujus ex Proceribꝰ vel Præſulibus breviore Oratione, non è typis reddenda ſed ore proferenda expediri, ſi libuerit, poterunt. Panegyrici vero deinceps absque facultate Provincialis cum Congregatione illius nunquam ſcribentur, qui eam, aut nunquam,aut niſi in arte perfectiſſimis, & ex ſumma aliqua cauſa vix aliquando concedent. Si alii Panegyricos ſcribere continuabunt, noſtra nihil intereſt morem alienum ſequi, mala conſuetudo meliore abolebitur.

*De Doctrina Spirituali ad I. Scholaſticarum Ordinationum* Paragraphum *Rhetorices Profeſſor remittitur,quas nullo die, nullaque Schola omittat.* Jam ſit.

# ORDO TEMPORIS.

### *Hora Prima Mane.*

181. Recitata lectione ab initio Scholæ, ad Bacchanalia media Hora Præceptorum Explicatio utroque Rhetorices An: Altera media h: Lectio vel Pelzoffer, vel Grotii, vel alius Politici. A die Cinerum ad finem anni utriusque, tota hac hora, lectio libri politici.

### *Hora Secunda Mane.*

Diebus Lunæ, & Veneris Exercitium componendi per Profeſſorem una cũ Diſcipulis utroque Anno usque ad Bacchanalia bis in Septimana. Poſt Bacchanalia vero ad finem utriuſque anni hoc idem Exercitiũ ſemel in Septimana die Lunæ. Jam vero omnibus aliis diebus hac ſecunda hora Studium, & Explicatio Hiſtoriæ ex Vertot, Livio, vel Lenglet uſque ad 15. Maii utroque Anno.

A 15. Maji ſtudium Geographiæ uſque ad finem utriusque Anni Scholaſtici. Ultimo Secundæ horæ quadrante Lectio Spiritualis. Diebus pomeridianarum recreationum omnibus, Scholæ matutinæ prima hora, ſtudium linguæ Græcæ: vel ubi non eſt, explicatio Hiſtoriæ ut aliis diebus. Hora vero ſecunda dictatio dictandorum.

### *Hora Prima Veſpere.*

Poſt recitatam Lectionem, explicatio Auctorum ad formandam Eloquentiã utilium totis duobus annis, Ciceronis ad Paſcha diebus Lunæ, Martis, & Mercurii. Diebus Veneris Orationes Polonæ perlegantur. Jam vero aliquid ex Virgilio, Juvenali, Horatio diebus Sabbati.

A Paſchate ad finem utriusque anni Explicatio aliorum Auctorũ ex ſupradictis,

http://rcin.org.pl

ctis, quos ſibi Profeſſor delegerit: Ut Paulini, Mureti, Orationum ex Hiſtoricis Veteribus. Orationum Orichovii, Taciti, Salluſtii, Cæſaris. Senecæ. &c:

*Hora Secunda.*

Compoſitionis Correctio, Dictandorum Dictatio.

Ultimo quadrante horæ, Spiritualis Lectio.

## §. X.

## *De Philoſophia.*

183. DUm & quo ad fieri poterit liber typis impreſſus, & legitime approbatus, pro Lectoribus & diſcipulis Philoſophiæ, aut ab aliquo noſtrorum quantocyus edatur, aut typis alius recudatur, peropportunum eſſet, ut eo Scholæ noſtræ utantur, ac à ſingulis emantur Philoſophiæ Auditoribus, quatenus dictando tempus non teratur. Quicunque vero eamdem dictaverint, ab inutilibus, quibus Philoſophiam clariſſimi recentesque ejus Profeſſores expurgant, quæſtionibus abſtineant. Non præmiſſis Geometriæ Principiis Phyſicen tradere, eſt hodie ſe ſe riſui eruditorum exponere.

184. Philoſophia quidem eſt res libera, dum opiniones quæ etiam indirectè contra religionem tenderent, ſacroſanctè vitentur, rejiciantur, condemnentur: Sed noſtri talem quæ Romæ ſub oculis Eccleſiæ capitis à noſtris aliisque Philoſophis traditur, & tradetur, Philoſophiam imitari curabunt, ita tutè procedent.

185. Nihilominus ordo & methodus Philoſophiam tradendi, ut faciliùs deligantur materiæ, talis ſubjungitur:

### *Primô Annô.*

186. *PROLEGOMENA*, imprimis breviſſimè tradantur. Exponatur ſcilicet, Philoſophiæ Definitio; Objectum; Origo; & Succeſſus ad noſtra uſque tempora. Recenſeantur celebriores cum Veteres tum Recentiores Philoſophi diverſarum Sectarum Principes. Oſtendatur Finis, utilitas, ac neceſſitas genuinæ Philoſophiæ; & quomodo dividatur. Ubi præterea, tractari poterit, adverſus Pyrrhonios, Acatalepticos, & Scepticos, dari in hominibus Scientiam quàmvis anguſtiſſimis finibus concluſam &c.

187. *LOGICA*,(expoſitis breviter Definitione & Objecto illius,)pro quatuor Mentis Operationibus, quadrifariam dividatur. *In Parte I.* tractetur, *De Perceptione* generatim, ubi, de ſenſu Intimo, de Paſſionibus & Senſationibus; De Origine Idearum, nempe utrùm dentur Ideæ Innatæ, an omnes ſunt Adventitiæ per Senſus. Quid ſint Ideæ ſimplices & Complexæ, Completæ & Incompletæ, Singulares & Univerſales, nec non de Veritate, Claritate, & Diſtinctione Idearũ. Deinde, de Signis Perceptiones noſtras manifeſtantibus, præſertim de Voce, ſeu *Terminis*, ac denique varia Terminorũ Acceptione ad repellendas fallacias in vocibus. *In Parte II.* tractetur, *de Judicio:* De Motivis Infallibilibus Judicandi, qualia ſunt Senſus Intimus, Evidentia, Revelatio Divina, relatio Senſuum, una-



http://rcin.org.pl

nimis hominum fide dignorū narratio, ac propria Recordatio. De Motivis Fallibilibus Judicandi, uti, de Probabilitate, Dubitatione, & Errore. Deinde *de Propoſitione*, Judicii Mentalis interprete, ſcilicet de diverſis Propoſitionum Speciebus. *In Parte III.* de *Diſcurſu*, atque de *Argumentatione*: De variis illius Speciebus, præſertim de Syllogiſmo; De Demonſtratione à priori, à Simultaneo, à poſteriori, ac ab impoſſibili; De Opinatione, ac Sophiſmate. *In Parte IV.* de Analyſi ſeu Methodo inveniendi Veritatem, De Syntheſi ſeu Methodo exponendi ſeu docendi Veritatem; de Methodo diſcendi, atque ſuſtinendi Veritatem. Pro hac Parte Philoſophiæ legantur præter Corſinum & Purchotium, Logica Verulamii, Raymundi Lullii, Petri Rami, Gaſſendi, Carteſii, Wolfii, Faciolati, Arnaldi *Ars cogitandi*; Lockius *de Intellectu Humano*, Malebranchius *de Inquiſitione Veritatis*, Buffierius *de Primis Veritatibus &c:*

188, *METAPHYSICA*, juxta Wolfium dividatur, in Ontologiam, Coſmologiam Generalem, Pſychologiam, & Theologiam Naturalem. *In Ontologia* tractetur de prima certitudinis Regula, ſeu de Criterio Veritatis, deque Primis Principiis ſeu Axiomatibus; Quid ſit Eſſentia & Exiſtentia, Poſſibile & Impoſſibile, Neceſſariū & Cōtingens, Individuū & Univerſale, Subſtātia & Accidens, ac utrū dētur accidētia abſoluta in ſenſu Peripateticorū; Quid ſit, Suppoſitū, Perſona, & Subſiſtentia, Potentia & Actus; Perfectum & Imperfectum, Finitum & Infinitum, Cauſa & Effectus. Deinde de *Modis rerum*, dè Unitate, Veritate, & Bonitate rerum. De locatione ſeu Spatio; De Duratione ſeu Tempore, ubi de Chronologia; De Relatione, & Diſtinctione. *Jn Coſmologia Generali*, tractetur, de Definitione Mundi, de Creatione illius in tempore; de modo & tempore, quo creatus eſt; de Unitate, Magnitudine, & figura Mundi; De Cauſis Mundi; de Perfectione, & Ordine Mundi; de Naturali, & Supernaturali, ſeu Miraculo. *Jn Pſychologia* tractetur, De Spiritibus Creatis, ubi etiam dē Angelis, de Spiritualitate Animæ humanæ; de Eſſentia illius; de tempore quo creatur; De Unione Animæ humanæ cum Corpore; De Sede Animæ in Corpore; De Immortalitate Animæ humanæ; De Intellectu, Voluntate, & Libertate Animæ humanæ, atque de Habitibus illius cùm Naturalibus tùm Acquiſitis. Deinde, de Anima Belluina, utrum detur, & quæ qualisque ſit. Atque etiam, de Apparitionibus Spirituum, de Magia & Obſeſſis, &c: *Jn Theologia Naturali* tractetur, Quid Nomine DEI intelligatur; Utrùm Notio Dei ſit hominibus innata. Exponatur Demonſtratio Exiſtentiæ Dei, contra Atheos, item, contra Materialiſtas, ſeu Epicureos, atque contra Spinoſiſtas. De Eſſentia, & Unitate Dei contra Manichæos. De Actione Dei in Creaturas, ubi de Concurſu Dei ad agendum cum Creaturis. De Scientia & Providentia Dei Univerſali. Hic legantur inter alios celebriores, Wolfius, Magnanus, Malebranchius, Fenelonius, Dagoumerius, Gaſſendus, Carteſius, Burnetus; Fontenelle de Pluralitate Mundorum, Turnelius de Opere ſex dierum. Rorarius de Cognitione Brutorum, Calmet de Apparitionibus Spirituum, Antonius Genuenſis &c;

189. *ETHICA*, (præmiſsâ ſumma illius neceſſitate,) dividatur in Generalem

http://rcin.org.pl

lem & Particularem. *Jn Ethica Generali* tractetur, utrùm detur in nobis ingenitus boni honeſtatisque amor: atque quid ſit Bonum, jucundum, utile, & honeſtum: nec non, de Beatitudine hominis, tam Objectiva quam Formali. Deinde, de Regulis actuum humanorum, nempè de Lege tam Naturali, quam Poſitiva, atque de Conſcientia. De Bonitate & Malitia Actuum humanorum, quomodo æſtimantur ab Objecto, fine, & circumſtantiis, ac utrum dentur Actus indifferentes in Individuo. De variis Virtutum, Vitiorumque Speciebus, ubi, de Virtutibus Cardinalibus. *Jn Ethica Particulari* tractetur, *De Officiis hominis erga Deum*, ut Creatorem, ut Proviſorem univerſalem, ut omnimodè perfectum, ut Remuneratorem, &c: Amando illum ſuper omnia, ſperando in eo ſuper omnia, credendo illi revelanti in omnibus, timendo illum ſuper omnia, Ordinationique illius æquo ſemper animo ſe ſubijciendo, &c: *De Officiis hominis erga ſeipſum*, ut curam ſui habeat, ut ſe noſcat, ut rectè utatur facultatibus animæ, ut vivat juxta Natales, fortunam, talenta, ac facultates ſuas: Ubi de Suicidio, & defenſione vitæ ſuæ, &c: *De Officiis hominum reciprocis*, ut æſtiment cæteros, ut conſulant aliorum utilitati, ut ſint grati, ut fidem in promiſſis ſervent: ubi de Operibus Miſericordiæ; atque utrùm Bella inter Principes ſint licita, item, utrùm Duella propter privatam injuriam ſint licita, &c: Denique de Officiis mutuis Parentum & Liberorum, Dominorum & Servorum, Conjugum; item, Principis & Subditorum; Optimatum, Sacerdotum, Præceptorum; Magiſtratuum & Judicum, &c: Hic legatur Cicero *de Legibus, de Finibus, & de Offic:* Seneca *de Vita Beata*; Plato *de Republ*: Grotius *de Jure Belli & Pacis*; Puffendorf *de Officiis Homin*: *& Civ*: Ariſtotelis: *Libri Ethicorum*: Gobinet *de Inſtruct*: *Juven:* Politus S. P. *de Patria Poteſtate*; *Philoſophia Moralis* Muratorii; Wolfii; &c:

## *Secundo Anno.*

190. *PRINCIPIA MATHEMATICO-PHYSICA* complectantur imprimis *Compendium Algebræ*, (excerptum vel ex P. Paulino, vel ex Wolfio, vel ex Rivardo, vel ex Varignonio, &c:) De Additione, Subtractione, Multiplicatione, & Diviſione Algebraica; De Proportionibus & Fractionibus; De Extractione Radicum; atque de Æquationibus. Demum, *Compendium Geometriæ*, (excerptum, vel ex P. Corſino, vel ex Purchotio, vel ex Wolfio, vel ex Rivardo, vel ex Taqueto, &c:) De Lineis & Angulis; De Figuris Planis; De Figuris Solidis, atque De Sectionibus Conicis. His breviter præmiſſis, tradatur *Mechanica Generalis*, (ex Wolfio, Ricciolio, Newtono, Muſſenbrockio, Borellio, de Challes, Graveſandio, &c:) 1. De Motu Rectilineo, Æquabili Simplici, Compoſito, Colliſo, Reflexo, Refracto, Accelerato, & Retardato, Reſpectivo Reali & Apparenti; 2. De Motu Curvilineo, Circulari ubi de Viribus Centralibus, Parabolico, ubi de Motu Projectorum, Oſcillatorio, ubi de Vibratione Pendulorum. Deinde tradatur *Statica*, (ex Galilæo, Mariotto, Varignonio, Wolfio, Dńo Paſchal, Dńo Nollet &c:) De Æquilibrio generatim, De Machinis Simplicibus, Vecte, Axi in Peritrochio, &c: *Hydroſtatica*, De Æquilibrio Fluidorum, Homogeneorum, atque

que

http://rcin.org.pl

que Heterogeneorum; de Æquilibrio Aeris cum aliis Fluidis; de Barometro, Thermometro, Hygmometro, &c: *Hydraulica*, De variis Motibus Fluidorum, ubi de diverſis Antliis, De Æquilibro Solidorum cum Fluidis. &c:

191. *PHYSICA*, (præmiſſis Definitione & Objecto illius,) dividatur in Generalem & Particularem. *Jn Phyſica Generali* tractetur, De Exiſtentia & Eſſentia Corporis, De Materia Prima, & Forma Subſtantiali Corporis; De Proprietatibus Generalibus Corporis, ubi de Extenſione, Diviſibilitate, Impenetrabilitate, Figura, Mobilitate, & Quiete Corporis, atque de Cauſis Motûs generatim. *Jn Phyſica Particulari* tractetur, præmiſſa Deſcriptione Sphæræ Armillaris, De Syſtematibus Mundi. De particularibus Corporum Naturalium Proprietatibus: ubi de Duritie, & Fluiditate; de Gravitate, & Elaterio; de Calore & Frigore; De Odoribus, Saporibus, & Somno; de Lumine & Coloribus; de Electricitate. Tandē De Præcipuis Corporum Naturalium Speciebus: ubi de Cælis, Sole, Planetis, Stellis, Cometis, de Aere, de Meteoris variis; de Aquis, Æſtu Maris, Origine Fōtium; De Terra atque Corporibus, Terreſtribus, Sale, Vitro, Metallis, lapidibus, Magnete, Montium Origine; Item de Plantis, de Animalibus Perfectis & Imperfectis; De Corpore Humano, Partibus humani Corporis, Organis Senſuum, Somno & vigilia, de Organis Vitæ, reſpiratione & Circulatione Sanguinis, de Organis Nutritionis, Cibo, Chylo, &c: Hic legantur, præter Veteres, tum *Purchotium & Corſinum*, Jnſtitutiones Phyſicæ *Petri Martini*, Elementa Mathematica Philoſophiæ Naruralis, *Newtoni*, Lectionis Phyſicæ *Privati Molierii*, Principia Philoſophiæ *Carteſii*, *Bernouli*, *Graveſandi*, *Fortunati à Brixia* Ord: S. Fran: *Floriani Dalham* Sch: Piarum, *Regnaut* Soc: Jeſu, Lectiones Phyſicæ Experimentalis Dñi *Nollet*, Opera *Boylii*, *Kepleri*, *Hugenii*, *Keilii*, *&c:*

192. Memores tamen ſint Profeſſores noſtri, illius Oveni l. 3. Epigr: 76. *Stulta hac invidia eſt, cui cuncta recentia ſordent: Jnvida ſtultitia eſt, cui Nova ſola placent.* Exercitationes Privatæ in hac Schola ſex quotannis habebuntur, publicæ vero Diſputationes circa finem anni Scholaſtici, duæ vel tres.

## §. XI.
## *De Theologia.*

193. QUod porro *THEOLOGIAM* attinet, perpendant quæſo Patres Profeſſores, nobiliſſimæ hujus Diſciplinæ tam *Speculativæ*, quàm *Moralis* notitiam æquè Sæcularibus hominibus ac Eccleſiaſticis perneceſſariam fore, illiusque ſtudium non minùs Scholis Piis incumbere, quam cæterarum Naturalium Scientiarum.

194. Cùm verò non alius tradendæ doctrinæ Theologicæ finis ſit, niſi ut Religionis noſtræ Catholicæ ritè ut par eſt explicentur Dogmata, quid ea nimirùm nos doceat, quid promittat, quid præcipiat, & quid probibeat, quomodo denique

nique certiſſimas illius aſſertiones tueri ac defendere debeamus: idcircò Profeſſores Theologiæ id tantum docere ſtudeant, quo præcipua Fidei noſtræ capita nituntur, & quo ea facile defendi poteſt; ut Diſcipuli, ejusmodi rerum doctrinâ imbuti, Sophiſticas Acatholicorum, cum quibus frequentior illis occurrerre poteſt conſuetudo, facili negotio refellere & refutare valeant opiniones. A quæſtionibus inutilibus omnino abſtineant, atque in illis ſpeculationibus, quas nonnullorum Scholaſticorum otium excogitavit, quæve ad Fidem bonosque mores nullatenùs pertinent, non morentur, nec oleum operamque perdant.

195. Lectiones ſuas cùm ex Turnelio, Melchiore Cano, Gotti, Berto, tum potiſſimùm ex Theologia Chriſtiana, Dogmatico-Morali P. Concinæ, excerpere curabunt. Antequam autem ab aliquo è noſtris elaboratum ad uſum Scholarum noſtrarum, Theologiæ Compendium, in lucem prodibit, ne ampliſſimæ hujus Scientiæ Auditores in ſcribendo multum temporis inſumant, atque duobus annis ea, quæ maximè ſunt neceſſaria, abſolvant, optandum eſt, ut ſibi, ſi fieri poterit, omnes, brevem Petrocoicenſem Theologiam, aut Compendium Turnelii, quod Petrus Collet Congr: Miſſionis confecit, comparent & ex eo ſtudeant.

196. Jnitium Theologiæ ſemper ducetur à Locis Theologicis: quibus finitis, Tractatus ex Theologia Dogmatica maximè neceſſarii & utiles ex ſupradictis Authoribus, pro prudentia Profeſſoris, ac pro capacitate Diſcipulorum, prælegentur. Cætera, quæ §. XVIII. Parte III. de Studio Theologico pro Noſtris dicta sũt, de Profeſſoribus etiam Theologiæ pro Sæcularibus, accommodè intelligantur. Privatæ Exercitationes, vulgò Circuli, ſex quotannis abſolventur, circa verò Vacationes, duæ vel tres Diſputationes Publicæ.

## §. XII.

## *De Præfecto Scholarum Piarum, & de Scholarum uſibus ac diſciplina.*

197. MUnus Præfecti qui eſt immediatus Moderator Scholarum, morum, ac regularum Cuſtos, & anima quaſi Studiorum omnium graviſſimum eſt, & ex cujus vigilantia pendent omnia, tam quæ ad Profeſſorum, Magiſtrorũque diligentiam, in eorum Officiis, quam quæ ad ſtudentium obſervantiam, profectumque in artibus & ſcientiis pertinent. Jlle quidem ut ab omnibus aliis officiis avocantibus alio, & diſtrahentibus, liber immunisque ſit, ſaltem in numeroſioribus Scholis, quo ad fieri poſſet, optandum eſſet, totum ut ſe ſuo muneri tradat. Nihilominus, cum operariorum penuria ſæpe aliter, quam quod optimum videretur facere cogat, ita ut officium iſtud aut Concionatorum, aut, quod eſt longe gravius, Profeſſorum etiam muneri conjungi oporteat, tum majore profectò hominis virtute, niſu & contentione virium opus eſt, ut illi prout par eſt ſatis faciat. Nec tamen bonis & laudabilibus exemplis caruimus, aut etiam nunc caremus excellē-

tium

http://rcin.org.pl

tium Præfectorum; qui laborioſiſſimam hanc provinciam etiam cum aliis ſimilibus oneribus pro Dei gloria, ſuoque merito egregiè geſſerunt, geruntque. Patrum jam Provincialium eorumque Congregationis curæ ſit præcipuæ, ut, dum in eo ſtatu Provincia fuerit, Præfectura Scholarum omnino ab aliis ſeparetur officiis. Virorum autem Religioſorum proborumque intereſt imprimis, ut cum & ubi aliter fieri non poſſit, tam alii, quam præprimis Præfecturæ muneri ritè exequendo totis viribus incumbant.

198. Primum itaque, ea penitus omnia quæ præcedentibus capitibus pro Scholis earumque Magiſtris præſcripta ſunt, Præfectum Scholarum perfectè lege oportet, ut nimirum quæ à Magiſtris, quæ à Diſcipulis obſervanda ſint, iis omnibus quam diligentiſſime invigilare poſſit: ad quæ non ejus harum omnium quæ traduntur in Scholis, rerum ſcientia & eruditio, ſed ejus prudentia duntaxat requiritur, & diligentia deſideratur, quatenus omnium attendat partibus, ut quisque ſuas, juxta propriam cuique regulam exequatur. Jn quo totum ejus munus conſiſtit.

199. Profeſſores ergo omnes & Magiſtri publicarum Scholarum, ut jam antea dictum, Præfecti muneri, quo ad educationem doctrinamque juvenum & eorum Scholas obedire tenentur. Jllius muneris eſt inſpicere, invigilare, curare, modos omnes adhibere, ſuadere, precari, inſtare, monere, urgere, atque etiam, ſi neceſſitas omnino exigit, cum prudentia & fraterna charitate reprehendere, ac deinde corrigi nolentes Superiori, aut tandem Patri Provinciali deferre in iis omnibus, quæcunque in quibusvis Profeſſoribus & Magiſtris requiruntur ad quam optime docendam cujusque Scholam: Nimirum ut ad ſtudioſos poſt Vacationes, Feſta Nativitatis Dñi, Paſchatis, &c: redeuntes ad Scholas, etiam pauciſſimos, etiam vel unum deſcendat quilibet ſuæ Scholæ Magiſter, ut quam exactiſſimè ſtatim ad ſigna Scholarum communia convolent; ut ad finem cujusvis Scholæ in docendo diligenter perſiſtant, ut nullus ſe abſentet à Schola, aut ex ea ſine juſta omnino cauſa exeat, etiam pro brevi tempore; ut Diſcipulos extra Scholas non exmittant, nec eos cum eorum damno Magiſtri aliis quam ſtudiis ſuæ Scholæ occupent; ut ordinē & methodum docendi, prælegendi, dictandi, componendi, explicandi omnes ad amuſſim cuſtodiant; ut librîs deſtinatîs, nec aliis ſine ſcitu Superiorum Magiſtri utantur, ut dictandis rebus aut inutilibus, aut prudentiæ contrariis, abſtineant, quæque dictant, ut ſint bene correcta, ut exercitia in Schola componenda, item occupationes domeſticæ pro componendo juxta præſcripta dari ſolitæ, & à Magiſtris ac Profeſſoribus ante Scholas domi præparentur, ac ex ſcripto, non è memoria, etiam materiæ omnes dictentur, & à nemine unquam omittantur, vel ne perperam aſſignentur; ut tempus nullus inutiliter in Schola deperdat, ut doctrinas Spirituales nullus unquam omittat; ut in pænis diſcipulorum nihil ab ullo excedatur; ne verbis modisque indecentibus ſtudioſi ab ullo tractentur; ut pax ac omne decorum inter Profeſſores omnes obſervetur & vigeat, ut familiaritates cum diſcipulis ſummopere præpediat & præcaveat, ut diſcipuli à Magiſtris & Profeſſoribus quibuscunque ad cubicula non admittantur, nec cum ijs unquam ullibi ſepara-

http://rcin.org.pl

paratim verſentur, ut diſcipulos ad Eccleſiam omnes Magiſtri & Profeſſores conducant, iiſque illi, quorum intereſt ex officio, ibidem invigilent; ut Oratoriis, Cathechiſmis, controverſiiis, qui præſunt, his diligenter attendant; ut diebus, quibus ad Sacramenta diſcipuli accedunt, de Confeſſione & Communione diligentius quilibet Magiſter ſuos inſtruat & præparet; ut examina, declamationes Academicæ, Circuli, Similesque actus regulariter ac bene à Magiſtris expediantur; ut Magiſtri & Profeſſores nulli diſcipulorum ſuorum abſentandi ſe toto unius Scholæ tempore, multo minùs toto die vel pluribus, licentiam ſine ſuo conſenſu unquam concedant. Jn his omnibus & ſimilibus vigilantia Præfecti ſuper Magiſtris & Profeſſoribus pernecesſaria eſt.

200. Ne munuſcula Magiſtri accipiant, Præfecti invigilent, illisque ipſi bono exemplo præluceant. Contributiones in Scholis ut nullæ præter ſuperiùs deſcriptas fiant, Præfectorum eſt ſummopere invigilare, ac eas à Magiſtris recipere ac expendere, regeſtra earum in viſitationibus præſentanda percepti & expenſi ſervare; Jtem ſub eorum ac Rectorum clavibus ut ſint pecuniæ Oratoriorum, pro nulla alia re, quam pro Oratoriis & Scholis impendendæ. Profeſſores & Magiſtros nunquam præſentibus Diſcipulis moneant & reprehendant Præfecti, niſi juſſu Superioris id omnino neceſſarium judicaretur, id quod nunquam potiùs ut eveniat, præferendum eſt.

201. Super diſcipulis quoque omnibus Præfecti inſpectio, directio & ſumma attentio in plurimis rebus, muneris ejus eſt. Ne ullus à Schola abſque ejus ſcitu abſens ſit; ne exeant vel divagentur tempore Scholarum, ne cum ad Scholas conveniunt, inſoleſcant, clamoresve excitent, ut ex Scholis ſimul omnes modeſteque prodeant ad Eccleſiam, ut in Eccleſia cum omni modeſtia ac religione verſentur, ut Oratoriis, Catechiſmis, Concionibus, Sacris, Veſperis omnes ſemper adſint, ne ex Eccleſia erumpant, ne ullus in Scholis remaneat, ut Profeſſorum ac Magiſtrorum cubicula non intrent, nec in domibus noſtris divagentur, ut ſive ſinguli, ſive omnes modeſte incedant, ut aſſignatis diebus Confeſſionis & Communionis omnes hæc Sacramenta frequentent, chartulasque reddant; ut præparationes & gratiarum actiones devotè faciant, ut Sacris devotè libenterque inſerviant; ut Magiſtris & Profeſſoribus ſint morigeri: ut ſemper omnes diſcenda diſcant, componenda componant, perſcribenda mundè & correcte perſcribant; ut rixas inter ſe, ruſticos manuum jocos, pugnas, protruſiones, luctas, injurias, ac mala verba vitēt; ne tumultus, cōſpirationes & ſeditiones inter eos cōtingāt, aut mox prudēter ſopiātur; Ut ſinguli ſemper decenter veſtiti, loti, pexi, mundi compareant, recto capite, abſque violenta manuum corporisque agitatione incedant, ut latine loquantur. Ut negligentiæ eorum & vitia corrigantur; ac ubi omnino opus eſt puniantur: ut laude Præfecti, pii, boni, diligentesque quam ſæpiſſime excitentur.

202. Quatenus vero his bene invigilare poſſit & domi & in Scholis, mox dato primo ſigno campanæ pro Studentibus præſto in Scholis adſit, aut aliquem ex Magiſtris ſi impeditus ſit, (quod tamen impedimentum eſt ſemper contra Præfecti officium) ſuo loco obliget & conſtituat, aut graviores è Studentibus in Scholis aſſi-



http://rcin.org.pl

gnet, ut ſe ſi opus admoneant, modeſtiæ itaque convenientiam Studioſorũ omnimodis invigilet, antequam Magiſtri Scholas accedant.

203. Dum ſtudentes in Scholis ſunt quam ſæpiùs fieri poteſt, Scholas adeat, Profeſſores utrum eorum diſcipuli ritè ſua faciant, interroget, identidem ſcripta eorum, characteresque examinet, nonnunquam quæ agantur aut explicentur à diſcipulis quærat æque in minoribus ac humaniorum literarum Scholis; de Doctrina Spirituali aliquid inquirat. Si qui monendi, moneat; ſi puniendi, puniat.

204. Semel ſaltem ſingulis menſibus inopinate nunc ex una,nunc ex alia Schola Præfectus compoſitiones juvenum etiam Rhetorum accipiat & examinet, vel examinari faciat,quod juvenes mirum in modum ad diligentiam excitabit. In cohortando, collaudando, excitando animos juvenum parcus non ſit: & reverentiã & amorem ſui conciliare ſibi apud omnes ſatagat. Tales viſitationes Scholarũ tempori affixæ non ſint, improviſæ ſint potiùs & frequentiores, tempus tamen exercitationibus Scholaſticis non extrahendo. Qua in re quidquid ille humanitatis, urbanitatis, ac honoris, Magiſtris etiam junioribus ſemper præſtiterit, eosque ut fratres & æquales tractaverit, quidquid viciſſim omnes etiam quarumvis Scholarũ & ſcientiarum Profeſſores mutui honoris, debitæ benevolentiæ, & officio ejus reverentiæ, obſervantiæ ac obedientiæ exhibuerint, nec iſti, nec ille, plus ſe, quam decet, facturos, aut exceſſuros exiſtiment. Contra vero nihil ſtultius, turpius, aut majore ſcandalo, nihil in quod diligentius à Superiore animadvertendum ſit,evenire poſſet, quam ſi aut Profeſſores erga Præfectum, aut Præfecti erga Profeſſores, in eo quod ſibi utrinque debent, ita præſertim deeſſent, ut id juvenes naris acutæ ſubodorari poſſint.

205. Regulæ Scholarum ſint poſitæ in publico loco, & quovis anno renoventur. Rejeſtra Studentium exactè Præfecti ubique conſcribant in ſeparato libro & poſteris relinquant. Pueri pauperes, ut honeſte tamen tecti ſint, Præfecti attẽdant; nec pauperrimi tamen ullo modo arcendi ob veſtes,ſed potiùs Scholarum,aut aliorum charitati commendandi ſunt.

206. Scholæ ut clauſæ ſint ſemper extra tempus Scholarum, ut bene reparatæ, præſertim quo ad commodum ſedendi, feneſtras, fornaces, & ſimilia, Præfectorum curæ ſingulari eſſe debet, ut Superiorem his de rebus præmoneant. Item Scholæ ut mundæ ſint cum ſuis curritoriis.

207. Animadvertant Præfecti, ne offenſæ Divinæ occaſio pueris detur, cũ ad loca communia exeunt, id quod in particularibus monitis Beatus Pater præmonere non intermiſit.

208. Præfecti ſummopere curent, quo ad fieri poteſt, ut libros ad pietatem pertinentes pro Oratorio & Eccleſia cuncti Diſcipuli habeant, uti & libros ad ſingulas Scholas ſpectantes, ad quos eos, & Parentes eorum majorem in modum ſemper cohortentur. Ac libris diligentiæ,ut vocant,in ſingulis Scholis characteribusque formandis majorem in modum invigilent. Examina in fine anni ut exactiſſimè fiant, & ſpecimina cuncti rerum quibus ſtuduerint producant,Præfecti ſolicitè curent. Ac fideliter breviterque judicia de ſuis Magiſtri, pro more veteri ſemper conſcribant.

209. Jn promovendis de Schola ad Scholam ſummopere attendant ut nec aptiores tempus in inferioribus Scholis deperdant, nec inepti promoveantur. Ordinarie curſus annuus Scholæ expleri ſolet, & ut expleatur cõpetit, tamen ſi juvenis præſertim in inferioribus Claſſibus ſolidè profeciſſe reperitur, ad Superiorem etiam citiùs transferatur, conſiderata imprimis ætate.

210. Teſtimonia ſi quæ petitur ut det Præfectus, ea non niſi bene notis & bene merentibus pro conſcientia tribuat.

211. Jam denique quo ad continuam Præfecti ſuper Scholis vigilantiam, id duntaxat dici ſecure poteſt, hanc, ſi vel maxima ſit, nunquam fore nimiam, neque ſuperaturam, fortaſſe nec æquaturam ea, quæ Præfectus Collegii novi Calaſantini Romæ, in aliisque Jtaliæ locis, pro exequendo ſuo munere agit; qui à primo pro Schola tam matutina, quam veſpertina ſono, ad tempus uſque quo diſcipuli omnes ex Eccleſia ſuas in domos abierint, perpetuò ac inceſſanter Scholis affixus eſt, nemo ut juvenum ex ulla Schola aut in eandem introeat, aut ex illa exeat, quin ſingulis Scholis matutinis & veſpertinis à Præfecto videatur. Juvenes ſingulos ex Scholis identidẽ evocat, eosq; brevibus examinat, idẽ penitus tẽpore Catechiſmorum, Cõcionũ, Oratoriorũ, Sacrorũ in Eccleſia præſtat, ac nunquã omnino, momẽto tẽporis ita à Studentibus, dum in Scholis ſunt, avellitur, ut iſti dubitare poſſint ſe à Præfecto videri obſervarique. Hæc Præfectorum omnium imitatione digna ſunt. Dicta autem hactenus ad munus Præfecti, Domi & in Scholis ipſis, pertinent.

212. Extra Scholas vero multiplex item eſt Præfecti munus. Directores imprimis bonos deligere, ijsque curam domeſticam puerorum commendare, iisdem omnimodis attendere ut ſuum officium ritè exequantur, ſuos ſemper comitentur, ac domi cuſtodiant, minimeque divagentur, lectionibus, ſcriptionibus, ac compoſitionibus eorum ſedulo invigilent, eaque corrigant, puerorum carnifices non ſint. Choreas, luſus, ebrietates nocturnas, compotationes & conventiones, ſub graviſſimis pœnis vitent, pueris ſint virtutis & pietatis exemplo. Curet Præfectus prudẽs diligensque, nihil ut quo ad fieri poteſt in Civitate contingere inter eos poſſit, quod exploratores taciti ei non deferant, quodque ipſum latere poſſit. Cumque iſtiusmodi homines nec bene ipſi educati eſſe ſoleant, & ſæpius vitioſi, nulli omnino plene fidendum eſt, nulla non adhibenda diligentia, ut conſtet ſemper de eorum moribus, vivendique rationibus, quod tamen ſumma cum prudentia faciendum eſt.

213. Præfectus inſperate domos puerorum in Civitate vel Oppido, identidẽ, cum ſcitu conſenſuque Rectoris, à graviore Magiſtro comitatus, nunquam ſolus viſitet, ſed imprudentia illa ac ſane maxima vitetur ſtultitia, quemcunque Scholarem quacunque ex cauſa etiam juſtiſſima, domi ejus verberare, vel percutere, cum hæc indigna hominibus religioſis temeritas nunquam gravi periculo exempta ſit: hoc itaque omnibus Præfectis multo magis Profeſſoribus quibuscunque ſacroſanctè in perpetuum prohibetur. Tales vero Viſitationes & breviſſimæ ſint & raræ, & gravitate, comitate, charitate, abſtinentia, prudentia, bono exemplo, omnique virtute diſcipulis noſtris utiles. Sique Rectores cui prohibendas judicaverint, prohibere ſemper poſſint.

K 2 214.

http://rcin.org.pl

214. Cenſores vero & exploratores ſuos in quavis parte Civitatis, Oppidi, loci, Præfectus habeat, ſive è gravioribus Studentibus, ſive aliis, qui cautè omnia obſervent, & ſe admoneant.

215. Jn caſibus gravioribus propriæ nunquam Præfecti prudentiæ fidant, ſed Superiores, Virosque è Noſtris graviores, ac prudentiores, ſemper conſulant. Nihil calide, nihil præcipitanter, nihil violente, nihil temere agant. Naſcentibus malis obvient, ſumma charitate, & clementia cum ſeveritate, ubi opus, admiſta. Ad ſeditiones & rebelliones Scholarium nunquam res deveniet, absque noſtra ipſorummet imprudentia, quæ nulla citius re, quā in motu & perturbatione animi agendo, præcipitando, aut pertinaciter conſiliis obluctando, committitur. Etiam in maxima commotione animi, à verbis injurioſis, contumelioſis, mordacibus, nec ſæculares decentibus, honorem lædentibus, à furioſis & ruſticis objurgationibus, prudenti, urbano, civili, religioſo, ſacerdoti, præfecto, majorem in modum abſtinendum eſt, qui ſemper Patris perſonam gerere ſe debere meminerit, moderationisque exemplo ſe prælucere juvenibus oportere. Verbum ſanum & irreprehenſibile, increpationes in omni patientia & doctrina, ſi ab ullo alio, certè à Præfecto & Profeſſoribus requiri, res per ſe patet. Pænæ majores aliæque ab auctoritate Præfecti in omnibus Scholis dependent, ſed & his ita eum uti, non abuti par eſt, ut ea omnia quæ de Profeſſoribus §. II. N. 24. dicta ſunt imprimis ad ſe omnino Præfectus applicet, & præ cæteris omnibus ea, quæ de pænis ſunt præſcripta, ipſe ſacroſanctè obſervet.

216. Jn recreationibus dandis regulam, conſcientiam, & præſentem noſtram Ordinationem abſolute ſequantur Præfecti & Rectores, cum nimirum plus quam ducenti in anno dies ſint, quibus à Schola vacatur, jam vero fere 140 dies Scholis tantummodo reſtent, ut ex his reliquis diebus, nullum penitus unquam Scholis detrahant.

217. Ordinamus itaque ut in omni Septimana in qua nullum feſtum occurrit, dentur duæ recreationes tantum pomeridianæ, totum autem tempus matutinis Scholis ad decimam horam indiſpenſabiliter impendatur. *Præter Adventus & Quadrageſimæ tempora, in quorum hebdomadibus abſque feſto, una recreatio pomeridiana detur.* Si unum feſtum in quacunque anni hebdomade occurrat, detur præterea una recreatio pomeridiana. Si duo feſta occurrant in hebdomada, una pomeridiana recreatio, tum detur, cum quatuor dies ſcholaſtici eſſent conjuncti: tum vero nulla detur, cum duo feſta Scholaſticos quatuor dies interrumpent, ne ſint conſequentes. Die Martis recreatio nunquam detur antecedente vel conſequente feſto. Die Jovis detur pomeridiana recreatio etiam ſi die Mercurii feſtum unum in hebdomade præceſſerit, Si vero dies Veneris feſtum ſequitur, tum in diem Martis recreatio transferatur. Nullæ recreationes totius diei dentur unquam præter quatuor Majales & in Junio, ac Julio, diebus Jovis, aut die Jovis impedito, diebus Martis. Aliæ omnes in perpetuum prohibentur: cum & hæ ſatis ſuperque ſint.

218. Nulla ratione, nullo prætextu hæc ordinatio unquam permutetur, nec hyeme

http://rcin.org.pl

hyeme nec æſtate, nec in principio, nec ſub exitum anni Scholaſtici, nec cujuscunque precibus, nec in gratiam cujuscunque hoſpitis, qui offendi non poterit, cum docebitur talem eſſe Viſitationis Apoſtolicæ legem. Nec Pater Rector, nec Pater Provincialis ab ea diſpenſare unquam poſſit, nec in gratiam ſui adventûs, feſti, viſitationis Scholarum, Nominis cujusvis & id genus. Nec Superiores Scholæ ut Theologia & Philoſophia à communi hac regula excipiantur.

219. Abuſusque tollatur pro zelo & prudentia Præfectorum, ac bonorum Profeſſorum, qui ipſorummet Profeſſorum vitio inolevit,& fovetur, à Schola Rhetorica & Philoſophia diebus Jovis ſe abſentandi matutino tempore. Fruſtra Profeſſores abuſionem hanc non devolvant in diſcipulos, qui & ſi primo reluctaretur, tamen exemplo & ſuavibus modis à cupidis profectûs eorum Profeſſoribus adducetur, & ut adducantur oportet, ut matutinas Scholas, quæ nullibi extra, recreationibus dantur, fruſtra non perdant. Jdeo binis pomeridianis in hebdomada recreationibus in perpetuum fixis compenſantur, cum matutinum tempus Scholæ laboribus commodius ſit. Quamobrem Patres Præfecti per amorem Inſtituti à nobis obligantur, & Ordinatione hac publicata Scholas ſuperiores convocent, ſuaviterque & fortiter perſvadeant, jubeant, & agant, ut matutinum feriale tempus ſemper Scholis impendatur ab omnibus; ac mutatione in pomeridianam alteram recreationem contenti ſint diſcipuli: id & Patres Profeſſores diligentes, Inſtitutique amantes modis omnibus juvent. Et certe difficultates dum plane conſtanterque volent, pervincent, uſusque paulatim confirmabitur.

220. Theologi & Philoſophi deinceps nunquam priùs Scholam terminent, quam feria ſecunda ſequenti poſt Feſtum Beati PATRIS noſtri. Ad Sabbatum incluſivè ante triduum bacchanaliorum Scholæ publicæ omnes doceantur. Matutinæ Scholæ ob devotiones in Eccleſia certis diebus profeſtis in Domibus noſtris ſolitas, nec unquam augendas ſi proceſſio vel concio ſit, dimidia hora, (alias quadrante) minuantur, uti & veſpertinæ ob Veſperas. Sed propter Litanias Sabbato aliisve vigiliis cantandas non minuantur.

221. Jnvigilent Patres Præfecti, ut facturi Sacrum Studioſorum, nulla ratione, etiam prætextu præparationis, exeant ante finem Scholarum. Præparatio hæc ut dictum vel tempeſtivè peragenda, vel eam meritum obedientiæ in tradita ſerio Spirituali Lectione ſupplebit.

222. Jd quoque in perpetuum ordinamus & ſtatuimus, ut quovis ſupradicto recreationis in quavis hebdomada die, ſemper hora una detur in tribus Grammatices claſſibus explicatio & praxis Arithmeticæ; in Humanitatis vero Schola, ſtudium aliquod Alphabeti & Lectionis Græcæ, aut vero etiam Arithmeticæ.

223. Officium pro Defunctis Sodalibus principio Menſis cantari ſolitum ſemper primo die Dominicæ in Menſe occurrentis, nunquam alio mane die feriali cantetur.

224. Cum vero declamationum actus plurimum temporis Scholis eripere ſint hactenus ſoliti, deinceps in perpetuum irrevocabiliter prohibemus, ut ejusmodi actus nunquam penitus alius Scholæ tempore, aut alio die expediantur, ſed ſemper

per

http://rcin.org.pl

per diebus recreationis mane à media nona incipiant & abſolvantur. Cumque ſena ſint in inferioribus Claſſibus examina, nempe in Jnfima duo, in Grammatica duo, in Syntaxi duo, Declamationes in Schola Humanitatis quatuor, in Rhetorica itidem quatuor, ut ſuperius ordinatum eſt, quatuor decem itaque his actibus iſti in pepetuum dies ſtatuuntur. abſolvantur itaque:

Examen 1*mum* Jnfimæ in 2da hebdomade Martii, 2da Martii recreatione.
Examen 2*dum* Jnfimæ: in 2da hebdomade Junii, 2da Junii recreatione.
Examen 1*mum* Gramm: in 3tia hebdomade Martii, 3tia Martii recreatione.
Examen 2*dum* Gramm: in 3tia hebdom: Junii, 3tia Junii recreatione.
Examen 1*mum* Sintax: in 4ta hebdom: Febr: 4ta. Febr: recreatione.
Examen 2*dum* Syntax: in 4ta hebdom: Maji, 4ta Maji recreatione.
Declamatio 1*ma* Humanitatis in 3tia hebdom: Decembris 3tia recreatione.
Declam: 2*da* Human: in 3tia hebdom: Febr: 3tia recreatione.
Declam: 3*tia* Human: in 3tia hebdom: Maji, 3tia recreatione.
Declam: 4ta Human: in 2da hebdom: Julii 2da recreatione.
Declamatio 1*ma* Rhetorices in 2da hebdomade Decembris 2da recreatione.
Declam: 2*da* Rhces in 2da hebdom: Febr: 2da recreatione.
Declam: 3*tia* Rhces in 2da hebdom: Maji 2da recreatione.
Declam: 4*ta* Rhces in 4ta hebdom: Junii 4ta recreatione.

225. Circuli Philoſophorum & Theologorum ordinamus in perpetuum (quod PP: Rectorum & Præfectorum vigilantiæ commendatur) ut nunquam prius incipiant, quam hora pomeridiana tertia. Ad quos Rhetores & inferiores Scholæ neque earum Profeſſores aut Magiſtri unquam accedant, evidens enim eſt jactura temporis abſque ullo fructu Scholis aliis. Si vero Profeſſores Philoſophiæ vel Theologiæ velint, ut Profeſſores Rhetorices aliique adſint, hora quarta circulos incipiant, ut in Germanicis noſtris Provinciis quandoque in uſu eſt. Dum vero hora 3tia poſt meridiem circulum incipient, tum Theologi mane ſemper invitati, hora media ſecunda lectionem Theologicam omnino incipient, ne tempus ſuum defraudent, ac deinde circulis Philoſophicis adſint: idem in Philoſophia fiet ſemper, cum mane pro circulo Theologico pro hora tertia invitabuntur, tum à media ſecunda ſuam Lectionem abſolvent. Rector & Præfectus Scholarum ut ipſimet ejusmodi actibus ex officio primi adeſſe tenentur, & curare ut omnes alii Superiores & Sacerdotes, Vice-Rectores, Concionatores, Profeſſores, qui tum Scholæ non vacant, aliique diligenter circulos & diſputationes frequentent, quorum numerus ſuperiùs definitus eſt. Secus enim nihil mirum eſt adoleſcentes nonunquã languere, ſi hoſpitum præſentia non excitentur. Diſputationes vero publicæ vel ſemipublicæ, Philoſophicæ & Theologicæ perpetuis temporibus ſtatuimus, ut ſemper diebus feſtis poſt prandium, nunquam vero profeſtis, abſolvantur.

226. Hæc omnia ſummæ & Rectorum & Præfectorum vigilantiæ conſcientiæque majorem in modum commendantur, ut hac præſcripta temporum ratione exactiſſimè obſervata ingenti jacturæ temporis occurratur, ac ſaltem iſte neceſſario jam longe paucior in anno dierum Scholaſticorum numerus, quam Feſtorum recrea-

recreationum & vacationum, ſacroſanctè exercitiis Scholaſticis impendatur.

227. Præfecti ſummam adhibeant vigilantiam tempore examinum, declamationum, circulorum, diſputationum, ut Diſcipuli extra aulam ſeu ſcholam ubi actus celebratur, non divagentur, non verſentur privatim, non remaneant in Scholis ſine Magiſtris, non diffugiant, non inſoleſcant. Sed ſi adeſſe permittuntur, omnes adſint, & modeſte ſe gerant. Jn ejusmodi actibus ſemper aliquem è Magiſtris obligent ut locos omnes Scholarum obambulet, exploratores ut ſibi deferant, & ipſemet imprimis identidem exeat ac obeat.

228. Si vero in omni alia re Præfectorum circa Scholas ſollicitudo requiritur, certè vel maxime in Pietate Chriſtiana promovenda ſeptem illis qui primo de Scholis Capite expoſiti ſunt modis, quorum jam hic ſunt plerique attacti.

229. *Primo* itaque ſæpe juvenes quavis occaſione data ad virtutem aliquã excitent, vel iis vitii horrorem inſpirent, utque & Magiſtri omnes idem identidem faciant, attendât, qua de re capita, vel alios libellos de Præfecto Collegii Nobilium & Subpræfectis ejusdem ſibi perlegant.

230. *Secundo.* Doctrinæ Spirituales, ut in omnibus Scholis quotidie bis tradantur invigilent, atque etiam in curritoriis & ſub portis Scholarum identidem quid à Magiſtris tradatur, audiant, ac libros in hunc finem Magiſtris & Profeſſoribus diſtribuant, quos deinde ab iiſdem repetant & ad Bibliothecam reponant, vel ſucceſſori tradant. Attendant quam maxime (ut jam & alibi dictum) ut hæ Spirituales Lectiones in omnibus Scholis ab omnibus Profeſſoribus, etiam Theologis, Philoſophis, & Magiſtris nec per ſolam tantum Lectionem (præſertim per pueros) fiant, ſed ipſimet Magiſtri ore ſuo vel memoriter, vel breviſſime lecta explicent, ac ſuis diſcipulis quam ſuaviſſimè & efficaciſſime proponant.

231. *Tertio* Laudabilem ac perutilem qui introducitur exercitiorum ſeu recollectionum Spiritualium in Scholis morem, ſummopere Præfecti omnes commendatum ſibi habeant, itaque curent, ut tribus diebus ante Dominicam Palmarum Spiritualia hæc exercitia in ſingulis Scholis, à ſingulis earum Magiſtris ſuis tradantur diſcipulis, Præfectus autem cum conſilio graviorum Patrum, ordinem in iisdem agendorum, ab hora ſeptima mane, ad horam undecimam, ab hora ſecũda veſpere, ad horam ſextam, inter Orationes Mentales & vocales, ac imprimis lectiones doctrinasque Spirituales diſtribuat, & quoad fieri poteſt nulli penitus Domum diſcedendi vel ſe ſe abſentandi, ab his exercitiis facultatem concedat. Si vero Præfectus certus eſſe pro loci conditione poteſt, ſtudentes ante diem Mercurii Sanctæ Septimanæ non diſpergi, nec ad domos diſcedere, in talibus locis exercitia hæc die Sabbati, die Lunæ & die Martis, dari poterunt, die vero Dominico Palmarum intermedio, Officiis in Eccleſia tam mane quam veſpere adoleſcentes vacent. Libros ad hunc finem neceſſarios Præfectus deligat & Magiſtris diſtribuat, ipſe vero tum quam maxima cum diligentia præſens ſemper invigilet, ut Sanctum hoc exercitium diligentiſſime tam à Magiſtris quam à diſcipulis obeatur.

232. *Quarto.* Circa abſolvendas rite Confeſſiones, & Communiones Studioſorum cum debita præparatione & gratiarum actione, prævia ſingulis vicibus de

bis

his Sacramentis per Magiſtros doctrina majorem in modum invigilent, & ut in, primis pueruli bene confiteri ac ad Sanctam Euchariſtiam accedere inſtruantur. Dent Præfecti cum Auctoritate Rectorum omnem operam, ut quoties opus, nunquã ſufficientes, boni, diligentesque Conſeſſarii pro juvenibus deſint, diebus præſertim generalium communionum, quos pridie præmoneant, quique ſummo zelo & patientia adoleſcentes in Confeſſionibus viam ſalutis doceant. Communiones generales quovis Menſe ut moris ſacroſanctè fiant: ad alias in Feſtis Majoribus Chriſti, & Beatæ, Sanctorumque Patronorum efficaciter excitentur.

233. *Quinto*. De Templo & Oratoriis ſuperiùs aliquoties jam dictum eſt: id vero nunquam ſatis Præfecti ſe curaturos eſſe intelligant una cum omnibus Magiſtris, Humã: Syntax: Gramm: etiam Sacerdotibus, ut Diſcipuli omnes ſumma qua fieri poteſt religione Sacris rebus aſſiſtant. Jnvigilent itaque toto conatu, ut paribus diſcipuli Eccleſiam ſemper intrent, magno cum ſilentio & reverentia, ſemperque graviſſime moneantur agi de cultu præſentiſſimi in templo Dei, ante cõſpectum Dei eos verſari. Summo itaque cum ſilentio, gravitate, paſſu lento, absque ſtrepitu incedant & genuflectant. Jlli, qui in ſcamnis locum capiunt, præmiſſa profunda adoratione, ſcamna intrent, in ſcamnis toto lecto Studioſorum Sacro genua flectant, in Sacris autem cantatis ab Offertorio ad ſumptionem. Sacrìlegum ſit illis, verbum unum proferre, & graviſſime pro inſolentiis ac levitatibus in Eccleſia commiſſis objurgentur atque etiam puniantur. Dum ſedent, modeſtiſſimo ſitu corporis utantur, impiumque ac ſcandaloſum maxime eſſe ſciant, capita obvertere, curioſè aliò, quam altare inſpicere, ingredientes vel egredientes obſervare (multo magis fabulari, ridere & cachinnari. Aut devotè cantent, ad quas pias cantilenas in inferioribus Scholis non nihil exerceantur, ne vocibus in cantu diſcrepent) aut devotos precum legant libellos; ad ferventes attentasque Orationes ſingulis Scholis vel breviter à Magiſtris efficaciſſime excitentur. Urbanitati debitæ in Eccleſiis, ut non deſint, doceantur, viriſque aut fæminis dignis, tranſeundo reverentiam præſtent, ſcamna cedant, ſi opus. Maximè circa eos qui in ſcamnis ſedent, Præfecto, Magiſtris ac cenſoribus invigilandum eſt, & quidem continuo Sacrorum, Concionum, ac Veſperarum tempore, ne quod ſæpiſſimè faciunt ſe in iis occultent, fabulentur & nugentur, ad quas res cum pueri natura procliviſſimi ſint, nulla alia re niſi continua inſpectione & cenſura, ab his in Templo vitiis deſuefieri poterunt, id quod experientia perpetua ſatis conſtat. Eodem modo egredientibus ex Eccleſia invigilandum ſemper eſt. Cum Sanctiſſimum Sacramentum publicè exponitur, tum Præfectorum, Magiſtrorum ac Cenſorum multo magis intendenda eſt vigilantia. Jam Præfecti & Profeſſores cum omnem curam ad conſervãdam in diſcipulis in Templo præſertim pietatem adhibuerint, hoc utantur principio, in cæteris plurima adoleſcentibus diſſimulari poſſe, culpas contra religionem ſevere etiam ac fere ſine indulgentia in iis puniendas eſſe, ut pueri bene ſit perſvaſum ſimiles culpas nunquam iis condonatum iri: qua in re tamen ſit in omnibus magna ſemper utendum prudentia eſt Jn quadraginta horarum, aut Cordis JESU devotionibus, ſemper Scholis ſingulis horæ diſtribuantur pro Adoratione

San-

Sanctiſſimi & tum maxime à Præfecto & Magiſtris iiſdem invigiletur. Cum vero tempore ſepulchrorum Chriſti magna pars ſtudentium in locis fere omnibus remaneat, Præfecti laudabiliter ſancteque facient ſi binos, vel quaternos, vel ſenos diebus Sanctis Veneris & Sabbati ita in medias horas diſtribuant, ut ſaltem per diem ſemper ex ſtudentibus præſentes adoratores adſint, qui mos certe haud difficulter introduceretur. Magiſtri ſuos diſcipulos Præfectusque ad pium hunc etiam morem perſuadendo inducant, ut ante ſingulas Scholas vel pro breviſſimo tempore prius Euchariſtiam adorent & auxilium Dei invocent. Summopere quoque perſuadendum iis eſt tam ſæpe ſæpius à Præfecto, quam ab eorum Magiſtris, ut eleemoſynas quas poſſint pro modulo ſuo pauperibus præſertim ad Eccleſias, aut in viis aut domi erogent, in quo præcipua adeo Chriſtianæ religionis res conſiſtit, ad quam ſi à teneris non aſueſcant, deſperandum eſt, ut hanc tam neceſſariā ulteriore ætate virtutem exerceant. Proceſſiones extraordinariæ ubi fiunt, cum maxima modeſtia, & pietate fiant, ſed abſque ineptis ullis pompis, inventionibus, Machinis, jaculationibus, cerimoniis; ſint devotæ & ſimplices, nec unquam novæ introducantur. Flagellantium Proceſſiones ſi in Scholis exoleſcant, nihil religioni derogabitur, poſſent eas ex Oratoriis ad Templa pio duntaxat cum cantu abſque candelis Crucem ſequendo inſtituere. Proceſſiones in conducendis mortuorum condiſcipulorum corporibus charitate plenæ laudabilesque ſunt, proinde quo ad fieri poteſt non omittantur. Patronorum Sanctorum in Oratoriis menſtrua diſtributio laudabiliter introducta ſervetur, uti & laudabilis mos exhortationum ab ipſiſmet adoleſcentibus declamari ſolitarum. Aliæ pro diverſis locis piæ conſuetudines introductæ Præfectorum cura ſancte ſerventur, ſed tales nullomodo introducantur præter valde conſuetas & veteres, quæ Exercitiis Scholaſticis tempus minuunt aut eripiunt.

234. *Sexto.* Circa Conciones, Præfectorum pariter eſt incumbere, ut & diſcipuli illis ſumma cum modeſtia ſilentio ac attentione aſſiſtant, qua de re craſtinis Scholis in quacunque Schola aliquem ex iis caſu interrogent, quid notarit: & ut Concionatores captui & utilitati juvenum ſe accommodent, prout infra erit de eorum munere.

235. *Septimo.* Denique Præfectorum eſt, quod imprimis ſpectat ad pietatis incrementum, Catechiſmis tradendis ac controverſiis, diligentiore qua poſſunt, cura attendere & invigilare. Catechiſmi pro more ſingulis Dominicis incipiendo à Dominica ſecunda Septembris ad Dominicam ſecundam Julii, præter Dominicas Paſchatis, Pentecoſtes, infra Octavam Corporis Chriſti, Bacchanaliorum, præter duos quadrantes poſt pulſum campanæ, in Eccleſia, hora tota ſolida cum prævio cantu, interea nunquam diminuenda, itidem controverſiæ pro humanioribus Scholis tradantur. Pro tradenda Catecheſi Magiſtri Humanitatis & inferiorum Claſſium, aut noſtri ſtudentes ex magis idoneis deſignentur, pro controverſiis vero tradendis imprimis ubi ſint ex Profeſſoribus Theologiæ vel Philoſophiæ vel Rhetorices. Diſpoſitio Catechiſmorum & doctrina habentur imprimis in Marchantii Horto Paſtorum, & in Nucleo Catecheſtico excellenti libello.



http://rcin.org.pl

Panis item Spiritualis Wuykowſcii, Exempla Dauroultii utiliter adhiberi poſſunt, & ſimiles. Cathechiſmus Concilii Tridentini omnium in hoc genere excellentiſſimum opus eſt, & à Magiſtris Catheſeos præprimis legendum. Ordo tamen tradendarum materiarum, vel ex Nucleo Catechiſtico ſequendus, vel denique quem ſibimet prudens Magiſter præſcripſerit. Quoniam vero circa quadraginta duntaxat Dominicæ deſtinatæ ſunt pro tradendo Catechiſmo, curet ejus diligens Magiſter, ut quatuor denis fere, ante Chriſti Natalem Dominicis, explicet articulos fidei, juxta *Credo*, & deinde juxta *Decalogum:* ſenos vel ſeptenos explicando *Credo*, totidem explicando *Decalogo* deſtinando Catechiſmos. Nam quavis Dominica, aut unus qui majore abundat Materia, aut duo, tres, vel plures tam ex *Credo* quam ex *Decalogo* articuli, breviter ſolideque explicari poſſunt. Neque enim conſulto amplificanda eſt una materia, imò abbreviandæ, & dum bene intelligatur ad alias procedendum. Fabellis & hiſtoriolis abſtinendum effictisque illis ad pueros terrẽdos ſpectris, quæ apud homines graves contemnuntur, & pueris ipſis cum ad maturam ætatem pervenerint, riſui potius ac deſpicatui ſunt. Nunquid enim Deus noſtris indiget, ut ait S. Job, mendaciis, ut loquamur pro illo dolos? Catechiſmus Concilii Tridentini pro exemplo ſit in quo nihil ſimile. Hiſtoriæ graves ex Sacra Scriptura, & ex Hiſtoria Eccleſiaſtica probatiſſimæ omnique critice ſuperiores deligantur, & identidem adhibeantur, minime tamen putetur in his rem totam cõſiſtere, ſed in ſolida potius Articulorum fidei explicatione, in Scripturæ ac Patrum teſtimoniis, in gravibus & ab Eccleſia probatis rationibus, & in movenda imprimis ad faciendum bonum & ad declinandum à malo voluntate. Jam poſt Natalem Domini ad Dominicam Sexageſimæ, Myſteria Nativitatis, vitæ, Paſſionis & mortis Chriſti pertractentur, nihil enim convenientius aut utilius eſt Chriſtiano homini, quam vitá ſui Divini Legislatoris cognoſcere. Præter mox dictos libros, Evangelium, ac Vita Chriſti à Divo Bonaventura, vel ab alio conſcripta uberem ſuppeditabunt materiam. Quoniam vero harum Dominicarum numerus variat, ut pauciores ſere quinis plures ſenis ad Dominicam Sexageſimæ quandoque reperiãtur, id quod ex vita & Myſteriis contrahetur pro quinque, poterit, dum diligenter præmeditetur Magiſter, facilè diſtribui in ſeptem Cathecheſes, vel quatuor noviſſimis ſuppleri. Jam à Dominica Sexageſimæ ad Dominicam Palmarum incluſivè Catechiſmi ſunt ſeptem. Nihil utilius, quam ſi Dominicâ Sexageſimæ, de horrore peccati in genere doctrina tradatur, deinde quatuor ſequentibus Dominicis Quadrageſimæ de peccatis in ſpecie tam capitalibus, quam aliis, præſertim de mendacio. &c. Ubi de peccato gulæ agetur, ibi de obſervatione jejunii tractabitur. Jam Dominica Paſſionis de Confeſſione, Dominica Palmarum de Communione Paſchali. Circa Doctrinam de peccatis in ſpecie, Concionum Patris Letins Lectio commendatur. A Paſchate pro ſex ſeptimanis accipiantur ſeptem Sacramenta. A Dominica Trinitatis ad finem anni Scholaſtici, multa dicenda ſuperſunt, quæ Magiſtro videbuntur, deligantur. De Tribus Virtutibus Theologicis, de Virtutibus Cardinalibus, & Moralibus, de cultu B. M. Virginis, de oratione, de eleemoſyna, & nunquam nimium repetetur materia de Confeſſione, & Communione. Pro

Con-

Controverſiis jam vel textus Catechiſmi Tridentini, à Sapientiſſimis Viris concinnatus, vel Enchiridion controverſiarum Coſteri, vel ſtudium Polemicum Tobiæ Arent, vel ſimilis aliquis deligatur. Si quid confirmandum & illuſtrandum videbitur, operibus Bellarmini nihil erit utilius. Uterque tam Catechiſmi, quam Controverſiarum Præſides diligentiſſimè tradenda præparent, ac miniſterium hoc vere Apoſtolicum ſancte & cum zelo animarum exequi curent. Oſcitantia, diſtractiones ac levitates puerorum, ſi alicubi, certè in hoc exercitio maxime obſervari ſolent, ſed caritate & zelo DEI plenus Doctor, non nimis difficulter eos ad attentionem modeſtiamque, ſi ipſe bene pueris attendat, excitabit. Hic Præfecti ſumma ſolicitudine opus, hic Cenſorum vigilantia; hic laudis, præmiolorum & pœnæ neceſſitas. Præter repetitiones breves tractatorum in præterito Catechiſmo, quas Catechiſta principio ſemper inſtituere debet, etiam Scholarum Magiſtri & Profeſſores diebus Lunæ unum alterumve de heſterno Catechiſmo interrogare nunquam negligant, uti & Præfecti Scholarum. Hoc pueros cæteris modis attentiores facient.

236. Hactenus quæ de promovenda pietate in Scholis ad munus Præfectorum præcipuè pertinent. Jam ad ſummam, Præfectorum eſt, pacem & tranquillitatem omnem in Scholis ſervare, honoremque Scholarum tueri; honorem autem non in levibus puerorum aut juvenculorum Magiſtrorum opinionibus, ſed in vero decore inſtituti ſitum. Pacem internam & externam. Internam in Scholis ſervabunt, dum juſtitiam inter ſtudentes exactè ſemper adminiſtrabunt, dum comitate & ſeveritate mutuo adhibitis ſeque juvantibus, ſed ſemper prudentia ac conſilio ducibus, maturaque deliberatione præmiſſa, quæ occurrunt componere, vel punire, ſemper moderatè, ſemper paternè, ſtudebunt. Dum ab impetu, percuſſionibus, violenta manuum injectione, verbis contumelioſis, furore, præcipitantia, ſuperbia, contemptu, obſtinatione, potu, inurbana agendi ratione procul erunt remoti, dum nec male indulgentes, nec nimis erunt ſeveri, & tam contemptum quà odium ſui vitabunt, & ſimul amorem ſimul reverentiam juſtumque ſui timorem inſpirabunt. Dum ne Magiſtri diſcipulis injurii verbo aut facto ſint, diſcipuli ne contra Magiſtros ſeditiones moveant ſolicitiſſime curabunt. Dum Profeſſores & Magiſtros humaniter fraterneque tractabunt, eorum tamen diligentiſſimè attendent officiis. Dum nulli labori, nulli diligentiæ in continuo Scholis invigilando parcent. Externam pacem ſervabunt, cum mox cuicunque à Scholaribus læſo juſtitiam alacriter præſtabunt. Falſumque omnino & leviculis hominibus, non viris gravibus & prudentibus proprium, illum eſſe ſui ac Scholarum exiſtimabunt honorem, qui in eo à non nullis collocatur, ut Scholares ſint metui externis, ut ſe ſe mox contra quemvis ligent & defendant, ut quiquid incautiùs vel acerbius à quocunque in ſtudentem aliquem factum fuerit, mox via facti vindicent, ut etiam ſi peccatum ab aliquo Scholari ſit, culpa negetur vel minuatur, & peccans protegatur. Omnis ergo & in minimis, & in magnis caſibus, juſtitia cuique offenſo etiam Judæo adminiſtranda eſt. Si vero plures peccent, & prudentia hanc præſcribit regulam, ubi multi peccant, nullus punitur, tamen eadem & aliam ſuadet, nunquam nimirum multos ſimul aggrediendos eſſe, tempori cedendum, ſuavitate

La- ſem-

http://rcin.org.pl

ſemper in ſimilibus utendum, ſed re pacata authores ſeditionis petendos, pænamque ad unum vel paucos, metum extendendum ad omnes. Quodſi cum omni circumſpectione, conſilio, deliberatione, prudentia ac animi fortitudine fiat, ſemper res bene ſuccedet. Pueri enim impetu non ratione aguntur, quare prudentiorum ratio & modus ſemper eos cohibere poteſt. Regentium vitium aut error eſt, ſi in officio non continentur. Sola autem eorum nimia promptitudo, furor, & imprudentia, majorum etiam ſolent & poſſunt eſſe cauſæ malorum. Inter geminas in uno loco Scholas, item cum Nobilibus quibuscunque, item cum Cancellariſtis plurimum Præfecto attendendum eſt, ut in ſcintilla mox diſſidia ſi quæ oriuntur, extinguantur. Juvenibus pacis ſtudium continuò inculcandum, perturbatores graviſſime monendi, aut puniendi pellendique. Videndum ne & Magiſtri præſertim juniores ac inexperti fomitem addant, fortiterque cum Superiore ſimilibus rebus remedium adhibendum. Circa inſtructores ſeu directores domeſticos, cum Nobilibus & Dominis multæ tricæ evenire ſolent: malas non trahent ſequelas, dum Præfecti ſequantur hoc principium, etiam ſtudentes Directores, famulos eſſe ut alios Dominorum ſuorum pro eorum pecunia; noſtros diſcipulos, ſed eorum qui iis ſolvunt ſervos eſſe, proinde noſtra nihil referre, quidquid domi contingat, nec nos ullum præter perſuaſiones jus habere ad tales vindicandas injurias. Inſpectores alii ac ſtolidi adoleſcentes, partes ſæpe ſuorum Collegarum cæce ſequuntur, & cōſpirare ad ulciſcendum ſolent, ſed id indigne, inique, ſtultè temerèque faciunt. Unde Præfecti ac Profeſſorum intereſt, eos data quavis occaſione inſtruere ac monere, de injuſtitia, ac ſtultitia in defendendis contra Dominos famulis, & quam nullomodo ulli, multo minùs juvenibus virtuti & legi Chriſtianæ ſtudentibus liceat propria auctoritate ulciſci injuriam, aut vindictam quærere. Evenit ſæpe hæc fruſtra prædicari inſanis, ſed imprimis ſumma ratio habenda eſt à Præfectis, ut ſine debitis commendationibus ac teſtimoniis adventitios Scholares non admittant, deinde ut ſi non nihil turbulentos eſſe pateat, mox è Scholis eliminentur, nec aliunde pulſi admittantur. Nihil vero conſultiùs quam ut Præfecti ad requiſitionem illorum qui directoribus contenti non eſſent Dominorum, tentata bonis modis reconciliatione, ſi nihil proficiunt, ejusmodi Inſpectores abſque inutili & noxia obſtinatione mutent, ita pluribus malis facilè obviam ibunt. Etiamſi enim cauſam juſtam inſpectores habere videantur, tamen Dominum nemo coget, ad illos quos nolint tenendos. Si vero in Civitate vel oppido ubi Scholæ ſunt Dominus inſpectorem male tractaverit, cum iſte tum jurisdictioni Scholaſticæ ſubſit, tunc ſumma Præfecti vigilantia opus eſt, ne cæco impetu adoleſcentes ut ſolent vindictam repetant, ſed cum Domino vel per noſtros, vel amicos, de ſatisfactione agatur, aut denique jure, nec unquam vim vi reprimendo procedatur. Certiſſimum enim eſt nos ſemper quidquid & quacunque ratione accidat, & invidiam incurrere, & reſpondere oportere, & famam noſtram vapulare. Præfecti directores qui Scholas non frequentant, non tolerent, niſi graviſſima aliqua è cauſa & cum Rectoris ſcitu, ac conſenſu. Præcipue vero cum Scholæ ante Vacationes generales finiunt, ſcholaresque tunc putant ſe omni jurisdictione exemptos, à Præfectis in ſingulis Scholis

gravi-

http://rcin.org.pl

graviter commoneantur, ne hac vacationum libertate abutantur, ullaſque turbas excitent, quod illis maximopere inculcandum eſt, ac ſi ſimile aliquid ineuntibus vacationibus committere auderent, Magiſtratibus debitæque poteſtati penitus deſerantur; imò noſtri curent etiam ut debita auctoritate compeſcantur. His modis & actibus, paci & honori Scholarum providebitur.

237. Tandem judicia & teſtimonia de Magiſtris & Profeſſoribus, Præfecti cum Rectore, aut altero Sacerdote graviore, jurata conſcientia quotannis præbere & Provinciali ante finem vel primis Menſis Maji ſeu ejus Congregationi transmittere debent.

338. Ex his omnibus liquet, æque Præfectos ac Magiſtros omnes obligari ad munus eorum continuo exercendum: quare æque ut Magiſtris à Scholis ſe ſe abſentare, extra Domum diſcedere, & die multoque magis pluribus abeſſe, ita & Præfectis nefas eſt. Unde tantū abeſt, ut à Rectoribus aut Provincialibus, aut quocūque alio abſtrahi ab aſſiduo muneris ſui exercitio poſſint, potiùs ut & Rectorum & Provincialium conſcientia ſummopere obſtringatur, ut majorem in modum attendant, quatenus Præfecti aſſidui ſint, nulloque die à Scholis abſint, & infirmitatis caſu, ab aliquo è gravioribus Sacerdotibus partes eorum ſuppleantur.

239. Cum jam hæc & tanta ſint Præfectorum officia, videant & illi cujus culpa imprimis, tam in pietate, quam literis in Scholis publicis, quandoque non proficiatur & cum ordo perturbetur, tum obſervantia ac vigor Studiorum tepeſcat: videant & Provinciales, an expediat, dum aliter fieri poſſit, aliis eos onerare officiis. Præfecti tamen ſi aliter alicubi fieri nequit, conſcii ſibi ipſis erunt, aut potiùs Deo manifeſtum erit, an ob aliud officium, an fortè ob aliam cauſam, tanto muneri, à quo tota Scholarum omnium pendet reſpublica, non ſatisfaciant.

## §. XIII.
## *De Concionatoribus.*

COmmiſſum à nobis diligenterque confectum de Concionaroribus ſequens opus, Ordinationibus Scholarum publicarum adjungimus, ac omnibus Concionatoribus noſtris legendum obſervandumque, Profeſſoribus item noſtrorum, ut illud ſuis diſcipulis, ſemel in Rhetorico; bis in Philoſophico ſtudio prælegant, & explicent, Authoritate Viſitationis noſtræ Apoſtolicæ commendamus & injungimus.

240. Maxima certe parte & pietas in Scholis piis, & recta in Chriſtianis principiis moribusque Juventutis educatio, & populi Chriſtiani emendatio, & plurimarum animarum ſalus, & decus templorum noſtrorum, honorque Ordinis pendet è Concionatorum munere, ſancte ſapienterque adminiſtrato. Concionatores vero noſtri, etſi pro diverſo auditorum genere, loco, & tempori ſacras Orationes accommodare debeant, nihil tamen illis antiquius eſſe oportet, quam cum in noſtris Eccleſiis prædicant, ut ſe ad adoleſcentum utilitatem modumque conforment. Quodſi fortaſsè negligerent, nec ad profectum Juvenum tam propoſitionibus, quā

rebus

http://rcin.org.pl

rebus ipſis ſe ſe conformare ſtuderent. dolenda profecto eſſet ea temporis jactura, quam Dominicis, feſtisque diebus, captum excedentes ac inutiles audiendo ſermones, Scholares facere cogerentur.

241. Fruſtra vero bonas ſolidasque conciones ab iis expectemus, qui ſacris ejusmodi lucubrationibus, tantum quantum oportet temporis, aut non poſſunt, aut nolunt impendere. Jn diligentiſſima, laborioſiſſimaque præparatione, res tota fructusque conſiſtit. Jnepta audacia eſt, ex tempore, (ut ajunt) inſilire cathedras, & non optime præmeditata, nec fere ſcripta inſigni temeritate profundere. Caveant itaque imprimis Concionatores noſtri, aliter Majeſtatem Verbi Divini tractare; niſi prius cum Dei ope & luce, verba quæ facturi ſunt, mature præpararint, elaborarint, orationem totam ſcripſerint, perfecte limarint, & omnem quam humanitus adhibere poſſunt in lucubrando diligentiam contulerint. Laudabiliſſimũ Prædicatorum Jtalorum morem hac in re ut in hanc introducamus Provinciam nihil obſtat, imo omnis ratio ſuadet, ut nimirum Conciones proprias, bene ſolideque elaboratas, & identidem correctas, quoties occaſio ſe obtulerit, noſtri aut diverſis locis, aut diverſis in eodem etiam loco temporibus, etiam jam alias vel alibi dictas pronuncient, nec ad novas pro iisdem diebus vel materiis componendas, obligatos ſe eſſe ſentiant. Jd ita celeberrimi in Jtalia & Gallia Oratores faciunt, cum ſummo audientium & fructu, & plauſu. Quidquid jam demum alii interea dicerent, donec mos hic inoleret, parum refert, quandoquidem noſtra intereſt, quibus Scholarum publicarum munus commiſſum eſt, in ejusmodi rebus non tantum accipere ſed & bonum dare exemplum, quod quidem à clariſſimarum nationum cõſuetudine, nos ipſi accipimus. Et noſtra gens paulatim approbabit, laudabitque hunc morem, dum illum, uti ubique uſitatum, ſummis prædicatoribus ubique familiarem, rationi conformem, ac ut revera eſt perutilem dignioribus præcipuè Viris, quos hic uſus in exteris non latet, commendabimus.

242. Solenne quidem apud nos eſt, quod in Probationis Domo, in Philoſophicis ac Theologicis ſtudiis, atque etiam in Scholis docendis, Clerici noſtri, exhortationibus ac ſermonibus intra communem menſam exerceantur, quod alibi in Ordinationibus Viſitationis Apoſtolicæ & confirmatum, & magnopere commendatum eſt. Sed hæc ſunt Sacræ eloquentiæ tyrocinia. Jam vero ab ipſo Theologico ſtudio, cum jam maturitati propiora ſunt ingenia, qui ſe ferri ad munus Prædicationis ſentiant, paulatim ſibi Conciones præparent, & conſcribant, ſenſimque caſtigent, ut ad officium magna parte parati, aliquando accedere poſſint. Prædicatores exteri centenis plus minusvè diligenter elaboratis ſermonibus, libros ſibi conficiunt, paulatim emendant, notant, adjiciunt, & refundunt, & hoc quaſi commeatu à Juventute parato tota vita utuntur. Cum his ab humilioribus Oppidorum pulpitis incipiunt, dein ad altiores Civitatum & Urbium progrediuntur Cathedras. Hinc eſt quod ad tantam perfectionem, in Jtalia & Gallia præſertim, Sacræ Orationes pervenerint, ut fere illis addi nihil poſſit.

243. Eſt & alius tempeſtive ſolideque & Conciones præparandi, & excellentiam in arte paulatim conſequendi modus, Jtalicas nimirum Gallicasque atque

etiam

http://rcin.org.pl

etiam Latinas præſtantiſſimorum Eccleſiaſtarum Conciones in linguam vulgarem traducere, imo vero ſpretis levidenſis turbæ præjudiciis, etiam eaſdem coram populo pronunciare. Jd ſi rectius inſpexeris, nec Seniores quidem dedeceret: melius eſt enim præclare ab aliis meditata & ſcripta cum magna animarum utilitate proferre, quam propria incocta, imperfecta, male digeſta, quæ nihil in animis hominum efficere poſſint, audacter potius quam prudenter depromere. Sed enim vero juniores, & in arte tyrones, minimeque perfecti, ac etiam jam proficientes, qui primis annis publicas conſcendunt Cathedras, tantum abeſt, ut uſus rei hujus modique dedeceat, potius ut illis utiliſſimus atque etiam neceſſarius & laudabilis eſſe judicetur. Habemus quotidiana hujus rei in exteris ac præclara exempla. Quam ob rem longè ſit à nobis, ut traductiones ejusmodi alicui & noſtris, qui vel ſibi adhuc ſapienter diffidunt, vel commodo tempore deſtituti ſunt, vitio vertamus, potius ut & modeſtiam & prudentiam, & diligentiam, & maturam circumſpectamque agendi eorum rationem Superiores omnes, Virique intelligentes, & cordati, cum probent, tum laudent.

244. Jam ſive ita traducta juniores, ſive à ſe elucubrata, quicunque noſtri, ad Sacra pulpita afferent, in id vires omnes intendant, ut quam ſolidiſſimæ quam graviſſimæ, quam prudentiſſimæ omnibusque numeris abſolutæ ſint Conciones illorum. Non minus fere in iis deſudandum eſt, quam in conſcribenda eleganti doctaque quavis Oratione, panegyrico, aut erudita diſſertatione. Sanctitas, Majeſtasque verbi Divini meretur, ut illud pro viribus noſtris digne, non temere, non perfunctorie pertractemus. Sacri Sermones ejusmodi digni ſint & auditu, & lectu. Nec vero unquam ob qualiscunque auditoris diverſitatem, aut etiam infrequentiam minuenda eſt concionantis diligentia, aut forte ob adoleſcentum duntaxat conditionem. Nam ſi cui, his certe, quorum formamus ingenia & animos, docte, ſanctè, & undequaque ſolidè prædicandum eſt; & cuicunque vel ſimpliciſſimo auditori Doctrina Evangelica prudenter, graviterque tradenda eſt. Quis enim fructus, è negligenti obſcura, imparata, indigeſta, ac imprudenti cæleſtis tractatione doctrinæ? Et præterea nulla eſt fere, qualiscunque futura putetur audientium Concio, in qua, boni, rectique, rerum quas audiunt, aliqui non reperiantur Judices.

245. Publicum ergo hoc miniſterium perfecte ſemper pro viribus exerceri adimplerique oportet. Futilis autem omnino excuſatio eſt, e pulpito inepte inſipideque dictorum, quod hunc vel illum auditorem affore non ſperaris. Adeſt ipſum in Templis Divinum Numen cujus gloriam remque tractas, cujus Myſteria & leges populo interpretaris, cujus verba & effata vocatus ab Eo Miniſter explicas: adſunt quæcunque demum Chriſtianæ animæ, æquæ omnes ab eodem Auctore, ad immortalitatem creatæ, æque omnes pretioſi ejus Sanguinis Lytro redemptæ, æquè omnes ſuo Salvatori caræ. Tua non intereſt, qualem tibi Deus auditorem coegerit, illum quem obtulerit bene doce, illi ut Chriſtus Samaritanæ quam ſapientiſſime. diligentiſſimeque potes, verbum ſalutis miniſtra.

246. Jmprimis vero concionator qui cum debito fructu ac laude prædicare ſtudu-

http://rcin.org.pl

ſtuduerit, ſummam diligentiam omnemque operam ad id conferat, ut in quocunque dicendi genere propoſitiones Concionum quam ſolidiſſimas, ſaluberrimasque deligat. Tantundem laboris ac ingenii eſt in probanda quavis propoſitione inutili, quantum in quavis optima. Non deſideramus jam majorem Eccleſiaſtarum noſtrorum eruditionem, majorem in colligendis probationibus ſcripturarum Patrumque teſtimoniis aliisque ornamentis curam, ea quæ paſſim in iis obſervatur, ſed cum eodem eorum labore, ingenio, eruditione, & cura, propoſitiones quas tractaturi ſunt, ut ſint utiliores optamus, ordo deinde dicendi ac interna concionis diſpoſitio ut ſit in iis exactior, elegantior, ac ſolidior.

247. Non agimus jam hic de vitandis ineptis ridiculisque propoſitionibus quales fuerunt illæ: Diſtribuam ſtrenam è diverſis potuum aut mercaturarum generibus. Oppugnabo Turrim Babel: Docebo Dædaleam artem evolandi ad Cælos è carnis ergaſtulo: quibus ſtolidiſſimis ineptiis maxime Conciones pro feſtis ſcatuerunt, metaphoricisq; illis Sanctorum denominationibus, à gladio, turri, aquila, phænice, fortalitio, fulmine, fluvio, ſtella, clipeo, argo, mari, monte, ſylva, auro derivatis, centenisque ſimilibus, ita juveniliter fædatæ, ut vel in pueris male naris emunctæ, rideri eas caſtigarique oporteret. Non de his itaque quarum ineptiæ per ſe liquent, ſed loquimur de Propoſitionibus vitandis, quæ quamcunque etiam veritatem contineant, nihilque inepti præſeferant, tamen ut Scholæ vocant *ſpeculativæ* & vagæ tantummodo ſunt. Quales iſtæ: virtute nihil præſtantius. Humanũ genus ad vitia pronum eſſe. Omnia mundi vana eſſe. Omnes homines mortis legibus ſubjacere. Chriſtum Reſurgentem, clariſſimum victorum omnium triumphatorumque eſſe. Pænitentium lachrymas, gemmas pretioſas eſſe. Tempus theſauris omnibus eſſe carius. Humanam vitam eſſe calamitatibus plenam. Fraudibus & mendacio inter homines nihil eſſe communius. Quemlibet ſuo vitio non carere, & millenæ ejusmodi. Quis enim non videt veritates has, eſſe ſpeculationes puras? quis non videt eas bene tractatas probatasque intellectum utcunque illuminare, ſed voluntatem non movere. Si hora ſolida ſimiles veritates egregiè explicueris, quid tandem inde reſtabit in animis hominum? credent: homines eſſe mendaces, vitam humanam eſſe miſeram, tempus eſſe pretioſum, lacrymas pænitentium eſſe pretioſas, Chriſtum eſſe triumphatorem, pietatem eſſe utilem, neminem eſſe ſine nævo, temperantiam eſſe præclaram virtutem: Sed iſta ut ut oblectet ingenium, cor certè non permovebunt. Relinquantur ergo quibuscunque aliis diſſertationum curioſis doctisque ſcriptoribus aut contemplatoribus, vel Philoſophiæ Ethicæ ſpeculationes ejusmodi, Concionator vero his non ſit contentus, ſed omnino ad praxim moresque, nec duntaxat ad intellectum oblectandum convincendumque, ſed ad voluntatem flectendam, omninoque ad aliquid agendum, vel vitandũ, permovendam, tota virium contentione laboret & tendat. Hoc ſit unicum omnis ſacræ orationis fundamentum: *declina à malo & fac bonum.* Parum eſt ſi ut plerique ſolent, poſtquam toto ſermone generalia quædam ac *ſpeculativa* tractarunt, duntaxat in concluſione ſeu epilogo vim totam in Pathematis collocant, & quæ diu vage diſſeruerunt, brevibus in ultima Apoſtrophe ad mores praximque applicant.

http://rcin.org.pl

cant, quamvis ſumma id faciant cum vehementia, parum inquam proficiunt. Non in fine enim duntaxat, ſed in toto Orationis decurſu, ſimul intellectus, ſimul voluntas oppugnanda ſunt, toto ſermone non ad puram veritatis alicujus cognitionem, ſed ad practicam vel virtutis ſequendæ vel vitii declinandi exercitationem tendendum omnino eſt. Hoc ergo inter Oratores quoscunque, ac inter Sacros Oratores diſcrimen eſto, illi virtutem commendent, mentemque illuſtrent, iſti plus aliquid, nimirum viam virtutis oſtendant, peccati tam in genere, quam in ſpecie fugam doceant, & non tantum mentem intelligentia, ſed & modis facilibus illuminare & dirigere, ac voluntatem quantum in iis eſt, tota vi, tota oratione, permovere ſatagant.

248. Res enimvero hæc imprimis in bonitate ac ſoliditate propoſitionum tractandarum & in bona earum partitione, ac prudenti optimaque de quavis ratiocinatione conſiſtit.

249. Præſcriptæ ſunt aut uſu generali, aut alicubi à ſuperiore Eccleſiaſtica authoritate, Concionatoribus materiæ, quas eos tractare oportet. Simile quid ordinatione præſenti Concionatoribus noſtris præſcribendum eſſe in perpetuum duximus, & præſcribimus, ut ſemper ſequentes ſimilesque materias pro Concionibus, ſive ad adoleſcentes præcipue, ſive ad populum habendis aſſumant. Obſervent imprimis id quod præſtantiſſimis Concionatoribus in uſu eſt, quod nempe cuilibet Concioni brevem, *titulum* ſeu rem de qua ſunt tractaturi, inſcribant, ac ſimplicibus verbis materiam Concionis enuncient. Tales titulos ſequentibus ita conſtituimus, ut ex his promiſcuè ſubjectis materiis Prædicatores, noſtri eas deligant, quas tempori locoque ac Evangelio diei ipſimet accommodare voluerint, dummodo ſemper aut iſtas propoſitiones, aut illis perſimiles diligenter pertractent.

250. De intentione recta Chriſtiana in omnibus operibus noſtris habenda, ac ſaltem quotidie ſemper mane renovanda.

De praxi Chriſtianæ, Deum ſemper mane & veſpere, quovis die tota vita laudandi.

De audiendo Miſſæ Sacrificio quotidie & præſertim feſtis diebus.

De Orationis ſtudio neceſſitate & conditionibus.

De devotione erga Beatam Virginem Mariam.

De invocatione S. Angeli Cuſtodis, & Sanctorum Patronorum.

De præſentiæ Dei memoria, ac vi ad evitanda peccata.

De pænitentiæ Sacramenti uſu, & conditionibus.

De Euchariſtiæ uſu frequenti & conditionibus Sancte eâ utendi.

De non differenda pænitentia.

De peccatis, præſertim recidivis vitandis.

De gravitate ac damnis peccati mortalis.

De Morte.

De Judicio.

De Jnferno.

De Paradiſo.

De Æternitate.

De pænis purgatorii & Orationibus pro Defunctis.
De inſpirationibus gratiæ ſequendis.
De miſericordia Dei ſemper ſperanda etiam maximis peccatoribus.
De Juſtitia Dei, æquali Miſericordiæ Dei, & quam illa ſemper timenda, in hac non præſumendum ſit.
De vitandis magnopere peccandi occaſionibus.
De humilitate Chriſtiana, & contraria eidem ſuperbia.
De veritatis ſtudio, & vitando mendacio.
De manſuetudine Chriſtiana, iræque damnis & remediis.
De detractione vitanda.
De invidiæ turpitudine & malis, ac ejus vitandæ occaſionibus.
De animo vindictæ vitando, ac offenſionibus Chriſtianè condonandis.
De ambitione laudum & honorum moderanda.
De reſpectibus humanis, aut de honore ac exiſtimatione propria apud homines, quantum iis tribuendum, quantum minime tribuendum ſit.
De otio, acedia, ac continua animi diſſipatione vitanda, rectoque temporis uſu.
De vitanda ſui jactantia, magnaque de ſe opinione.
De turpitudine ingrati animi, tam erga homines, quam magis adhuc erga Deum.
De judiciis temerariis vitandis.
De cordis duritia & impænitentia finali,
De vitandis obſcænis verbis, jocis, cantilenis.
De juſtitia in ſolvendis famulis, opificibus, debitis.
De fideliter agendo cum proximo, fraudibusque vitandis.
De eleemoſinæ in pauperes neceſſitate & fructibus.
De Officiis erga Deum.
De fine ultimo hominis.
De officiis erga Parentes, Seniores, & Præceptores.
De officiis erga Principes & Magiſtratus.
De officiis erga Eccleſiam ac Patriam,
De officiis erga æquales.
De officiis erga inferiores, famulos, & ſubditos.
De vera Nobilitate in virtute, religione, ac honeſtate morum ſita, ac de ſtulta è nobilitate arrogantia.
De falſis mundi principiis & conſiliis, ac contra, de veris Evangelii principiis.
De vanitate, contemptu, aut recto opum uſu, deque vitanda avaritia.
De non quærendis bonis temporalibus cũ offenſa & neglectu Dei ac ſalutis.
De ſcandalo vitando activo & paſſivo.
De vitanda malorum ſocietate.
De vitanda malorum librorum lectione, & cautela in converſando cum licentioſis ac irreligioſis.

De

http://rcin.org.pl

De vitanda ebrietate. noxiisque ludis.
De vitandis juramentis, ac eorum obſervandorum ſumma religione.
De blaſphemis contra fidem Sanctam hominibus fugiendis.
De hominibus nullius religionis, totum in vana honeſtate humana] collocantibus, quamque honeſtas hæc ſine religione nihili ſit.
De ſtudio innocentiæ conſervandæ.
De gratiæ Dei neceſſitate, ejusque cauta tractatione.
De vitandis nec unquam contemnendis minoribus peccatis.
De dominante in quovis homine paſſione cognoſcenda & refrænanda.
De obedientia regentibus nos debita.
De vitanda contumacia & obſtinatione.
De pudore, ſumma juvenum virtute coram Deo & hominibus.
De vitandis rixis,maledictis,& contumeliis.
De obviando tempeſtivè malis conſvetudinibus & habitibus.
De homine paulatim in ſummam impietatem & reprobum ſenſũ cadente.
De prima præ omnibus curis, cura ſalutis æternæ.
De mature eligendo vitæ ſtatu.
De facilitate ſalutis æternæ in quolibet vitæ ſtatu.
De brevitate vitæ humanæ ejusque miſeriis, & quam illi æternæ vitæ cura longe præferenda ſit.
De gravi vitæ abuſu in continuas voluptatum,opum, honorum,bonorumvè temporalium curas.
De lapſu in peccatum facili, & diligentiſſimo à peccato reſurgendi ſtudio.
De momentanea peccati oblectatione & æterna ejusdem pœna.
De animæ immortalitate,& facili ejus perdendæ periculo.
De modis vincendarum tentationum.
De agnitione culparum ac imperfectionũ ſuarum neceſſaria, vanisque mendacibus & noxiis earundem excuſationibus.
De patienter libenterque ferendis admonitionibus, & correctionibus.
De reſignatione ad voluntatẽ Dei in omnibus rebus.
De patientia in adverſis è manu Dei ſemper acceptandis.
De liberalitatis Chriſtianæ virtute & conditionibus.
De vera laude hominis juſti & Deum timentis in quo ſita ſit.
De falſa & tranſitoria hominum gloria, ac de vera in quo conſiſtit hominis gloria.
De æqualitate omnium hominum, quamque nullus contemnendus ſit.
De præferenda Dei gratia,Principum,amicorũ & mundi totius benevolẽtiæ.
De conſcientiæ dictaminibus, remorſibus, aut de teſtimonio & judicio] ejusdem, quamque vox illius audienda ſit.
De decimis Eccleſiæ & Contributionibus Reipublicæ, ac Principi fideliter reddendis.
De jejuniis Eccleſiaſticis religioſe ſervandis.



http://rcin.org.pl

De verbo Dei diligenter audiendo & obſervando.

De obligatione reſpondendi nomini & fidei Chriſtiano.

De prædeſtinatione.

De liberi arbitriii neceſſitate ac ejus ſalutari uſu.

De obligatione gravi reſpondendi educationi, quam Deus & Parentes nobis concedunt.

De eruditione & ſapientia acquirenda, ſimul cum timore Dei, ac pietate, ac de vanitate ſcientiarum humanarum.

De jaciēdo optimè in juvenilibus annis virtutis ac timoris Dei fundamēto.

De nulla, aut exigua ſpe boni in reliqua vita, ſi Juventus vitiis aſſueſcit.

De falſo & noxio illo principio: in juventute genio indulgendum eſt.

De principiis ex bona educatione combibitis, tum maxime neceſſariis, cum juvenes intrant primum in ſocietatem humanam:

De commiſeratione ſuper miſeris, quam natura, & de voluntate eos juvandi, quam religio inſpirat & docet.

De modeſtia, pietate, ac reverentia in templis.

*Et centenæ ſimiles ſaluberrimæ materiæ, quæ excogitari poſſunt.*

251. Quadrageſimæ tempore ſenæ vel ſeptenæ Conciones, vel ex ſupradictis materiis deligi, vel ſtudio ordinari poſſunt, quales ſunt e. g.

Jn Chriſto paſſo quāta humilitas eluceſcat, contra ſuperbiam humanam.

Quanta paupertas, contra avaritiam, luxum, & malum divitiarum uſum.

Quanta in inimicos & crucifixores bonitas, contra animum vindictæ.

Quanta patientia & moderatio animi, contra iram & impatientiā hominū.

Quanta ad voluntatem Patris reſignatio, contra rebellem Deo in omnibus noſtram voluntatem.

Quanta carnis afflictio, contra illicitas voluptates & laſciviam.

Quantum deſiderium humanæ ſalutis, ac pro ea Chriſti labor, contra impænitentiam & neglectum ſalutis.

Orans Chriſtus in horto modum orandi, Patris voluntati ſe totum conſecrans, exemplum nos ad eandem reſignandi, triſtis & dolens, modū pro peccandis dolendi, docet.

Chriſtus raptatus ad Tribunalia, contumeliis affectus & colaphis cæſus, docet in maledictis & contumeliis patientiam.

Chriſtus Barabbæ poſtpoſitus docet mentis humilitatem.

Chriſtus flagellatus docet fugam illicitarum voluptatum carnis.

Chriſtus ſpinis coronatus docet ambitum immoderatum honoris frenare.

Chriſtus crucem bajulans & ad flendum cohortans, docet ut peccata agnoſcamus & lugeamus.

Chriſtus crucifixus & mortuus pro peccatoribus, docet quem horrorem peccati concipere debeamus.

Pænitentia in ſex vel ſeptem partes diſtribui poſſet totidemque Conciones.

252.

252. Peccator pænitens debet examinare primum conſcientiam, uti Chriſtus peccata omnium hominum recogitavit in horto.

Peccator pænitens agnoſcere debet gravitatem peccati, quo ad damna, quæ nobis infert, & deflere, uti Chriſtus crucem bajulans, flere nos juſſit potius ſuper noſtris peccatis.

Peccator pænitens agnoſcere debet gravitatem peccati quo ad offenſam Dei, uti Chriſtus magnitudinem hujus offenſæ agnovit, cum ei ſatisfaciendo paſſionem & mortem ſubiit.

Peccator confiteri ſincere debet peccata ſua, uti Latro ſua confeſſus eſt, & à Chriſto abſolutus.

Peccator pænitens vere pro peccatis dolere & conteri debet, uti Chriſtus doluit, cum ſanguine ſudavit, triſtatusque ad mortem eſt ob peccata hominum.

Peccator pænitens ſatisfacere pro peccatis debet, uti Chriſtus rigori juſtitiæ Divinæ pro peccatis hominum ſatisfecit.

Peccator pænitens firmum propoſitum facere debet ad peccata non redeundi, uti Chriſtus hoc fine vivere deſiit, ut nos peccare deſinamus.

*Bourdalai Quadrageſimales propoſitiones tales ſunt.*

De Oratione in horto. Ad exemplum Chriſti ſe ad voluntatem Patris reſignantis, quam neceſſaria eſt reſignatio mente, reſignatio opere.

De Juda. Principium criminis Judæ, fuit indomita avaritiæ paſſio, talis paſſio dominans, quæ cor occupet, cuivis fugienda. Finis criminis Judæ fuit deſperatio. Ad quæcunque peccata nos paſſio noſtra præcipitet, deſperare de miſericordia Dei non debemus.

De Petro. Mali Chriſtiani abnegant Chriſtum, Chriſtus abnegat malos Chriſtianos.

De alapa Chriſti. Injuriæ patienter ſine vindicta ferendæ. Injuriæ pro Deo etiam gratæ habendæ.

De falſis teſtibus. Crimen maximum eſt detrahere proximo, crimen maximum detrahentem audire.

De Chriſto Barabbæ poſtpoſito. Malitia peccati Judæorum in eo maxima elucet, quod Chriſtum Barabbæ latroni poſtpoſuerint. Pæna Judæorum maxima in eo elucet, quod rei facti ſint Sanguinis & mortis Chriſti.

De Chriſto flagellato. Condemnatio Chriſti ad flagellationem ignominioſiſſima, condemnatio doloroſiſſima. Jgnominia & pudor ejus, pudorem nobis peccati inſpirare debet. Dolor ejus horrorem nobis injicere debet illicitarum voluptatum.

De Chriſto ſpinis coronato. Confundamur quod toties cum Judæis Chriſtū Regem ſprevimus. Diſcamus verum eſſe Regem & quid illi debeamus.

De bajulatione Crucis. Neceſſitas portandæ Crucis poſt Chriſtum. Felicitas portatæ Crucis poſt Chriſtum.

De morte in Cruce. Chriſtus in Cruce moriens victima juſtitiæ Dei, victima miſericordiæ Dei.



http://rcin.org.pl

253. Super Myſteriis, propoſitiones his conſimiles.
Chriſtus natus Dei erga homines ſummū amorem oſtendit. Hominum erga Deum ſummū amorem excitat.
De Epiphania. Summa Sapientia eſt Chriſtum non quærere in magnificentia & luxu, qui contemptus opum exemplum dedit; non quærere in voluptatibus & deliciis, qui mortificationis exemplum præbuit.
De Circumciſione, vel infantia Chriſti. Monſtrat quam ſit noſtræ ſalutis cupidus, quam de ea tota vita futurus eſt ſolicitus, quam curam nos ſalutis noſtræ à tot annis gerimus. Aut ex conſideratione novi anni, de tēporis uſu, de fine ad quem homo creatus & vivit, de æternitate &c:
De præſentatione in Templo. Chriſtus poſitus in ruinam eorum, qui impænitentes & indurati in malo, pretio redemptionis uti nolunt. Jn reſurrectionem eorum, qui à peccatis corde contrito reſurgere vere conantur, & redemptionis beneficio uti.
De transfiguratione. Jnnocentia & puritas vitæ Chriſti in ejus luce & candore ſpectatur à nobis, quam & nos deceat in ejus oculis, vel non amiſſam ſervare, vel amiſſam pænitentia recuperare innocentiam & puritatē.
De Reſurrectione. Reſurrectio Chriſti exemplum & documentum ſummū Reſurrectionis noſtræ in futura vita: excitamentum ad reſurgendum à peccatis in præſenti vita.
De Aſcenſione. Chriſtus in oculis Apoſtolorum cælos aſcendit, ut in eis deſiderium cæleſtis Patriæ excitaret, ut eis mundi & rerum humanarum contemptum injiceret.
De Spiritu Sancto. Quam conſolatur eos, qui internas voces ejus ſequuntur. Quam deſerit illos, qui ejus inſtinctus rejiciunt.
De SSS. Trinitate. Sine fide perfecta in Trinitatem Nomine Chriſtiano falſo ſe tegunt aliqui, nihil minus quam Chriſtiani. Veri Chriſtiani Trinitatem mente & ore confitentur, operibus colunt & adorant. Vel quæ ſit obligatio Hominis Deo ut Creatori, ut Redemptori, ut Sanctificatori: Adoratio ut Creatori per quotidianam orationem. Jmitatio ut Redemptori per conformationem vitæ ad ejus exempla. Docilitas ut Sanctificatori per obedientiam gratiis & inſtinctibus Jllius, debitam.

254. De Jmmaculata Conceptione Virginis MARIÆ. Mala quæ à peccato originali in genus humanum profluunt, monſtrant, quam ingens ſit Mariæ privilegium fuiſſe ab hoc peccato exemptam. Hoc vero Mariæ privilegium monſtrat quam ingens ſit Donum gratiæ qua nos peccatores Deus & ab originali & ab actualibus peccatis liberat. Quam hanc gratiam conſervare, et ſi amiſſa eſt recuperationem ejus per pænitentiam ſolicite curare debeamus.
De Nativitate B. M. V. Nulla major ſanctitate & privilegiis, nulla generi humano utilior donis, nulla glorioſior cælo & terra Perſona nata eſt poſt Filium Dei, Virgine Maria. Quam ſingularem cultum & ſolidam devotionem his titulis Jlli debeamus.

De An-

De Annunciatione. Honorem Matris DEI meruit puritate, meruit humilitate.

De Nomine Mariæ. Nomine Mariæ nihil Deo gratius, Nomine Mariæ nihil generi humano utilius. Nomine Mariæ nihil amore ac veneratione noſtra dignius.

De Viſitatione. Beatam ſe prædixit ab omnibus generationibus dicendam, & ob quas cauſas. Curemus ut inter has ab ea prædictas generationes & nos numeremur, ſcilicet & ore ac mente eam beatificemus & operibus ad participandam ejus beatitudinem nos diſponamus.

De præſentatione Virginis Mariæ. Privata vita Beatæ Virginis fuit digna præparatio ad Maternitatem Dei. Honor Matris Dei fuit dignum præmium vitæ ejus privatæ. Vita ejus privata, ſit norma vitæ noſtræ, & in quo præcipue.

De Virgine Doloroſa. Magnitudo doloris Virginis Matris excitare in nobis debet ſenſum doloris ſuper paſſo Chriſto, & ejus Matre. Excitare in nobis debet ſenſum doloris ſuper peccatis noſtris cauſa corũ Paſſionis.

De Aſſumpta. Exaltata eſt Virgo pro ſumma Gloria humanæ naturæ. Pro ſummo auxilio, & Patrocinio humani generis.

De Roſario. Salutatio Virginis præcedit omnes ejus laudes, à Deo miſſa, ab Angelo & Eliſabetha portata, ab Eccleſia devotiſſime adoptata. Qua reverentia, devotione & puritate cordis Salutationes Mariæ à nobis dicendæ ſint.

De Scapulari: Veſtis hæc præcipuos Mariæ clientes & ſervos denotat: quã hi Servi debeant illi eſſe devoti, quam hi ſervi debeant illi eſſe obedientes & fideles.

De Omnibus Sanctis. Sancti in omni conditione, ætate & vitæ ſtatu ſancti. omni conditioni ætatis & ſtatui hominum deſtinati à Deo Patroni, & omnibus invocandi.

255. In ſingulari de Sanctis perlongum & inutile eſſet, plurima exempla propoſitionum hoc loci congerere: dicere ſufficiat Conciones de Divis debere eſſe omnino panegyricas, & ſolas propoſitiones Morales hic nequaquã competere. Aut utraque Concionis pars laudem Divi complectatur, aut ſaltem alterutra laudem, altera doctrinam moralem. Panegyricas tamẽ ejus modi orationes ita pia diligentique arte oportet confici, ut dum Sanctus laudatur, quid audientes ad eorum exemplum facere debeant doceantur, facileque diſpiciant. Secus doctrina ſine laudatione ſolida ſancti, negligentiæ, laudatio ſine ædificatione & excitatione audientiũ ad imitandum, vanitatis arguit. Si quid autem in Propoſitionibus de Sanctis prudenti Oratori ſummopere vitandum eſt, certe maxime ſtolidæ illæ Hyperbolæ, ac mos Divum Divis odioſe comparandi, atque etiam in aliqua re præferendi, quæ res ſenſatis hominibus jure riſum, comtemptum, & ſtomachum movet. Sunt qui quemvis Sanctum dum de eo prædicant, omni-

http://rcin.org.pl

omnibus potentiorem, majorem, ſanctiorem, ſapientiorem, dicere ſint parati. Sunt qui etiam blaſphemare ſe non animadvertunt: dum fere Dei obliviſcuntur, apud quem Sancti ſunt noſtri duntaxat Patroni pro obtinendis ab eo beneficiis, illi vero Sanctis aut laude, aut invocatione tantum tribuunt, ut ſi non apud Deum eos interceſſores invocandos ſvaderent, ſed ab iis ipſis omnia & ſalutem æternam peti juberent. Prudés ac religioſus Concionator verba menti Eccleſiæ accomodare ſtudeat, & cum ſapientibus hujus mundi occaſionem blaterandi non præbeat, tum pueros ac plebem in modo precandi, Patronosque apud Deum invocandi male non inſtruat. Pueriles quoque antonomaſiæ pro ſtabilienda propoſitione, ut Divum ſub aquilæ, fulminis, ſolis, lampadis, & id genus allegoria dilaudes, de quibus jam innuimus, ad puerulos relegentur. Propoſitiones per quam ſolidæ & audientibus fructuoſæ quærantur, ſint vero ita generales de cujusvis Divi laudibus, ut in eas tota vita Sancti, celebriora facta, & merita ejus facile influere poſſint. Quo vaſtior eſt propoſitio, eo uberior dicendorum copia. Graviter ſæpe hallucinantur, qui in re propoſita ſeipſos in anguſtias conjiciunt. Nonnullis melius res exemplis pateat.

*His aliquot ex optimis Prædicatoribus delectis propoſitionibus, innumeræ aliæ conſimiles excogitari poſſunt.*

Quantum Auguſtino præſtitit gratia. Quantum Auguſtinus fecit pro gratia.

Sanctus Saleſius oſtendit ſua vita virtutem & Sanctitatem cuivis eſſe facilē. Docuit monitis ſuis & fundatione Sanctarum Virginum virtutem cuivis eſſe facilem.

S. Thomas incredulitatem ſuam ſumma vi fidei compenſavit. S. Thomas incredulitate ſua in conſtantiſſimam fidem verſa plurimum nobis profuit.

Petri fides fuit clara & indubitata. Petri fides fuit vehemens & fervida. Petri fides fuit conſtans & victorioſa.

Joannis magnitudo vera in quo conſtitit; mundanorum hominum magnitudo falſa in quo collocatur.

Zelus Dominici plurima pro Deo, ac ſua proximique ſalute patiens. Zelus Dominici plurima pro Deo & ſalute tam ſua quam aliorum agens.

Stephanus plenus gratia in Miniſterio. Stephanus plenus gratia in Martyrio.

S. Tereſſia pænitens ſine peccato. S. Tereſſia confundit nos peccatores ſine pænitentia.

Quam laborioſus Staniſlaus Koſtka pro Deo & ſalute in brevi vitæ curſu; quam amplus remunerator Deus brevis illius laboris.

Pænitentia Magdalenæ prompta. Pænitentia magnanima. Pænitentia efficax.

SS. Simon & Judas Thaddæus quia dilexerunt proximos, cauſa eſt, quia dilexerant Deum. Signum autem evidens quod Deum dilexerint eſt iſtud, quia dilexerunt proximos.

Sancti

http://rcin.org.pl

Sancti Jgnatii Lojolæ hoſtes, fuerunt hoſtes Dei. Sancti Jgnatii amici, fuerunt amici Dei.

Beata Joanna de Fremiot optima & Sanctiſſima Franciſci Saleſij Filia. Optima & Sanctiſſima Religioſarum Viſit: Mater & Fundatrix.

*Sed jam* in aliquot de uno Sancto propoſitionibus pateat, quam haud difficulter eæ variari de quolibet Divorum poſſint, ſemperque eſſe ſolidæ.

*Sint de Beato Fundatore Noſtro.*

Beatus Joſeph Fundator, bonus Dei diſcipulus. Bonus aliorum Magiſter.

Beatus Joſephus ita ſuæ ſaluti incubuit, ut ſi ſuam tantum curaret. Jta aliorum ſaluti incubuit, ut ſi totus aliorum tantum ſaluti vacaret.

B. Joſephus quantum mereri ſtuduerit de Eccleſia; Quantum mereri ſtuduerit de ſingulis Regnis & rebus publicis Chriſtianis.

B. Joſephus ad ſumma Eccleſiæ Dei munera peridoneus.

B. Joſephus humile, ſed utiliſſimum Eccleſiæ munus elegit.

Monſtrabimus in B. Patre Joſepho ſcientiæ Sanctorum perfectionem, ſcientiæ Sanctorum fructum in hac vita, ſcientiæ Sanctorum præmium, in altera vita.

Oſtendemus quam B. Joſephus arſerit in ſe Charitate Dei: quam luxerit extra, charitate proximi.

Tota vita ejus monſtrat, B. Joſephum fuiſſe Scholarum Piarum. Scholarum, ob raram eruditionem; Piarum, ob raram vitæ ſanctitatem.

Fidelis Servus Joſephus Deo vocanti in omnibus obſequendo. Fidelis Deus Joſepho ſervo ſuo in præmiando.

Optimi Patris Joſepho Nomen competit, ob multitudinem quos genuit filiorum. Ob ſolicitudinem educandorum quam habuit. Ob bona quæ iis procuravit.

Joſephus inter Sanctiſſimos Legislatores numerandus, qui vitæ exemplis præcepit. Jnter ſapientiſſimos Legislatores recenſendus, qui in educatione Juventutis, Reipublicæ felicitatem conſtituit.

Mundi gloriam fugiendo, veram ſapientiam Joſephus quæſivit. Reperta vera ſapientia, etiam apud mundum ingentem conſequutus eſt gloriam.

B. Joſephus non minus Eccleſiæ profuit vita Sancta privata, quam publicis muneribus rebusque geſtis.

Digna S. Fundatore & Legislatore opera fecit. Digna S. Fundatore, & Legislatore præmia retulit.

Summa Joſephi tota vita patientia; Summa à Deo Joſephi patientiæ merces.

Commune id habuit cum cunctis ſummis Sanctis hominibus, quod Eccleſiæ dum viveret prodeſſe ſtuduerit. Rarum id cum paucis ſummis in Eccleſia Viris, quod illi etiam poſt obitum futuris ſæculis prodeſſe ſtuduerit.

Quam ſeniles in juvenili mediaque ætate præſetulerit mores & virtutes, quam juvenilem in ſenilibus laboribus præſetulerit vigorem & robur.



http://rcin.org.pl

Jn Joſepho puero, & adoleſcente patet exemplum bonæ educationis, quam pro aliis præſcripturus erat. In Joſepho viro & ſene patet fructus bonæ educationis, quam præſcripſit.

Liquet ex his utcunque, quam ſit haud multo difficilis propoſitionum variatio & earum ſoliditas: quamvis una alia melior excogitari poſſit.

250. *Jn occaſionibus* quibusdam extraordinariis maxime quærenda propoſitionũ bonitas & ſoliditas, qualesj eſſent.

Pro apertione Judiciorum: quanta eſt religio & obligatio ſervandi juramẽti. Quam illud præſertim Judices Sancte & religioſe obſervare teneantur.

Juſtitiam in Judice primam eſſe conditionem. Scientiam Juris in Judice alteram eſſe conditionem.

Quam indignum ſit Judice reſpectibus humanis ſua decreta dirigere, quam neceſſarium ut Deum ſolum, & ſalutem ſuam præ oculis habeat.

Judex Dei munus gerit. Judex Dei juſtitiam imitari debet.

Nihil ita Judici Religio & Deus prohibet, quam juſtitiam muneribus vendere. Nihil ita honeſtas ipſa honorque prohibet quam venalitatem Judicis pro muneribus.

Sententias Judicum à Deo Judice examinandas eſſe, excuſationes Judicum nullas eſſe, quæ vix hominibus multo minus Deo illudere poſſunt.

Pro apertione Comitiorum. Quam graviter obligati ſint qui ad publica vocantur conſilia, Reipublicæ curam habere eique bene conſulere. Quã graviter peccant, qui rei privatæ in Conſilis publicis curam agunt, ſibique non Patriæ conſulunt.

*Primo*, concordia & unione animorum, non æmulationibus, *ſecundo*, vero zelo boni publici, non cura privatorum commodorum: *Tertio* docilitate, non in proprio ſenſu cæca obſtinatione, conſilia felicem Reipublicæ poſſe habere exitum.

Pro Conſecratione Epiſcopi. Poteſtas Chriſti Dei & Eccleſiæ Vicaria quam ſanctitatem requirit, quam prudentiam requirit, quam ſolicitudinem & laborem requirit!

Munus Epiſcopale conſideratum ut munus Vicarium Chriſti, conſideratum ut norma gregis. Conſideratum ut Defenſio cõmiſſi ſibi populi.

Pro primo Sacerdotis Sacrificio: Quæ præparatio antecedere, quæ devotio & ardor comitari, quæ morum integritas ſequi debet, tam primum quã omnia Sacerdotis Sacrificia.

De Conſecratione Eccleſiæ. Liberalitas in templa tributum eſt Deo debitũ. Reverentia & pietas in templis honor eſt Deo debitus.

De veſtitione vel profeſſione Religioſa. Rerum ſalutis æternæ in ordine religioſo major cura, Facilior adeptio. Tutior & ſecurior poſſeſſio.

Commoda ſumma Status religioſi: Diligentior peccati fuga, rarior peccandi occaſio. Promptior à peccato reſurgendi modus.

Tres

http://rcin.org.pl

Tres concupiſcentiæ quæ homines ſæculares torquent: divitiarum, honorū, voluptatum. Tria contra concupiſcentias has antidota quæ ſtatus religioſus offert: Contemptus Divitiarum per votum paupertatis, contemptus honorum, per votum obedientiæ: contemptus voluptatum per votum caſtitatis.

Quæ utilitates Eccleſiæ ex Statu religioſo. Quæ utilitates Reipublicæ ex ſtatu Religioſo.

Contrarietas principiorum mundi & Status Religioſi, Circa commoda & voluptates, Circa opes, Circa honores.

257. Conciones jam funebres ferc majore cæteris in deligendis ſolidis propoſitionibus egent labore, & ingenio, & prudentia. Si eſt unde,laudari demortuus abſque affectatione & mendaciis poſſit, panegyrica Oratio una cum morali permiſcenda eſt. Si non ſuppetat vera laudandi copia, tota materia poteſt eſſe moralis, parte tamen aliqua memoriæ defuncti relicta.

Hoc loci tam de vivorum in quacunque, quam de mortuorum in funebribꝰ concionibus, laudatione, aliquid dicendum. Vivorum præſertim præſentium, in quacunque ſacra concione, laudes,ſunt omnino generatim dicendo, muneri Sacrorum Oratorum indecoræ, & profanis panegyriſtis linquendæ. Hoc eſt enim aut verbo Dei ad hominum vanitatem abuti, aut illud ad adulationem prophanare. Quo nihil indignius. Si guſtus plerorumque hic eſt, at eſt revera depravatus, & Chriſtianos dedecens: noſtra intereſt, guſtum hunc paulatim corrigere, & deinde etiam penitus abolere. Viri certe ſapientes & graves torqueri ſe palam ſentiunt, dum palam affectate celebrantur. Tunc vero Concionator veritatisque præco? qui laudum vanarum blanditiis, captandæ gratiæ, vel lucri ergo, hominem mulcere & dementare ſtudes? hæc eſt enim vero cæteras inter turpes, turpis abominatio in loco Sancto.

Jam ſi fieri forte aliter non poteſt,niſi ut vivens aliquis à prædicatore laudetur, primum id ſolis ſupremis Principibus & non aliis competeret, idque ea cū ſobrietate, ut & quam breviſſima, & quam veriſſima & quam cautiſſima ac ſolidiſſima laus ea ſit, indirecta potiùs quam directa. Jdem de ſupremis Conventuum aut Tribunalium Præſidibus,Pontificibus, idem de Summis quibusque ſi omnino id faciendum eſt Viris. Laus vero ipſa habeat unde vel illi vel audientes fructum animæ capiant. Pueriles ad Stemmata quæcunque alluſiones nugis omnibus ridiculis & ineptiis pejores, ac etiam adoleſcentibus vitandæ, multo magis è ſacris pellantur Cathedris. Enumeratio tot quot ſunt Judicum, Deputatorum, & ſimilium Magiſtratuum, cum ſingulorum laudibus, in ſacra pulpita peſſime introducta, declamationibus Scholarum relinquatur. Si in gratiam perſonæ ſit concio, ut novi Præſulis,Sacerdotis,religioſæ fæminæ, & in hac laudes parcas, admodum ſolidas, breviſſimasque, quæ nihil vanitatis aut adulationis ſapiant eſſe oportet, materia vero tota ad doctrinam Evangelicam tendat. Nihil denique magis invitus, nihil in vita rarius, aut parcius, ſacer Orator faciat, quam cum vivos laude aliqua proſequi omnino cogitur; quæ res eſt Evangelici Doctoris muneri undequaque oppoſita.



http://rcin.org.pl

Jam ſi virorum laudes illum vitare oportet, multo magis Satyras & linguæ morſus ac temerarios ictus vibratos in quamcunque viventem perſonam. Hoc enim vero Cynicum non Evangelicum eſt. Hoc quo nihil Sacro Oratore indignius. Sive autem temeritas, ſive vindicta ea quandoque ſit, majus eſſe non poteſt aut malignitatis, aut ſtoliditatis & imbecillitatis humanæ argumentum. Etiam vero in quam maxime generalibus morum correptionibus, facile ſe imprudentis Eccleſiaſtæ animus prodit, ſi quem ſibi præfixit, ad jacula linguæ ſcopum. Unde vel in generaliſſimis morum reprehenſionibus ſummopere invigilandum eſt, non tam ne contra perſonam aliquā Concionator putetur, quam ne revera exiſtimetur dixiſſe.

158. De mortuorum vero laudibus dicere ſufficit, has orationibus funebribus convenire, tales tamen eſſe oportere ut Chriſtianus auditor excitari ſe ſentiat, vel ad imitandam vitutem, vitamque recte componendam, vel ad metum mortis, vel ad orationem pro mortuo. Jd quod vero Apoſtolus non fruſtra prohibet, *Genealogias devita, Sacri Oratores prudenteſque prohibitum ſibi ſentiant*: aut ſaltem id vanum & inutile, nihil ad rem ſacram pertinens, bene Concionum naturam intelligentibus omnino ridiculum, ſibi eſſe perſuadeant. Jlluſtris familiæ gravem commendationem, atque etiam, ſi adſint, præcipua quædam facta aut perſonæ eorum reminiſcentiam honorificè ac breviter identidem faciendi, ita brevem modum Orator reperiet, ut è paucis quemadmodum decet verbis ampla & magna de cujusvis claro Nomine poſſint intelligi. Jlla Nominum quaſi ex indice proſequutio, arboris totius ab utraque ſtirpe curioſa inveſtigatio & deductio Geneolographos exerceat. Concionatoribus penitus indigna eſt. Jn hac quoque re guſtus Noſtratium à nobis omnino emendandus eſt. Si nihil laudandum occurrit præter genus hominis, morali potius ſuppleatur doctrina, quæ auditori longe erit & gratior, & utilior. Jam laudes demortui à vitæ partibus laudabiliter exacte, à virtutibus, à meritis, à muneribus & honoribus geſtis præclarè inſtituentur, dum odioſis comparationibus futili hyperbolæ mendaciiſque parcatur. Jn iis tamen omnibus Eccleſiaſtes meminerit ſe verbum Dei tractare, munus ſuum eſſe ad bonā frugem homines reducendi, hominem à ſe non ſolum ad ejus famam, ſed & ad incitamentum virtutis, hominibus commendari. Propoſitiones aliquot ſequentes, excellentium Concionatorum, norma eſſe ſimilium poſſunt.

Ex textu. *Mulierem fortem*: Anna Auſtriaca mulier fortis in domeſtica familia & vita: Mulier fortis in gubernationé regni: M lier fortis in morte.

Ex textu: *Eſto vir fortis & præliare* &c: Dux de *Bouflert* Clarus Jmperaperator, bellavit pro Principe. Bellavit pro Deo. Jd quod fecit pro Principe fuit ceu tyrocinium eorum quæ pro Deo erat facturus. Jd quod fecit pro Deo, fuit complementum eorum quæ fecit pro Principe.

Bonus Senator & Miniſter, ſed ſimul Chriſtianus. Bonus miles & Jmperator, ſed ſimul Chriſtianus. Bonus civis, ſed ſimul Chriſtianus.

Cancellarius Galliæ *Seguier* præditus fuit lumine & ſcientia ſuo muneri propria. Præditus fuit firmitudine animi ad ſuum munus requiſita. Præditus fuit Religione ſuo muneri neceſſaria.

*Proba*

*Proba me Deus & ſcito cor meum*: Examinate cor magni *Turrenæ*, vos qui ſummam rerum, totamque hominis gloriam & magnitudinem collocatis duntaxat in militari virtute, hanc in eo videbitis talem, qualem ſummi unquam Jmperatores habuerint. Conſiderate cor magni *Turrenæ*, vos qui duntaxat in moralibus Civilibusque virtutibus, quæ ad humanæ ſocietatis decus ac bonum pertinent, omnia collocare ſoletis, videbitis omnes in eo virtutes, quæ honeſtiſſimum probumque virum conſtituunt. Examinate & conſiderate cor magni *Turrenæ*, vos qui clariore aliis lumine præditi, non probatis neque laudatis præterquam ſolas Chriſtianas virtutes, videbitis illum religione, modeſtia Chriſtiana, donis Spiritus Divini, quæ Sanctos faciunt Chriſtianos, eſſe præſtantiſſimum.

Triumphavit Summus *Turrena* de hoſtibus Jmperii militari virtute: triumphavit de humanis animi motibus & cupiditatibus ſapientiſſima vivendi ratione. Triumphavit de hereſeos erroribus religione & pietate.

Proponam vobis hodie in Summo viro *Lamoignon* ſupremo præſide Areopagi Pariſienſis, Magiſtratum, qui nihil ignoravit, nihil omiſit, quod ejus concerneret Miniſterium, & quem nulla privati commodi ratio, ab æquo & juſto dimovit. Proponam virum honeſtiſſimum, ſuaviſſimum, & optimum, qui norit bene temperare auſteritatem legum, ac juſtitiæ miſericordiâ & charitate. Proponam virum Chriſtianum qui Civiles virtutes & politicas pietate & religione ſincera conſecravit.

Caroli Ducis *Montauſier* Paris Franciæ, hominis quem tantopere lugetis, faciam vobis videri ſublevandi veſtri doloris gratia, amorem veritatis, zelum juſtitiæ, rectitudinem animi. *Flechier.*

Henrietta Maria Regina Angliæ in proſpero rerum ſuarum ſtatu omnimodis beneficentiſſima: in adverſa fortuna penitus invicta. *Boſſuet.*

Mariæ Tereſſiæ Auſtriacæ vita ſancta. Mors ſancta, *Boſſuet*

*Tellier* Cancellarius Suprem: Galliæ Chriſtiana modeſtia vicit vanæ ſenſum gloriæ, quem maxime opes honoresque in hominibus producere ſolent. Vicit amore boni publici amorem privatarum rationum. Vicit deſiderio bonorum æternorum deſiderium ipſius vitæ.

Quid Eccleſia, quid Princeps & Reſpublica, quid familia & amici, in hoc viro amiſerint: quo Eccleſia, quo Princeps & Reſpublica, quo familia & amici ſe in hujus jactura viri ſolentur, videamus.

Geſſit Epiſcopi Officium, ut ſi tantum Epiſcopus eſſet. Geſſit boni Senatoris officium, ut ſi tantum Senator eſſet. Geſſit hominis Chriſtiani officium ut ſi tantum homo eſſet.

Satis ſuæ gloriæ, ſatis ſuæ ſaluti, nunquam ſatis ſuæ Patriæ, nunquam ſatis aliorum cōmodis vixit.

Jnnumeræ jam aliæ his conſimiles melioresque Propoſitiones excogitari poſſunt in omni genere dicendi. Hæ pro exemplo ſufficiant. Jdeo paulo plures ut

http://rcin.org.pl

ut in ſolide deligendis materiis maximam rem conſiſtere, juniores præſertim noſtri concionatores intelligant, id quod ante annos aliquot, multoque antea tempore, ſequiore conſuetudine guſtuque introducto obſervatum non fuerat.

259. Jam ut liquet methodum eam excellentem eſſe, in duas tresve partes propoſitionem quamvis ac Concionem dividere, uti quævis ex ſupradictis cujuscũque generis dividi poteſt, ſive moralis ſit, ſive panegyrica. Ut e. g. de Juramentis. Prima parte dicemus qua religione obſervanda ſint juramenta. Altera parte dicemus vitãda eſſe niſi ſumma neceſſitas adigat juramẽta. De vitãda malorũ ſocietate. Prima parte quam vitanda ſit malorum ſocietas. Altera parte: quæ ratio agendi tenenda, ſi in malam ſocietatem incideris. De Prædeſtinatione: Pars I. è vita noſtra colligere poſſumus, ſi prædeſtinati ſumus. Pars II. quod neſciamus an prædeſtinati ſimus, non judicia Dei ſcrutemur vel accuſemus, ſed ea metuamus & caute noſtram operemur ſalutem. De Euchariſtiæ Sacramento. Quæ præparatio ad ſumendam Euchariſtiam afferenda ſit: Pars I. Quæ devotio in ſumenda adhiberi debet. Pars II. Quæ poſt ſumptam Euchariſtiam vivendi ratio: Pars III. vel: Chriſtus in Euchariſtia crebra communione frequentandus. Pars I. Chriſtus in Eucha riſtia pia ſacrorum auditione quotidie adorandus. Pars II.

260. Diviſiones ejusmodi in partes, mirum in modum & Concionatorem in ſolide componendo, & auditorem in auſcultando adjuvant. Sed præterea partium iterum ſingularum diviſiones, ſeu ſubdiviſiones nullis verbis ſatis laudari commẽdarique poſſunt. Incipiendo itaquè quamvis partem, rationes quibus illam probaturi ſumus præmeditandæ, ac in pauca rerum capita contrahendæ ſunt, atque prìmis periodis clarè, dilucide, expreſſeque paucis verbis auditori proponendæ; ut uno quaſi ictu oculi fundamenta propoſitæ veritatis ac dicenda ab oratore conſpiciat, & ad deſiderium audiendi quid de ſingulis dicturus ſit excitetur.

Ex conſideratione Matris & Filiorum Zebedæi, qui primo loco in regno Chriſti honorari ambierunt, eſto Concio. Exordio ab explicatione Evangelii ſumpto, *de honore.* (*in quo tantum boni homines collocant*) *facturum ſe verba* Concionator proponet. Deinde paucis, de iſto ſupremo fere hominum, quod æſtiment, ad quod tendant, bono, præfatus, ſermonem ita partitur: *Honores terrenos nec exiſtimandos eſſe uti verum bonum, nec tanta ambitione quærendos. Pars I. Honorem Chriſtianum eſſe verum bonum, illum eſſe magno ſtudio & quærendum & conſervandum Pars II.* Explicandum bene eſt de omni nos humani honoris loqui ſpecie, quales ſunt ab hominibus magni reputari, fama nominis clareſcere, ab omnibus laudari & celebrari, ad gradus & dignitates maximas promoveri, inter homines eminere velle. Pro ſubdiviſione partis hùjus primæ, Sacer Orator, rationes ita brevibus colliget & proponet. *Honores hi terreni vani ſunt: honores hi noxij ſunt:* Primo probabit *vanos* eſſe. Secundo probabit *noxios* eſſe. Rationes dabit cur *vani* ſunt? primo ab hominibus enim vanis procedunt: ſecundo, ab hominibus vanis recipiuntur: tertio, denique in ſemet vani, quia breves fluxi perituríque ſunt. Hæc jam bene Concionator explicet. Homines *vani* ſunt, qui famam & honores nobis tribuunt. Nam homines omnes mendaces ſunt, adulatores ſunt, inconſtantiſſimi

tiſſimi ſunt, Nam homines iſti, hominis quem laudibus celebrant, quem honoribus afficiunt interiora non penetrant, non cognoſcunt, exterioribus rebus oculi eorum capiuntur, ingenio, forma, ſorte naſcendi, fortunis, virtutibus civilibus, & externis oblectantur, quid autem in animo lateat minime perſpiciunt: quod ſi ejusdem, quem laudant, hominis, latentem fortaſſe indolem perſpicerent, ſi cor pravum, animum fucatum, & mendacem, vitiis & flagitiis ſcatentem, fortaſse & impium, perfidum, avarum, perjurum ſcirent, illum minime æſtimarent. Æque ergo homines hominibus & bonis & malis, quos non noſcunt, honorem tribuunt, cæcique ipſi cæcos decipiunt. Jmò ſæpius etiam aperte malis, & bene cognitis, nequam hominibus, laudes & honores, ob adulationem, ob proprium commodum, & lucrum, ob metum, vel eos decipiendi cauſa conferunt. Videmus ergo manifeſte tam bonos, quam malos & ſceleratos homines æque honorari, laudari, celebrari ab hominibus, non eſt ne itaque hæc aperta illuſio & vanitas? Quodſi jam homines vani ſunt, qui honores tribuunt, etiam non minus *vani* ſunt qui honores recipiunt. Jd probatur: Homo qui laudatur, minus cogitat an laudari, an honorari revera mereatur, ſed cæco ſui amore occupatus credit id ſibi deberi. Jntumeſcit itaque laudibus & honoribus. Si ergo dicatur optimus, ſapientiſſimus, prudentiſſimus, juſtiſſimus, ſi potentiſſimus, pulcherrimus, doctiſſimus, ſi nobiliſſimus omnium: credit talem ſe eſſe, & ſe intro non reſpicit, quam vitiis & criminibus, quam ſtultitiis & imprudentiis, quam defectibus humanis plenus ſit. Jtaque ſe libenter decipit, in præconiis & titulis ſibi placet, & iis turgeſcit, Vanus ergo eſt. Deinde homo non examinat, à quo, & qua vera ratione laudatur, & honoribus afficitur: neſcit, aut vult neſcire, quod iidem ipſi extra oculos, cum verius de eo loquuntur, nulli ejus parcant vitio, cumque in plurimis carpant, condemnent, aut derideant. Jlle vero ſuis in laudibus omnes interea deguſtat delicias. Vanus igitur eſt, & qui laudat, & qui laudatur, & qui honorat, & qui honore mactatur. Quam jam eæ laudes, honores illi, qui ab hominibus vanis dantur, hominibus vanis tribuuntur, *vani* inſuper in ſemet ſunt? è brevitate eorum id maxime patet. Fama omnis honorque hominis cum homine perit: quod ſummos qui dum viverent ita appellabantur, homines ipſi novimus, quorum nulla aut forte nulla jam memoria eſt. Aut ſi vel aliquot pluriumve annorum ſpatio eorum recordatio vigeat, quid eos iſta poſt mortem juvat? an eam ſentiunt, an ea in æternitate feliciores ſunt? ergo ut evaneſcunt omnia hominum ita & eorum fama nominis, honor, veneratio, laudes, tituli, applauſus, mera ſunt brevisque vanitas. Non ſunt ergo hi terreni honores verum hominis bonum, non ſunt igitur cum tanta cura ac ambitione quærendi.

Nedum vero *vanos* eſſe honores humanos, verum etiam eſſe *noxios*, Eccleſiaſtes probabit. Hominem enim primo ſuperbia inflant, & ſæpe ut ſui obliviſcatur, ut ſe aliis longe præferat, ut Chriſtianæ humilitatis ac modeſtiæ nec umbram nôrit, ut homines alios contemnat, ut magnam de ſe ipſo opinionem concipiat, faciunt. *Secundo*: Homo qui ab omnibus laudatur, honoraturque, ſibi ut debitum honorem arrogat, qui ſoli DEO debetur; ſibi totum tribuit, Deo nihil, ille vero

qui

http://rcin.org.pl

qui ſuperbis reſiſtit, ille qui habitat in cælis, ſubſannat eos, & Dominus deridet illos, omnem eis gratiam ſubtrahit, & ſinit eos in profundum peccatorum præcipitari, ac in eorum vanitate perire. Nam nulla Deo major injuria irrogatur, quam ſi creatura Creatoris honorem ſibi adſtruit atque arrogat, ſe de ſuis dotibus ac rebus plurimi æſtimat atque jactat, quaſi iſta non acceperit nec agnoſcit unde habeat, ſed duntaxat quæ habeat, & iis non in laudem Dei, ſed ſuam, abutitur. Deum itaque cui honorem eripit, graviter offendit, & ab eo projici ac ſperni meretur. Hunc ergo effectum intolerabilis Deo ſuperbiæ ſæpiſſime in hominibus laudes vanæ honoresque producunt. Jtaque ſunt vere noxii. Jgitur & quod vani & quod noxii, nec pro vero hominis bono habendi, nec tanta ambitione curaque quærendi ſunt. Si offeruntur non quærenti, non ambienti, caute & cum metu ſuſcipiendi ſunt: & vanitas eorum bene diſpicienda, & in Deum penitus laus omnis & honor refundendus, nobis vero confuſionem & pudorem duntaxat pro peccatis, Deo autem ſoli honorem & laudem deberi, agnoſcere nos oportet.

Pars II. Jta jam his conſiderationibus Chriſtianis, moderata in nobis ambitione laudum & honorum terreſtrium, utpote & vanorum & noxiorum, ad alium honorem ambitio noſtra rectius transferenda eſt. Explicabit Eccleſiaſtes quid ſit honor Chriſtianus? qui certe maxime in ea laude conſiſtit, eſſe coram Deo juſtũ ac Dei timentem; hunc Chriſtianum honorem eſſe verum hominis bonum, hunc eſſe quærendum. Rationes iterum hujus partis brevibus colliget, ac auditori proponet. Hic enim honor *verus* non vanus eſt, hic honor *perpetuus* non fluxus breviſque eſt, hic honor re vera *proficuus*, non noxius eſt. Hæc erit ſecundæ partis ſubdiviſio. Tum ad explicationem probationeſque perget. Verum hunc honorem eſſe confirmabit, eſſe coram Deo juſtum ac Dei timentem, nam hic honor procedit à Deo non à vanis hominibus. Hæc comparatio optimas cogitationes ſuppeditabit. *Perpetuum* eſſe, nam cum vita temporali non finit, ſed apud Deum æternũ manet. Hæc quoque comparatio fertilis optimarum cogitationum erit. *Proficuũ* eſſe, nam qui à Deo commendatur ut juſtus, Deique timens, ille & in præſenti vita à rectis probiſque hominibus vere honoratur, & à Deo in futura vita cæleſti gloria præmiatur. Quo itaque quis magis meretur in terris laudem & honorem juſti, eo magis & hic colitur, & ſublimatur ac coronatur in cælis. Relinquit deniq; optimam & in mundo ſui Nominis memoriam; ſed ut ut hæc cum tempore ceſſet, illa quam conſequetur in cælis, nunquam deſinet. Jtaque ad hunc verum, perpetuum, proficuum honorem laudemque hominis juſti & Deum timentis homo tendat, in hoc verum ſuum bonum ſtatuat.

Jn Epilogo præſcribet Eccleſiaſtes praxim ipſam: quam *Primo* animus Chriſtiani hominis debeat eſſe indifferens ad honores, laudeſque humanas: *Secundo* quod eos ſolicite quærere, ambire, ſummopere deſiderare, pro iis conſequendis omnia movere non debeat. *Tertio*: quod multo minus modis illicitis, fraudibus, mẽdaciis, jactantia ſui, contemptu aliorum, neglectu Dei, & ſalutis æternæ, honores terrenos procari debeat. *Quarto*: ſi laudatur, ſi honoratur, quod vanitatem laudum ac honorum conſiderare debeat, nec ulla inde inflari ſuperbia. *Quinto*: quod

Deo

Deo pro honore & fama referre gratias, totum Deo adſcribere & humilior ſemper in oculis Divinis comparere debeat. *Sexto:* quod honorem & gloriam hominis coram Deo juſti, Deumque timentis, cunctis honoribus humanis præferre debeat, ac curare ut à Deo non ab hominibus commendetur: Religione, pietate, juſtitia, innocentia vitæ, veritatis amore, charitate in proximum, fuga peccati, religioſo Sacramentorũ uſu, omniq; Chriſtiana virtute Deo cõmendari, à Deo æſtimari ſatagat: ita temporalibus recte fruetur honoribus, & æternum ſecurè obtinebit.

Patet hoc exemplo totius orationis in partes diſtributio: deinde ſingularum partium in ſuas iterum partes ordinata diviſio ſeu ſubdiviſio, tranſitionesque ab una parte ad aliam, quæ eas maxime & nectunt & ornant.

Jta expedit quamvis Concionem præmeditari & ratiocinationem primum ſubſternere· jam haud erit difficile externa ornamenta ac probationes ex Scriptura & Patribus ac aliunde reperire. Ut ſi ad mox poſitam propoſitionem quærantur in Poliantheis, ac Commentariis, & ſubſidiariis Concionatorum hi tituli: Ambitio, vana gloria, honor, vanitas, vitæ brevitas, adulatio, ſuperbia, Deus, Juſtitia, timor Dei, Fama, laus. Certe plus quam ſatis ſacrorum textuum ac teſtimoniorum ex his fontibus Prædicator ad Concionem de non ambiendis terrenis honoribus, de quærendo vere Chriſtiano honore reperiet, & ſuis locis collocabit.

261. Eædem partitiones, idem ordo in panegyricis magnopere ſervandus eſt: exemplum eſto ex ſummo Sacrorum Oratorum Bourdalæo in textum: *Stephanus plenus gratia & fortitudine, faciebat ſigna magna & prodigia in populo.*

Diviſio propoſitionis: *Stephanus plenus gratia in exequendo ſuo Levitico Miniſterio*, & hoc fuit miraculum Sanctitatis, quo Deus uſus eſt, ad formandos primorum Chriſtianorum mores. *Pars Prima. Stephanus plenus fortitudine in ſui conſummatione Martyrij*, & hoc fuit non unum, ſed plura ſimul prodigia, quibus ſplendorem & gloriam omnium ethnicarum virtutum extinxit *Pars II.*

*Partis primæ ſubdiviſio: Stephanus plenus gratia in executione Levitici Miniſterij.* Erat ille primus Eccleſiæ Diaconus, officium honorificum, ſed quod illum ad exercenda ſancte bina munera obligabat: *unum Ejus munus erat adminiſtrare bona Eccleſiæ*, quorum pro officio ille theſaurarius erat. Alterum munus ejus fuit, *gubernare Viduas*, quæ in earum vitæ ſtatu mundo renunciarant, & ſeſe Deo conſecraverant. Munus in quo ipſa ſanctitas periclitari poteſt. Sed in quo Deus futuris omnibus ſæculis Stephanum in ſapientiæ probitatisque exemplum proponere voluit.

*Primo:* Uti adminiſter bonorum Eccleſiæ Stephanus, de hac ſua adminiſtratione rationem reddere debuit Deo & hominibus. Prima hæc ejus virtutis demonſtratio & argumentum fuit, cum in hoc munere ſumma ejus probitas & gratia, qua fuit plenus, omnibus manifeſte patuit. Quid enim in tali miniſterio difficilius eſt, quam & Deo ipſi, cui hominis mens patet, oſtendere, quod nullum privatum commodum lucrumvè ex ſuo munerre quæreret ? & coram hominibus integritatis ac intaminatæ fidei in officio tam lubrico, famam gloriamque intaminatam con-



http://rcin.org.pl

ſervare? utrumque conſecutus eſt S. Stephanus, optandumque eſſet, ut hodie dum bona Eccleſiaſtica à talibus regerentur Miniſtris.

*Secundo: Uti director Viduarum*, à mundi rebus ſeparatarum. Stephanus gubernandi eaſdem grave geſſit officium, quod fuit alterum periculoſum ſatis ejus experimentum virtutis. Quibus enim periculis, quibus hominum ſermonibus, quibus ſuſpicionibus non eſt ille obnoxius ac expoſitus, qui continuo ad verſandum cum fœminis pro munere obligatur? quanti munus hoc conſtitit Sanctiſſimo Viro Hieronymo? Sed cum idem adminiſtraret Levita Sanctiſſimus, quis de eo aliter unquam fuit locutus, quam cum ejus honore & laudibus? Debet eſſe itaque magna ea probitas, & quidem probitas univerſis recognita, quæ temerariis hominum judiciis ac linguis poſſit eſſe ſuperior. Et hic fuit fructus gratiæ qua Stephanus erat plenus. Erramus, ſi forte opinamur præſenti imprimis ſæculo, malignantium linguas alio modo nos poſſe effugere, quam conſtanti & exacta virtute, atque ea quam in Stephano hoſtes ipſi Judæi coacti fuerunt mirari ſapientiâ, quamvis eos ſeveriſſimè graviſſimeque reprehenderet & carperet.

*Partis ſecundæ ſubdiviſio*: Stephanus plenus fortitudine in conſummatione Martyrii. Duobus miraculis hanc ſuam orbi prodidit fortitudinem: *miraculo nimirum patientiæ*: conſideratis omnibus mortis ejus circumſtantiis: Miraculo item *ſummæ erga occiſores ſuos Charitatis.*

*Primum miraculum certe fuit patientiæ*, dum conſideramus omnes mortis ejus tormentorumque modos. Fuit enim ille primus Chriſtianus Martyr, cujus exemplum confirmavit aliorum animos, ſed qui tanquam eorum Jmperator & caput, ut optimo iis præiret exemplo, majore vi animi, majore opus habuit fortitudine. Pertulit omnia crudeliſſima ſuppliciorum genera, & in mediis tormentis ſummam tranquillitatem animi conſervavit. Nos vero quid jam pati volumus? Stephanus triumphavit de morte & ſuppliciis, nos quotidie, voluptatum præſentis vitæ cupiditate vincimur.

*Miraculum æque fuit Charitatis* erga crudeles cædis ſuæ mortisque auctores. Non enim duntaxat illis pepercit ex animo, ſed etiam ardentius pro illis, quam pro ſemetipſo preces Deo obtulit, cum ſtans pro ſe, pro carnificibus autem proſtratus in genua Majeſtatem ſupplex exoraſſet Divinam. Quæ jam vis charitati huic illius inerat? certe illum exaudivit Deus, nam preces illius mirabilis converſio Sauli mox fuit conſecuta. Signum profecto certiſſimum, & noſtræ beatæ prædeſtinationis eſt, Chriſtiana erga inimicos charitas. Condonemus, ſi nobis condonari à Deo volumus.

Vide jam Tomo primo de Sanctis, Sacræ hujus atque ita partitæ ac diſpoſitæ panegyricæ orationis elocutionem, adlecta ex ſcripturis & Patribus documenta & ſimilia.

262. Omnibus ergo viribus curent Concionatores noſtri practicis propoſitionibus, ac diſtributis in duas tresvè partes, cum ad probandum accedunt, fortem ſemper ratiocinationem & ſubdiviſionem rationum apertam adjungere, tranſitiones elegantes ab una ad aliam reperire, ac ſolidè argumentari, ut intellectum con-

convincant, qui poſt ſe conſenſum trahit voluntatis. Jſte vero aliter non flectitur niſi primum forti, clara & bene diſtributa ratiocinatione. Exoleſcat mos ille e noſtris Cathedris, propoſitione conſtituta, abſque ulla ratiocinandi arte & vi, mox ad auctoritates locosque extrinſecos convolare: ad Matthæi ſeptimo, poſt Matthæi 2. Regum 3. poſt Regum, Symboliſta quidam: poſt Symbolum, Tobiæ primo: poſt Tobiam, Ariſtoteles libro de Republica, poſt Ariſtotelem, Cromerus ſcribit: poſt Cromerum Neotericus quidam; poſt Neotericum Oſeæ 2. cum levi ſingulorum ex iſtis ad Propoſitionem ſuam applicatione. Hæccine illæ bellæ ab argumento ad argumentum tranſitiones, nudæ unius poſt alium, locorum, auctorum nominumque citationes? quæ nihil huc pertinent, & in margine duntaxat annotandæ ſunt. Hæc certe illa concionum plerarumque diſpoſitio interna, quam imperfecta debilisque ſit, quam male ligata, cuivis examinanti liquet. Bonus Sacer Orator non ad Scripturas, & teſtimonia Patrum, aut ſapientum Virorum, rationes coget, ſed ad probandas rationes, ſcripturam & teſtimonia conquiret, rationem datam, ad convincendum ſcripturis confirmabit, & aliis rebus illuminabit, ac percommodas à parte ad partem, ab argumento ad argumentum, tranſitiones quæret.

Exoleſcant & illæ, ut vocant, *moraliſationes*, ſeu diverſæ ejusdem textus ſcripturæ interpretationes, veræ aut falſæ, ut denæ prius in diverſos hominum mores ex textu citato vibrentur ſatyræ, quam ad propoſitionem res adducta, tandem applicetur. Textum hunc (inquiunt) ita Gloſſa explicat, ita vero in eum Hieronymus, aliter adhuc illum Gregorius accipit. Sed in eo Cyrillus ſatis curioſe obſervat. Septuaginta legunt. Cornelio à Lapide videtur ſignificare. Sed eruditus Manſius ad meam rem hunc textum jam optime explicat. Digreſſiones hæ, & epiſodia iſta inepta ſunt, & duntaxat excogitata, ut aliquid tandem dicatur, negligentia contegatur, imbecillitas ingenii detegatur, tempus fruſtra perdatur. Multa talis Prædicator dicet, præterquam ea quæ illum dicere oportebat. Prudens Eccleſiaſtes absque his evagationibus, rationibus rei propoſitæ ſemper magis magisque inſiſtet.

Ex Evang: exēpli gratiâ *& erat ſubditus illis*, Ducto exordio de admiranda Chriſti obedientia, *de virtute obedientiæ* verba ſe facturum proponet.

Tum in duas partes ſermonem dividet. Tota vita obediendum ſemper alicui eſt. *Pars prima*. Jn pueritia itaque & juventute maxime obedientia diſcenda eſt. *Pars Secunda*.

Subdiviſio primæ partis in duas partes. *Primo*: *obediendum ex neceſſitate*. *Secundo: Obedienaum eſt ex rationis lumine.*

Explicatio & probatio hujus, *quod obediendum ſit ex neceſſitate*. Nam Deus *Omnipotens* ita ſtatuit: Nam Deus *Sapiens* ita ſtatuit: Nam Deus *Bonus* ita ſtatuit. *Omnipotens* ita ſtatuit: nam omnis poteſtas à Deo eſt. Jlle Reges in regnis, Jlle Principes, Jlle Regum Miniſtros in diverſis regni muniis, Jlle Judices, Jlle Duces exercitus, Jlle Magiſtratus civitatum, Jlle Epiſcopos, Jlle eorum adjutores Parochos, Jlle in quavis conditione Rectores & capita, Jlle in quavis familia patresfamilias & Dominos juſſit. Ad hanc veritatem oſtendendam facile teſtimoni-

um ex Scriptura Patribusque reperies. Deus ergo Omnipotens mundi Gubernator, hos in loco ſuo noſtri gubernatores conſtituit. Si illis obedire nolumus, Jlle qui Samueli reſpondit: *Non te abjecerunt, ſed me, ne regnem ſuper eos*; Omnipotens eſt, ut nos cogat, & ut refractarios puniat. Velimus, nolimus, tamen voluntatem Dei omnino faciemus; nam qui poteſtati reſiſtit, Deo reſiſtit &c: Tranſitio ad alterum argumentum talis, quod ſi eſt Omnipotens ille, qui vicariam ſuam in nos poteſtatem commiſit hominibus, eſt & ſumme *Sapiens*, ſapientiſſimeque ita genus humanum diſtribuit. Nam cum belluis rationem liberumque arbitrium nō dediſſet, proinde nec ſpontè iis cuiquam obedire mandavit: homini vero rationem liberumque arbitrium dedit, proinde & obedire authoritati loco ſui poſitæ ſapienter mandavit. Jlle eos qui nos regunt regit. Sapientiæ itaque illius temerariè reſiſtit, qui ſe regi non ſinit, qui obedire non vult Jlli, per quem Reges regnāt, & legum Conditores juſta decernunt, qui ſuaviter diſponit omnia à fine uſque ad finem. Tranſitio ad tertium Argumentum. Non minus autem *Bonus*, ac Omnipotens & ſapiens Deus eſt, qui alios ad regnandum, alios ad obediendum diſpertiit; Hoc enim modo optime generi humano conſuluit. Hoc modo tendit Deus optimus ad conſervationem humani generis. Nam ſi homo homini non obediret, ut ſenſit Plato: genus humanum ſe ſe mutuo ad internecionem perderet. Hic eſt itaque Ordo à Providentia Divina hominum amantiſſima inſtitutus, pro conſervanda pace & ſocietate humana. *Conſequentia ex ſupradictis*, quod ſi Deus Omnipotens, ſapiens & bonus ita ſtatuit, ut loco ejus homines præſiderent hominibus, eosque regerent, quilibet jam manifeſtam neceſſitatem obediendi clarè perſpicit: neceſſario enim ſive volentes, ſive inviti Deo obedire debemus, itaque ex ſuprema hac, à Deo impoſita neceſſitate cuivis homini obediendum eſt.

Tranſitio ad alteram primæ partis rationem: quod ſi vero etiam nulla Divinitus impoſita fuiſſet obediendi neceſſitas, tamen vel *ex ipſo rationis lumine* nobis obediendum eſſet: ratio dictat, quod humana ſocietas abſque obedientia diſſolveretur. Ratione hac dictante populi ſibi ipſis propoſuerunt ſponte qui eos regerent, & quibus obedirent. *Primo*: Demonſtrari id poteſt in Regnis & rebus publicis, Provinciis, Civitatibus, oppidis, pagis, in exercitu, legione, cohorte, in domibus privatis, in cætibus, in navi, in ordinibus ipſis religioſis, & Eccleſiaſticis, quid hæc eſſent? ſi non eſſent qui imperarent, & qui imperata facerent. *Conſtitue nobis Regem ut judicet nos, ſicut & univerſæ habent nationes*, dicebat Samueli populus, hoc lumine rationis conductus. *Secundo*: demonſtrari poteſt, quod homo in quocunque vitæ ac mundi ſtatu ſit, obedire debeat, hoc enim ab eo lumen ipſum rationis exigit. Reges ipſi Legibus ac juſſis populorum obediunt. Regibus omnes. Es Senator? Miniſter? caput Provinciæ? Civitatis? Regi & Principi obedire debes, ſecus de fortuna, libertate, vita ipſa actum eſt. Es Eccleſiaſticus? quod immediatos ſuperiores tibimet impoſuiſti, qui Epiſcopis; Epiſcopi ipſi Summo Epiſcoporum obedire tenentur. Es miles? ubi nam pluribus? ubi ſeverius obeditur? ubi periculoſius non obediretur? Es Civis privatus? tamen principi, tamen legibus tuæ Patriæ, Provinciæ, Civitatis, tamen Judici, tamen militi millies millies;

in

http://rcin.org.pl

in vita obedire debes, vel fortuna, libertate, vita etiam periclitari. Si nobis ergo res ipſa oſtendit in omni conditione oportere nos Superiorem agnoſcere, & mandata ac leges ſervare, inferamus vel ipſo jam rationis lumine, homines ipſos à natura ita factos eſſe, ut regantur ab aliis, eos ipſos qui regunt, regi debere ab altioribus, quod ſapienter agnovit coram Chriſto centurio ille, qui cum aliis imperandi jus ſe habere affirmat, ſimul & obediendi Superiori poteſtati neceſſitatem ſibi impoſitam eſſe fatetur, *& ego homo* inquit *ſub poteſtate conſtitutus ſum, & dicô huic vade & vadit, veni & venit.* Jta ubique etiam qui præeſt, ſubeſt, aliter genus humanum ſtare non poteſt. Nullum igitur ſtatum vitæque genus ab obedientia exemptum eſſe Conſequentia pro tota prima parte: Jtaque & *ex neceſſitate* ob Dei Omnipotentis, Sapientis, bonique legem: & *ex rationis lumine*, quod ita ſit facta ſocietas hominum, nec aliter ſubſiſtere poſſit, cuivis obediendum eſt. Huc ſcripturæ, huc Patrum quorumlibet documenta.

*Subdiviſio Partis Secundæ*: Tranſitio ad illam. Jam ſi nobis conſtans certumque eſt, tota vita à nobis obediendum alicui eſſe, manifeſte inde hæc altera effluit veritas: ergo juvenibus maxime obediendum eſt. Subdiviſio rationum duarum: idque ex iisdem duabus cauſis, & *ex rationis lumine*, & *ex neceſſitate* juvenes maxime obedire debent..

Primæ rationis hujus partis iterum ſubdiviſio talis: Juvenes *ex rationis lumine* maxime obedire debent. Ad hoc ſe debent convincere, his duabus è cauſis: *primo* quod obedire ſit ipſis *perutile*, non obedire ſit ipſis per quam noxium: *ſecundo* quod obedire ſit *laudabile*, non obedire ſit ipſis inglorium.

Primo obedire eſt ipſis perutile: nam hac ætate aſsueſcent ad obediendum in minoribus rebus, ut in longè maximis ac difficillimis poſtea promptius & ſponte obediant. Bonum eſt juveni ait ſcriptura, qui portaverit jugum ab adoleſcentia ſua: Obediendum enim erit ipſis olim in Aula Principis, in exercitu, in vita Civili, in ſtatu Eccleſiaſtico, in judiciis, in Republ: Juſſa autem Principum ac voluntates ſunt tales, ut nec muſſitare quidem contra ea liceat, etiam ſi non probes. Reverentiſſime mandata eorum ſuſcipienda. Si vel ſemper quod petis denegent, ac tuas preces reijciant, tuum eſt tacere. Si vel difficillima cum fortunæ, vitæ & ipſius honoris tui periculo jubeant, prompte exequendum eſt. Secus eris apud eos infelix, & gratia excides. Hic exemplum de Davide cum periculo vitæ toties obediente Sauli, vel illud Miniſtri Pharaonis: *Condemnabitis caput meum regi*, aut unum ex plurimis tyrannorum mandatis. Jam mandata Ducum exercitus cui vitæ non exponunt periculo ? Jam Magiſtratuum ſancita, leges Reipubl: aut Provinciæ, Decreta Tribunalium & Judicum, quam ſæpe intoleranda ſunt ? jam juſſa Dominorum, quilibet enim ſuo non caret, quam incomparabiliter, hæc omnia graviora ſunt iis, quæ nunc jubentur juvenibus, & tamen omnino exequenda ſunt, aut ſi non exequare, immenſis te periculis imprudenter objicias. Parentum in adultiore ætate imperia, quam ſæpiſſime erunt gravia, & vehementer tuo genio contraria, quorum aut gratia amorque perdendus, aut erit adimplenda voluntas. Præſtat ergo nunc aſſueſieri ad obediendum, nunc voluntas frangenda,

nunc

http://rcin.org.pl

nunc judicium ſubmittendum, Læta fronte quod jubetur faciendum, non diſputandum, excuſationes frivolæ non quærendæ, non murmurandum, non obluctandum, non conquerendum eſt, nunc ab omni pertinacia, ac obſtinatione puerili abſtinendum, cedendumque eſt. Vincendus in parvis animus, ut ita paulatim edomitus amor proprius, facilius in magnis obediat. Secus id *perquam noxium* eſt, ſi pertinacia in hac ætate altas radices egerit, deſperandum eſt de reliqua. *Adoleſcens a viis in adoleſcentia ſua, etiam cũ ſenuerit non recedet ab eis* præmonet ſcriptura. Obſtinatio autem omnes homines perdit, tam juvenes, quam viros, quam ſenes. Duræ cervicis juvenculi, deinde & poſtea parentum juſſa, ſeniorum ac amicorum conſilia non audiunt, ſuo ingenio omnia conantur facere. Sæpe Magiſtratibus, ſæpe legibus, ſæpe decretis obnituntur, poteſtati tam privatæ Domi, quã publicæ non deferunt, fortunas itaque, patrimonia, ſæpe & honorem & omnia perdunt. Quod non eveniret, ſi fracti à teneris, ſi ab ætate puerili majorum juſſis prompte exequendis aſsuefacti fuiſſent. Huc Scripturam & teſtimonium Sancti alicujus Patris. Perutile eſt ergo à juventute diſcere obedire, perquam noxium eſt aſsueſcere non obedire. *Altera pars* ejuſdem argumenti cum hac tranſitione: At ſi tam evidenti utilitate pro curſu totius vitæ ad obediendum debent permoveri juvenes, multo magis gloria & laude. Summopere enim illis eſt *laudabile* eſſe dociles ac morigeros. Hac virtute nulla in juvene eſt commendabilior. Exemplum pueri Samuelis ad vocem Heli. Nulla re melius divinari, melior ſpes concipi de Juvene & ſolet & poteſt, fore prudentem, amabilem, bene res ſuas acturum, &c: quam cum in eo obſervatur docilitas & alacritas ad mandata regentium. Quam vero indecorum, inglorium, turpe juvenibus eſſe & dici contumaces, rebelles, refractarios, obſtinatos, indociles, *colligata eſt malitia in corde pueri*: his vituperationibus nulla pejor eſt, nulla ingenuo juvene indignior, pejor nulla, quæque magis bonam omnem ſpem de juvene perdere cunctos faciat.

*Tranſitio ad ſecundam Probationem ſecundæ Partis*, Conſiderata itaque & ignominia ac dedecore quod juvenes inobedientes ſequitur, & gloria ac laude quam obedientes merentur: & malis omnibus quæ è juvenili inobedientia pullulant, & utilitatibus quæ ex eorum obedientia certo expectantur, quam efficaciſſime juvenes ad promptè obediendum permoveri ſe ſentiant neceſſe eſt. Aut ſi tam parum ingenui ſunt, ut his permoveri nolint, ipſa jam commoveantur obediendi *neceſſitate*. Neceſſario enim & omnino illis obediendum eſt. Perſuaſum juvenibus certumque id eſſe oportet, ſemper eos à regentibus coactum iri, ut omnino obediant, & quod velint, nolint, obedire tamen debeant. Perſuaſum ſit illis, Parentes, & moderatores eorum habere hanc regulam fixam & perpetuam, nihil ut ſinant fieri puerorum ac juvenum voluntate. Perſuaſum ſit illis quod ſi ſponte nolint, pænis adigentur, & adigentur ſemper. Concipiant id juvenes, quod ſi aliter & Parentes & ii quibus loco Parentum ſubſunt, facerent. eſſent inſipientes & imprudentes, & quod olim ipſimet juvenes de iis juſte conquererentur, ut tot jam alii conquerũtur. Inducant ſibi animum, totam vim bonæ educationis eorum in hoc collocari, ut puerilis ac juvenilis voluntas eorum frangatur, ut obedire ac dociles eſſe cui

compe-

http://rcin.org.pl

tit pro tota reliqua vita doceantur. An itaque non præſtat ſponte ſe ſubmittere quam cogi ? & omnino cogi ? Itaque & neceſſitas ipſa, æque ut ſuperius explicata utilitas ſuadet, quatenus juvenes obedire condiſcant. Ad hæc ita inventa, ita diſpoſita, non nullis in locis facile teſtimonia ſcripturæ ſapientumq; reperientur.

Epilogus. Reſumptis compendio primæ & ſecundæ partis Argumentis, exemplo obedientis Chriſti efficax cohortatio, ut cum homo tota vita obedire debeat, imprimis teneriore ævo, cum voluntas facilius flecti poſſit, obedire aſſveſcat.

Jn ſimilibus exemplis clarè diſpicitur ratiocinandi Ordo, diſtributio, vis, tranſitiones, & tota interna orationis textura.

Fuſiori morali, brevius panegyricum addamus exemplum de B. V. Mariæ Nativitate. *Pars I.* Nata pro ſumma Dei gloria. *Pars II.* Nata pro ſumma ſui gloria. *Pars III.* Nata pro ſumma Generis humani gloria.

*Pars I.* Nata pro ſumma Dei Gloria; nam in nulla melius Creatura, Omnipotentia, ſapientia, & bonitas Dei, elucent. *Explicatio*: Matre DEI nobiliorem Creaturam Deus creare non potuit, ergo totam in ea elevanda exercuit *Omnipotentiam.* In ea Divina humanis, immortalia mortalibus, Virginitatem Maternitati, modis humanam rationem excedentibus junxit, ergo in ea quid poſſit *Sapientia* Dei maxime patet. Majores virtutes, gratias, beneficia nulli, quam Mariæ contulit, ergo in ea ſumma *Dei bonitas* præ cæteris elucet.

*Pars II.* Nata pro ſumma ſui gloria. Nam eminenter illa benedicta & Beata præ omnibus creaturis, ab omnibus generationibus decantatur. Beata ob dignitatem Dei Matris, Beata ob plenitudinem gratiæ, Beata ob ſummam quam in cælis terrisque habet gloriam.

*Pars III.* Pro ſumma Generis humani Gloria. Plus in ea humano generi à Deo præſtitum, quam Angelis. Nam Deum hominem hominibus genuit. Nam per Deum Hominem Filium ſuum, genus humanum Deo reconciliavit. Nam ſalutis æternæ apud Deum, hominibus Mediatrix fuit.

Ad hæc innumeræ cogitationes, ſcripturæ & teſtimonia Patrum facilè occurrent.

263. Ne vero ut aliqui putant, tales internæ cōcionū diſpoſitiones, longiſſimas Orationes requirere, horaque & dimidia perorandum eſſe, exiſtimetur: ſubjicitur exemplum breve concionis ejusmodi, præſertim quales diebus Dominicis ad adoleſcentes noſtros cohortationes habere expediat.

## *De vitanda Ebrietate.*

*Cum inebriati fuerint, dat quod deterius.* Joan: 2.

Quacunque alia, Salvator noſter, cauſa, nuptiis in Cana adeſſe voluerit, mihi alias inter, hæc non poſtrema fuiſſe videtur, ut oſtenderet, non abhorrere Chriſtum à ſocietate hominum, qui ſeſe recreatione honeſta, moderatisque conviviis, ſuis divertunt temporibus, animoque relaxant. Si vero eo loci ebrioſorum ac temulentorum turba confluxura eſſet, procul dubio domus illa Chriſtum hoſpitem minime habuiſſet. Quod hodie temulentiæ vitium, cum tam frequens inter Chri-

ſtianos

http://rcin.org.pl

ſtianos irrepſerit, dum mente Evangelicis hodie adſtamus epulis, *de vitanda ſummopere à Chriſtianis ebrietate* brevem inſtituimus ſermonem.

Penſemus imprimis verba Patrisfamilias: *cum inebriati fuerint, dat vinum deterius.* Interrogare libet, quare potius non generoſius, jam inebriatis vinum dari jubeat? judicat enim Paterfamilias, & recte quidem, quod ebrii judicium, cognitionem, & rationem jam perdiderint, neque inter ipſa, quod melius, quod deterius ſit, vina poſſint diſcernere. Et revera, *ebrii rationem amittunt*: Hæc erit noſtri pars prima Sermonis. Jam inde *quam præſertim juvenes, cum ſocietatem humanam frequentare incipiunt, ebrietatis ſcopulum maximopere vitare debeant*: materia erit partis ſecundæ. Jnvocemus Chriſtum per Virginem Matrem, ut præclaræ hujus virtutis, ſobrietatis nimirum perpetuum amorem, turpiſſimi autem vitii, ebrietatis, perpetuum horrorem animis noſtris inſpiret, & dicamus: Ave MARIA.

*Pars I.* Quid evidentius eſt, quam quod ebrii ſanam rationem amittant? nam ſi non amitterent, itane ſanitatem corporis & vitam nihili illi ducerent? itane honorem & famam, bona & fortunas, nihili reputarent? itane ſalutem animæ haberent nihili?

Negarine autem poteſt, hominem ebrium, valetudinem corporis, vitamque penitus flocci facere? quis noſtrum ignorat, potum eſumque nimium, (idem enim & in potu & in eſu exceſsus eſt,) innumerabilium morborum cauſam eſſe, exceſſu nutrimenti, contrahi & minui vitam? Quid tot Hebræorum millia interfecit, camposque conſtravit cadaveribus in deſerto, niſi nimia ſaturitas? *ſaturati ſunt nimis*, & ob nimietatem iſtam miſere crepuerunt. Quot & in noſtris oculis robuſti juvenes, quot viri ætate media, florentiſſimaque præſtantes? quot ſenes optime à natura compacti, adhucque diu alias victuri, nimia ſatietate vivere repente deſierunt? Bene id obſervavit Chryſoſtomus: *plures intemperantia occidit, quam gladius.* Vos ipſi qui hæc auditis, argumentum rei hujus, vobismet eſtis: quoties enim graviſſimos dolores capitis, febres, nauſeas, & nonnunquam, occaſione hac data, ingentes pertuliſtis morbos? Eſtne jam ratio? non eſtne furor? incontinentiâ hâc ſpontaneâ, morbos ſibi conſciſcere, decurtari vitam, accelerare mortem?

264. At non minus ratione ſe eſſe deſtitutos oſtendunt, qui ob ebrietatis aſsuetudinem, honorem & famam propriam penitus turpiterque proſtituunt. Quam enim infame ac ignominioſum eſt, quocunque in vitæ ſtatu, ebrioſum ac bibonē reputari, decantarique ab omnibus? Sive juvenem, ſive ſenem, ſive divitem, ſive pauperem, ſive militem, ſive ſacerdotem, ſive Magiſtratum, ſive Judicem, ſive dominum, ſive ſervum, ſive mercatorem; ſive opificem, ebrioſum nomines, cum ebrioſum dixiſti, omnes ejus bonas dotes laudesque, aut enervaſti, aut penitus ſubruiſti. Quid enim ad peſſimam de homine quacunque dote prædito opinionem concipiendam plus facit, quam ſi illum ebrietati deditum aſſeras? Jlline quispiam, rem ſuam œconomicam? illine cauſæ ac negotii patrocinium amicus, illine Principes judicia, legumque commendēt cuſtodiam? minime gentium.

Moy-

http://rcin.org.pl

Moyſes certe, tabulas legis tanto miraculo à Deo acceptas, confringere maluit, quam ebrioſo illas tradere populo. *Propheta Sanctiſſimo indignum exiſtimãte*, (inquit Baſilius) *Vinolentum populum, legem à Deo accipere.* Adeo temulenti & ebrioſi omnem bonam de ſe opinionem, famam, honoremque apud bonos amittunt.

An vero non ſimul & bona & fortunas deperdunt atque abliguriũt? Quot jam ipſi in poculis ſubmerſa patrimonia vidimus? plura certe quam vel in Oceano. Vidiſtine ebrioſum & diu opulentum? qui ſive à majoribus relicta, ſive labore manuum ſuarum collecta, dum in temulentiam incidit, non deglutierit bona? *Voraginem ſubſtantiæ hominum, ebrietatem* recte appellavit S. Maximus.

Qui ergo & ſanitatis ac vitæ, & boni nominis ac honoris & fortunarum nullam rationem habent, ac iſta tam facile fœdeque proſtituunt, illine nõ ratione ſana ſpoliati? non *ſicut equus & mulus quibus non eſt intellectus*, nobis eſſe videntur?

Quanto magis adhuc, quod penitus nihili apud eos ſit ſalus animæ. Ebrietas enim peccatum eſt graviſſimum, Dei offenſa graviſſima. Ebrietas turpiſſimum vitium eſt, Deoque deteſtabile, quod ne in animalibus quidem uſuvenit, proinde, homine, qui à Deo ratione eſt præditus, indigniſſimum. Deus itaque belluas non odit, homines ebrioſos deteſtatur, & odit. Quemadmodum cum finiebat adhuc populus oppletus & temulentus conviviũ, *ſederunt bibere & ſurrexerũt ludere, ſed adhuc eſcæ eorum erant in ore ipſorum, & ira Dei aſcendit ſuper eos.* Quamobrem ita? in quæ enim ſcelera ratione amiſſa, ebrioſi non ruunt? iræ, rixæ, contumeliæ, cædes, blaſphemiæ, luxuriæ, aleæ, fraudulentique ludi, perjuria, peſtifero hoc fonte mox manant, & omne flagitiorum genus. Jmo etiam *Ebrietas populum, ad idololatriam deduxit & contaminavit*, obſervat Baſilius. Nullum ergo culpæ genus eſt, cujus committendæ periculo, ſe non proxime exponit ebrius. Ebrietate, hæc apud homines, parva quaſi excuſantur, & extenuantur facinora, ſed ebrietas ipſa crimen voluntarium, aliorum omnium parens ſcelerum, pænam horum omnium flagitiorum à Deo juſto Judice merito quidem ſubit, in eo loco, ubi iræ Dei poculo ebrioſi in æternũ tractantur, ubi eſt *fel draconũ, vinum eorum*, & *venenum aſpidum inſanabile.*

Jam itaque qui nihil penſi habent, & hanc gravem Dei offenſam ac pænas, & ſalutis, & honorũ, & nominis boni, & ſanitatis jacturam, non nè quæſo recte & à Patre familias Evangelico, & à nobis, judicio, ratione, cognitione intellectuque carere exiſtimantur? Nonne hæc omnia in vino potuque ſepeliunt?

*Pars II.* Videte jam adoleſcentes, ad quos pars ſecunda orationis meæ præſertim pertinet, quantopere cum ſocietatem humanam quaſi tyrones initis, vitandus vobis eſt ebrietatis ſcopulus. Ad hoc ego vos *cauſis tribus* breviſſime excitabo, *quinque denique modos* vobis ob oculos ponam, praxi & reipſa vitii hujus, ſi voletis, vitandi.

Jmprimis quidem vos Juvenes, nemo obligat, ad exceſſus faciendos in potu, imò ab iis pudor quidam veſtræ ætati proprius, ac bonæ famæ cura, majorem in modum vos avocant. Stulta autem eſt illa adoleſcentum aliquorũ oſtentatio, quod

cum nonnullos helluones videant, aut audiant ſuas ebrietatis laudare ac impudẽter jactare, ideſt *gloriari in rebus peſſimis, & exultare, dum male egerint*, putant ſibi comparaturos ſe egregiorum urbanorumque juvenum laudem, ſi bene jam à teneris compotare cum iis incipiant. Mihi jam quæſo potius, & gravibus viris, credite, magnopere ab omnibus contemni & eos deſideri juvenculos, peſſime de ijs divinari ſolere, qui dum primum hominum ſocietatem ineunt, jam aliorum pravo inducti exemplo, cum potatoribus, poculis decertare conantur. Unde potius Apoſtolus ſuadet, *vinum in quo luxuria eſt, ſubſtrahendum eſſe junioribus*. Tantum ergo abeſt, bone juvenis, ut ad illud cogare, potius ut, niſi pravitate naturæ eo ipſemet proclivis ſis, omnes ſenſati homines parati ſint, ne tibi, ne pudori famæque tuæ vehementer noceas, etiam manibus tuis, pocula tuo bono eripere.

Deinde: Si in hac ætate vitio huic indulgere incipietis, ô infelices juvenes, certiſſimum eſt, vos proculdubio cum tempore majores ſemper deventuros ſummo veſtro damno & dedecore potatores. *In funibus enim peccatorum ſuorum trabitur impius* inquit Sapiens: Tales mali habitus, funes ſunt, ex quibus nũquam vos amplius extricare poſſitis. Millena & millena talium à juventute potatorum præ oculis habemus exempla, qui vitio huic à juvenilibus aſsueti annis, ſpem omnem de ſe temulentia obruerunt.

Denique: Si nunc præſertim ſobrietatis virtuti vos aſſueſacitis, facilius longe ulteriore ætate virtutem hanc conſervabitis. Ab aſſuetudine ad continentiam in bibendo, id eveniet, ut in tot, ſequenti vita, periculoſis occaſionibus, nec precibus flecti, nec cogi, ad nimium aliquid hoc in genere, vobis unquam contingat. More & conſuetudine veſtra perpetua, facile vos ab importunitate omni defendetis. Quot vero interea peccata, quot corporis, quot honoris, quot fortunarum mala, & damna evitabitis? *Temperantia enim*, ut ſenſit Divus Hieronymus: *Summum remedium eſt, tam contra corporis, quam contra animæ mala & pericula.*

Tres itaque hæ cumprimis cauſæ, & pudor famæque amor, & metus contrahendi in futurum turpis vitii, & ſobrietatis reliqua vita colendæ ſervandæque deſiderium, Vos ad laudabilem in juvenilibus annis à potu abſtinentiam, ut efficaciter inducant, oportet.

Sed perpenſis jam ternis his mox dictis rationibus, quæ vobis in ſocietate humana tyronibus continentiam in omni potus genere mirifice ſuadẽt, en jam vobis quinos, eosque perutiles modos, quibus vos conſtanter uſuros tota vita veſtra vobismet proponatis, ſanctèque ſtatuatis.

*Primo*: Summum jam nunc horrorem ebrietatis concipite, tanquam potiſſimi & temporalium & æternorum malorum, ac peccatorum innumerabilium fontis, firmumque ac conſtantiſſimum pro totius vitæ curſu formate propoſitum, idque ſæpe ſæpius repetite, nunquam penitus cum exceſſu potandi.

*Secundo*: Curate ita, ut veſtris Parentibus, conſanguineis, amicis, & quicunque noſcemini, id probe palamque innoteſcat, id bene perſuaſum ſit, vos

nol-

nolle potare. Quicunque ſibi talem apud ſuos, cæterosque homines opinionem abſtinentis hominis paulatim ſtabilierit, nunquam ad plus neceſſario bibendum,ab aliis cogitur. Jd experientia animadvertetis.

*Tertio:* Falſiſſimum omnino illud principium eſſe credite, populares nimirum eſſe non poſſe, ut plerique ajunt, qui non ſint boni potatores. Hâc futili excuſatione vitioſi, & avidi vini helluones, ſeſe contegunt. Meliores ego vobis & procul dubio ſecuriores captandæ hominum gratiæ oſtendam modos, quibus hominum capietis animos, etſi ne ſemel quidem dum vivitis, vos ingurgitaveritis. Eſtote in omnes humani, comes, affabiles, pro conditione ſtatuque veſtro liberales. Summam animi, cunctis quibuscum agitis,commendate modeſtiam. Superbiam, furorem & iram tanquam peſtes humanæ ſocietatis fugite. Jntelligentia rerum Patriarum, doctrina & eruditione, egregiaque eloquentia, notos cunctis illuſtresque vos reddite. Virtutis, honeſtatis, fidei intaminatæ, veritatis, juſtitiæ inſignis exiſtimationem, vobis apud omnes parate. Obſequiis & laboribus de Republ: optime mereri curate, ſincere amicitiam colite,& amicis cum poteſtis, deeſſe, crimini ducite. Reverenter cum Majoribus, officiosè cum æqualibus, ſuaviter cum inferioribus,pacifice cum vicinis, miſericorditer cum ſervis agite. Eſtote ad benefaciendum prompti, nocendi artis neſcii. Procul abſit avaritia, vitæquæ ſordities. Gravitate morum ac religione & pietate omnibus prælucete. Harum virtutum opinionem de vobis conſtantem acquirite, eritis profecto *dilecti Deo & hominibus*, eritis populares & cari, licet nunquam compotationibus noxiis amicos quæſieritis.

*Quarto:* Neque vosmetipſos ulla ratione, neque alios ad potandum unquam cogite. Præbete ſi opus eſt, ſi poteſtis, etiam, ut hodiernus Pater Familias, vini hydrias, ſed cuivis libertatem relinquite. Barbarum hunc morem,ac quo nomine ſeptemtrionales nationes peſſime apud politiores audiunt, prudentiſſimo Aſſveri exemplo corrigite: cujus in conviviis ut ſcriptura teſtatur, *vinum regia magnificentia dignum, abundans, & præcipuum ponebatur,nec erat qui nolentes cogeret ad bibendum, ſed ſicut Rex ſtatuerat, ut ſumeret unusquisque quod vellet.*

*Quinto:* Denique vobis firmiter perſuadete, apud homines ſenſatos & graves turpem ac ridiculam hanc eſſe laudem, bonus potator, egregius bibo, & eorum ſtultitiam animo Chriſtiano ſpernite,qui bacchicos ejusmodi triumphos, & quas tulere palmas, narrare ac jactitare, impudenter ſolent, qua temeritate nihil nedum homine Chriſtiano, ſed & homine ratione prædito putate indignius.

Equidem jam vidiſtis, quam ebrietas rationem deperdat, ſanitatem, fortunas, honoremque proſtituat, animæ ſalutem innumeris cõmittat periculis,peccatis ſceleribusque omnibus portam aperiat, quamque jam maxime, ineuntibus imprimis ſocietatem humanam, fugienda ſit, quibus denique modis principiisque contra execrabile hoc vitium utendum nobis ſit, proinde feliciſſimus Sacrorum Oratorum ego profecto eſſem, ſi hæc in animis veſtris bene defixa maneant, quæ audiſtis, ſi ab hoc, quod nondum contraxiſtis, vitio, & amore ſalutis æternæ, ac Dei

P 2 veſtri,

veſtri, & deſiderio bonorum è ſobrietate provenientium, tota ſequente abhorreatis vita. Millenis vosmet liberaveritis flagitiis, ſi hoc uno conſtanter abſtinueritis. Jta mundas animas ad æternum illud afferetis convivium, de quo David cecinerat: *inebriabuntur ab ubertate Domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos.*

Hæc cohortatio certe media hora recitando facile abſolveretur. Jtaque hoc exemplo liquet, quod & brevis oratio Sacra, poteſt eſſe ſolide intus perfecteque diſpoſita. Facile autem eſſet, (ſi malles) eam longiorem, ſcripturis pluribus, & teſtimoniis Patrum reddere.

264. Sed imprimis quāvis tota ConcioSacra in SacraScriptura eſſe fundata omnino debeat, & ſi fieri poſſet etiam verbis ſcripturæ ac Patrum contexi ac fluere, nihilominus ut textus latini continuo conglobentur & explicetur, hoc enim vero nō fit à celeberrīmis in Jtalia & GalliaEccleſiaſtis, imo affectatū videtur: loquuntur illi fere ſcrīpturam & Patres, ſed parce admodum Latinos, eosque perbreves immiſcent textus. Hæc res imitanda eſt: textus potius Patrum & ſcripturæ in linguam Patriam vertendi, ſenſibus innectendi, latini vero infra concionem ad marginem relegandi pro lectoribus. Jn quo tamen extrema vitanda, nec utendum quovis paſſu continuis, nec nullis teſtimonīis ſcripturæ vel Patrum, ſed mediocriter iis utendum. Mos vero ille ſingulis fere periodulis latinum quid agglutīnare, vel verſiculum jaculari, vel totidem verba ſcripturæ latinæ, quot ſunt polonica, fere alternis vibrare, mos inquam & guſtus perridiculus & affectatus, & puerili palato placens à gravioribus verbi Dei præconibus contemnatur. Rarius itaque & niſi ſumma inſit vis, his utendum eſt.

De prophanis Auctoribus parce admodum & raro, & præclariſſima aliqua ac breviora ſenſa, & in ea duntaxat neceſſitate adduci poſſunt, ubi Sacer Orator veritatem ſuam, quam probat, etiam lumine rationis eſſe, nedum religione, aut revelatione cognitam, affirmaret. Cæterum prophanorū auctorum teſtimonia vanitatem ſapere videntur in Sacra Cathedra, cum Scriptura & Patribus res hic egeat, abundeque ex utroque fonte ſuppetat: non tamen & Prophani Auctores, ubi expedit omnino rejiciantur. Citationes libri, verſiculi, capitis in ipſo orationis decurſu inutiles ſunt, & ad marginem eas ſcribendo relegari oportet.

265. Jd quod ſūmopere graves Eccleſiaſtæ vitare debent, eſt adulteratio, ut vocant ſcripturæ, ac perlevis interpretatio & ad alium ſenſum detorſio. Ut illa ridicula eſt: honorandos eſſe Parentes, talium enim filiorum preces Deus exaudit: nam ait de Chriſto Apoſtolus: *exauditus pro ſua reverentia*: pro qua illa *reverentia*? nimirum quam inclinato verſus Matrem cruci aſtantem capite, eidem exhibuerat. Præſidium Nominis Mariæ defendit à periculis & Morte. Piſces enim ſoli tempore diluvii ſalvi remanſere, quare? quia eos cooperiebant *Maria*; ita quid quid à Maria contegitur, ab ira Dei ſalvatur. Occiſorem Chriſti Judæorum Populum eſſe omnium populorum viliſſimum, id quod Angelus ipſi Abrahamo prædixerat, *faciam ſemen tuum ſicut pulverem terræ*, itaque pulvere terræ vilior eſt hic populus. Jnnumerabiles certe & pulveribus maris plures ejusmodi in plerisq;

con-

http://rcin.org.pl

concionatoribus reperiebantur ineptiæ, cum ſummo verbi Divini dedecore ac proſtitutione. Huc pertinent illi remotiſſimi à veritate propoſita ad probandum aſſumpti textus, & vel aliqua Nominis interpretatione, vel aliqua circumſtantiola juvante ad propoſitionem confirmandam pueriliter applicati. Qui ſeipſum ac propriam ſuam vilitatem cognoſcit (dicebat aliquis ingenioſus concionator) facile elevatur & ſublimatur. *De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput.* Nam qui de torrente bibit, vultum ſuum in aqua aſpicit & cognoſcit, quia ergo ſe ipſū & contemplatur & noſcit, ideo exaltabit caput. Alter probavit, quod eleemoſyna hominem ab hoſtibus animæ tutum ſecurumque reddat, hoc textu ſcripturæ: *Manſitque David in monte Zyph, quærebat eum tamen Saul cunctis diebus, & non tradidit eum Deus in manus ejus.* Quid hic putas ad eleemoſynam? quia Zyph interpretatur *Buccella & Os.* Qui dat pauperi buccellam in os, manet in monte Zyph, & ut à Saule David, ita à Diabolo tutus ſecurusque redditur, nec tradit eum Deus in manus hoſtis animæ. Belle! egregiè! Jram quandoque eſſe laudabilem & neceſſariam: probatio ex ſcriptura: nam ſponſa ait de ſponſo: *Dilectus meus candidus & rubicundus.* Jd eſt candidus cum non iraſcitur, rubicundus cum iraſcitur, & tamen ſemper dilectus. Sed ſatis vel in his jam patent decies millenæ ejusmodi nugæ, majeſtate & veritate verbi Dei indignæ. Prudens ergo Concionator directiſſimas, clariſſimas, veras, efficacesque ſemper adhibebit ſcripturas. Ut: *Qui ſe humiliat exaltabitur. Jraſcimini & nolite peccare. Eleemoſyna liberat à peccato:* & ſimiles, ac æquivocorum vitabit ineptias. Quidquid in quibuscunque Commentariis contrarium occurrat, etiam aliquando viri inſignis alicujus Auctoritate fultum, nam & hi aliquando in ſimilibus habuerunt cogitationes hominum.

266. Jn gravibus Concionatoribus generati hodie in Jtalia, ac Gallia nullum penitus reperire eſt, qui hiſtoriolis infarciat Orationem Sacram, multo minus terribilibus illis viſionibus & rebus ſimilibus. Hiſtoriæ ex Sacra Scriptura, vel approbata graviſſimis Auctoribus ſacrisque criticis Hiſtoria Eccleſiaſtica, omne ſuum pondus momentumque habent & habere debent; Sed neque harum farragine ſermo obruendus eſt, nec more hiſtorici aut narratoris res referenda eſt, ut nonnulli declamatores magnam Concionis partem his rebus occupare ſolent, ſed prout expedit Oratori ſacro annectenda & innuenda. Cupiditas illa dicendi ſemper aliquid novum & mirabile, fons fuit hujus abuſus; vanitas alibi, trita in Scholis Nomina Macedonum, Philipporum, Cæſaris, Socratis, Phocionis, Thaletis, Diogenis, & ſexcenta oggerendi, ut Herodoti, Thucididis, Dionis, Plutarchi, Livii, Taciti, & id genus lector eſſe appareas. Sed ut ut in Oratoribus hæc appareant, in Concionatoribus nugæ ſunt, quorum fontes ſunt proprii, Scriptura & Patrum ſententiæ. Non quod & prophana hiſtoria penitus interdicatur, ſed hæc parciſſime prudentiſſimeque adhibenda ſunt. Eo furoris ventum erat, in hoc depravato Sacræ eloquentiæ guſtu, ut mirabilis propriæque ad rem hiſtoriolæ dicendæ cauſa, etiam fingere plerique non erubuerint. *At nunquid Deus veſtris indiget mendaciis, ut loquamini pro illo dolos?* Sed hæ paulatim exoleſcunt ineptiæ, prudentium Concionatorum intereſt, ne unquam ad pulpita redeant.

175.

http://rcin.org.pl

267. Denique quod ad verba ac eloquentiam attinet hæc debet eſſe pura, atque elegans & bene limata ac elaborata. Sed verba omnino ſimplicia terſiſſima & bene patria; ductis ex latino, novis, aut alia recentius derivatis lingua, Concionatori gravi & terſo abſtinendum ſane eſt, non tamen iis quæ admodum ab omnibus uſitata ſunt. Affectatio certe vel minima elegantiæ, ampullæque Styli, à Sacris Cathedris procul pellendæ ſunt, ſed ſicubi, hic certe duce & magiſtra natura, loquendum. De figuris in ſacra Oratione adhibendis noſter Mignonius, prudenter in ſua de verbo Dei diſſertatione ita definit:

'Etſi tamen figuras ex quotidiana converſatione petendas eſſe putaverim, ne 'artificioſe eloqui videamur, nonnullæ ſunt nihilominus, ut Apoſtrophe & Proſo'popæia quæ à vulgari conſvetudine alienæ mirabiliter prævalent & triumphant. 'Apoſtrophe in magno gaudio, aut dolore maxime præſtat. Proſopopæja, perſonæ 'aliæque res inducuntur ſermocinantes, miſerando, ſvadendo, objurgando, pudorē, 'lacrymas, iracundiam quam maxime ciet & provocat. Epiphonemata præclaris 'idonea; frivolis ineptiſſima. Anaphora quæ initia repetit ſententiarum, vehe'menter animis inſinuatur, rerumque imagines & notiones inculcat. Quid vero 'Ethopæja ? quâ graphice vita, & mores ita alicujus hominis deſcribuntur, ut for'ma ipſa, habituſque corporis, & tota animi effigies ad ungvem facta repræſente'tur. Quanta vis, quanta efficacitas hiſce imaginibus ineſt ad animos permoven'dos ? Divitem illum qui byſsô & purpurâ inſignis, quotidie opipare, & Sybarita'rum in morem ſplendide epulabatur, vir quidam magnus, & concionandi elegan'tiâ celebratiſſimus, ex inferno, quô tenebatur gurguſtio, miſerâ ad Abraham e'julatione clamantem, ſic ſuis coloribus pinxit, ut auditorum frequentia, crebra '& præcipua tota expallüerit, quo finis gemitus nullus fieret, pluresque concione 'jam habitâ culparum expiationem profluis lacrymis precarentur. Adeo ad vivum 'expreſſa damnati hominis, ſuamque ærumnam & ægritudinem deplorantis imago 'potuit. Vide, quid ejusmodi valeat figurarum exercitatio, quæ calcaria ſunt affe'ctibus admovenda, ut irritentur & ferveant. Cætera præter exclamationem, item'que interrogationem identidem uſurpandam, prout natura ipſa & neceſſitas Ora'tionis videbitur poſtulare, nudâ, fere jejuna, infirma & ingrata ſunt Schemata, 'puerorum tyrocinio potius, quam Eccleſiaſtarum ſuggeſtibus alleganda.

Nobis jam ſint optima quæ ſequamur exempla Bourdalou, Segneri, Maſſilon, & Skarga: Horum lectio abſque ullis præceptis egregios prædicatores formabit. Jbi orationem & ratiocinationem ſolidiſſimam, clariſſimam, ſimplicem, & bene diviſam, eamque fortiſſimam, unctione Divini Spiritus plenam, denique efficaciſſimam, tanquam in ſpeculo contemplabimur.

268. Cæterū ut finem rei de Concionatoribus imponamus: Sacerdotes noſtros, qui ſe in hac Sacra arte exercent, ac Eccleſiæ dignos Oratores ſe formant, vehementer cohortamur, ut, ſi rectè, fortiter, ordinate ratiocinari, ſi res non verba afferre velint, ut inquam in ſingulis concionibus cauſas rei intimas, & modos ejusdem practicos, ſolidè præmeditentur, & antequam ad eloquendum accedant, ſimilem huic quæ ſequitur ratiocinationem nedum mente concipiant, ſed & calamo

prius

http://rcin.org.pl

prius deſcribant, ut nôrint quo ipſis tendendum tota oratione ſit, ad quæ dicenda ſententias ſcripturæ & Patrum quærere debeant. Deinde ut in noſtris Eccleſiis ſemper juvenum noſtrorum potiſſimam rationem habeant, quorum cauſa quamcunque propoſitionem ſtatuerint, etiam certè alii qui aderunt auditores, fructum ſemper ex ea percepturi eſſe minime dubitantur.

Sit itaque *vg.* Concio Dominica 3tia Epiphaniæ--*Creſcebat Puer ſapientia, & gratia Dei erat in illo.* Concionis hujus Propoſitio: *Dicemus de recta Studiorũ Chriſtianorum ratione.*

*Diviſio* Conjungendum ſtudium ſapientiæ humanæ cum ſtudio gratiæ Dei: *Pars I.* Modi utriusque hujus ſtudii jungendi: *Pars II.*

*Subdiviſio Partis Primæ,* quare ſtudium humanæ ſapientiæ conjungendum eſt cum Studio Gratiæ Dei ? 1*mo* quia ſtudia humana, ſine cura gratiæ Dei *vana* ſunt. 2*do.* quia *noxia* ſunt. 3*tio* quia ſtudia cum gratiæ Divinæ cura conjuncta utiliſſima ſunt, 1*mo* in præſenti vita. 2*do* in altera vita.

*Confirmatio,* quare ſtudia disjuncta à Gratiæ Dei cura *vana* ſunt ? nam cum brevi laude & fama temporali finiunt ac evaneſcunt cum vita: quod ſi vel longiſſima ſit hominis docti in mundo fama, hæc illum nihil in æternitate juvat. Quare ſtudia disjuncta à gratiæ Dei cura, *noxia* ſunt ? Nam ſcientiæ mentem inflant ſuperbia. Nam mala ingenia ac indoles etiam perverſiores ac humanæ ſocietati nocentiores reddunt. Nam pravum cor & animum graviſſimis in fide erroribus ac impiis opinionibus facile inficiunt, ac à Deo, religione, & ſalutis via facile abducunt . Quare ſtudia cum cura gratiæ Dei juncta *utiliſſima ſunt in præſenti vita ?* Nam honorem etiamſi non quæratur, ſemper afferunt, & plurima ſecum portant vitæ commoda. Nam plurimos & Patriæ & Eccleſiæ fructus apportant. *Jn altera vita* ; nam ſi cum Gratia Dei jungantur, merito ſunt apud Deum, ad Chriſtiane vivendum ſummopere juvant, & in cælo non tantum in terris à Deo præmiantur.

*Subdiviſio Partis ſecundæ* Studia cum gratia Dei conjunguntur, 1*mo* ſi cum *religione* tractentur. 2*do.* ſi cum debita *diligentia* tractentur.

*Cõfirm: ſeu explanatio huius ſubdiviſ:* Quid eſt cũ debita Religione tractare Studia ? 1*mo* eſt bona intentione ſtudere. Omnes actiones noſtræ ad Deum finem ultimũ & ſalutem animæ tendere debent, tanto magis ſtudia omnis generis, quibus tantũ vitæ impendimus. Jntentio itaque & generalis, & ſingularis, quod ad Dei Gloriam ſalutemque noſtram, ſtudiis vacemus perpetuo habenda eſt, mensq; ad Deum dum ſtudemus identidem elevanda. 2*do.* cum religione ſtudere, eſt actus religionis, Sacra, preces, Confeſſiones, Communiones ſtatas nunquam omittere. 3*tio.* Cum religione ſtudere, eſt in harum rerum ac officiorum cognitione proficere, quæ Deo debemus, & quæ nos meliores Patriæ, Eccleſiæ, Familiæ, ac proximo utiliores reddant, eſt officia, quibus erga Deum, Principem, Patriam, Eccleſiam, Parentes, Conſanguineos, amicos, homines, Dominos, ſervos, ſubditos, ac erga nosmetipſos tenemur, rite cognoſcere, & ea exequi. 4*to* denique cum Religione ſtudere, eſt ſtudiis innocentiam morum, virtutesque omnes, præſertim Chriſtianam humilitatem, fugamque peccati conjungere. Qui ita cum Religione ſtudet, Dei gratiam curat & meretur, & cum hac utiliſſima illi ſua erunt ſtudia. *Al-*

http://rcin.org.pl

*Altera pars ſubdiviſæ partis Secundæ.* Studia cum gratia Dei conjunguntur ſi etiam cum *diligentia* tractantur. Rationes, quare Deo hæc diligentia placeat & ab eo requiratur? eſt enim actus juſtitiæ ſtrictæ, quem Liberi Deo, Eccleſiæ, Patriæ, Parentibus & Profeſſoribus omnino debent. Deo qui illis vires & ingenium dedit. Patriæ quæ eos genuit, & ab ijs juvari eget & deſiderat. Parentibus qui tanta cura eos educant, & pro iis impendunt. Eccleſiæ cujus membra ſunt & ad eam fulciendam defendendamque obligantur. Profeſſoribus, qui tanto labore & caritate eos inſtruunt. Diligentiam itaque his omnibus debent maximam, quæ in eo imprimis conſiſtit, ut tempus fruſtra non deterant, horas ſtudiis debitas ritè impendant. &c. &c.

*Epilogus*, Cohortatio gravis, ut juvenes omnes & quicunque alii, quibuscunque ſtudiis vacant, curent ſimul gratiam Dei *Religioſè* ſtudendo, *diligenter* ſtudendo, & ſuperius dicta brevibus repetuntur. Ad ſuperiora jam teſtimonia & ſententiæ ex Scripturis & Patribus facilè reperientur.

269. Talia & in Divorū panegyricis lineamenta prima ducenda ſunt. Ut è Bourdaloue de D. Franciſco Saleſio: *In fide & lenitate ipſius Sanctum fecit illum, Eccl:* 45. De mirabili lenitate Saleſii verba inſtituemus. *Partitio.*

Divus Franciſcus Saleſius vi lenitatis & affabilitatis debellavit hæreſes. *Pars I.* Divus Franciſcus Saleſius ſpiritu lenitatis & comitatis Pietatem in Eccleſia inſtauravit *Pars II.*

*Pars I.* Divus Franciſcus Saleſius vi lenitatis triumphum egit de hæreſibus. Jn quo nam ſtatu erat tum Diæceſis Genevenſis? Hæreſis ubique dominabatur, Plures ſeptuaginta millibus ad fidem reduxit, quo? *Subdiviſio.* 1*mo.* Vi lenitatis patientiſſimæ. 2*do.* vi lenitatis laborioſiſſimæ. *Explicatio:* Lenitas patientiſſima in eo fuit. Tolerandæ illi fuerunt calumniæ, inſultus, ſeditiones, conſpirationes contra ejus vitam. Sed ejus comitas in ſufferendo & condonando offenſas, etiam ab his eum fecit amari, qui eum oderant, affabilitate eos lucratus eſt.

2*do.* Lenitas omnia audens & laborioſiſſima. Jn aulis Principum comparuit in ſpiritu & virtute Eliæ. Omnia quæ ei offerebant Principes rejecit, unico eorum beneficio contentus, ut eum juvarent hæreſes extirpare. Quot itinera Apoſtolica? quot incommoda? quot vigilias? quot labores ſubiit? ſed his omnibus mirabilem dabat efficaciam ejus lenitas. Doctrina convincebat ingenia, ſed comitate ſubjiciebat ſibi corda & animos.

Hinc duplex nobis inſtructio. Diſcamus æſtimare fidem noſtram pro qua tantum Franciſcus egit perpeſſusque eſt. Tractemus proximos charitate & affabilitate, hac potius quam auctoritate ac ſeveritate eos corrigemus.

*Pars II.* Franciſcus Saleſius ſpiritu lenitatis inſtauravit pietatem in Eccleſia. *Subdiviſio:* 1*mo.* Spiritu lenitatis in doctrina. 2*do.* Spiritu lenitatis in gubernatione animarum. 3*tio* Spiritu lenitatis in vitæ exemplis.

*Primo*, Spiritus lenitatis ejus in doctrina. Non quod principia ejus non fuerint Chriſtiana ſeveritate morum digna, ſed modus eam tradendi ita comis, ſive prædicaret, ſive colloqueretur cum hominibus, ſive ſcriberet, in eo fuit, ut gratiā ſingularem verbis ejus infunderet, quæ tanto facilius, ac majore cum fructu ab auſcultantibus percipiebantur. *Se-*

http://rcin.org.pl

*Secundo*: Spiritus lenitatis in gubernatione animarum:teſtis hujus eſt ordo illuſtris Monialium Viſitationis, cujus totus ſpiritus in charitate fundatur.

*Tertio*: Spiritus lenitatis in ejus vitæ exemplis. Providentia Divina, commune vitæ genus eum ſequi juſſit, ut eum facilius imitari poſſimus. Definivit ille totam Chriſtianam ſanctitatem executione mera & ſimplici officiorum cuilibet conditioni humanæ annexorum, & in his officiis totam devotionem ac pietatem chriſtianam conſtituit. Sed perfecta horum officiorum obſervantia, quanto cuivis Chriſtiano homini labore & diligentia conſtare debet ? quantæ adhibendæ vires & conatus in nobismet ipſis vincendis, & ad noſtra cogendis officia ? Jlle tamen ita cum hominibus ob comitatem morum cunctis carus & amabilis,ita verſatus eſt, ut ejus aſpectu & exemplo, cunctis ſui ſtatus, virtus facilis, cunctis imitabilis ejus ſanctitas & perfectio videretur.

*Epilogus* repetit quæ præceſſere & exhortationem ad Chriſtianam lenitatem continet.

*Lineamenta Orationis funebris*, de Duce exercitus Potoccio. Facile nobis eſt, iisque qui Potoccium norant promptum erit, conijcere, quam jacturam Reſpublica fecit Viro hoc illuſtri amiſſo: ſed ut & ſeris ætatibus de damni magnitudine conſtet, utque ſeſe tales Cives Patriæ ejus forment exemplo, relinquamus poſterorum recordationi; (*Partitio*) Quid in Potoccio exercitus, quid curia Patrum, quid religio & templa amiſerint.

*Subdiviſio Partis I.* Dux exercitus fuit præſtans *bello*: fuit præſtans *pace*. Præſtitit iis omnibus quæ ad belli adminiſtrationem in Duce deſiderantur. *1mo.* Scientia rei Militaris. *2do.* Virtutibus omnibus ad imperium militare neceſſariis. *3tio.* Auctoritate rara. *Quo ad 1mum.* Scientia rei militaris: ortus è Familia ſummis viris Senatoribus, Reipubl: Miniſtris, Primatibus Regni, at præſertim imperatoribus copiarum permultis, trophæis, quæ Patriæ pepererant, clariſſima; ad rem militarem, cum ſanguine è tot claris Ducibus, ſibi infuſo, tota indole ſe ferri ſenſit. Rem militarem bellando ſub Carolo Gothorum Rege didicit. Scientiam rei militaris propriis imperiis, & cum victoriis tum etiam infortuniis, à quibus nullus ſummorum Jmperatorum exemptus eſt, maximam aſſecutus fuit. *Quo ad 2dum.* Virtutibus omnibus &c: Virtutes Ducum ſunt. Religio, Principis & Patriæ amor. Jngens & contemptor mortis animus. Cognitio perfecta artium & regendi, & cōtinendi in officio exercitus,in eoque diſponendo comitas, ſeveritas, liberalitas, diligentia, labor, temperantia, moderatio animi. Hæ virtutes in eo eluxerunt ſummæ. *Quo ad 3tium.* Auctoritatem conſecutus eſt maximam apud Principem & Rempubl: exiſtimatione & opinione ſumma, quam meruit ob res præclare in Republ: geſtas, ob experientiam in imperiis militaribus, ob famam apud nationes Principesque exteros & vicinos. Hæc omnia egent confirmari multis, quæ ducentur ab exacta cognitione vitæ, virtutum rerumque ab eo geſtarum, quem laudas, ſecus nihil potius dicendum.

Excelluit iis omnibus quæ in Jmperatore exercitus *pacis* tempore deſideratur. *1mo.* Exercitum tranquillum ac obedientem in officio ſemper continuit,

*2do.* Pacem internam Reipubl: conſervavit. *3tio.* Jmminentia cum vicinis belli avertit pericula. Majus vero eſt & Patriæ longe utilius pacem & tranquilitatem internam externamque ſervare, quam victorias & triumphos referre. Ad confirmanda & exornanda omnia ſuperius dicta, facile ſacer Orator, reperiet, quæ applicet de Samuele, Gedeone, Joſue, Davide, Machabæis &c: Et concludet optimum bello & pace Jmperatorem exercitui amiſſum.

*Subdiviſio Partis Secundæ*, *1mo.* Senator bonus, *2do.* Senator Patriæ ſalutaris fuit, *1mo* Senator *bonus*. Summa animi honeſtas, & cordis rectitudo, veritas, magnanimitas, Juſtitia, publici non privati boni amor; rerum Patriæ ſcientia & experientia, externarum ampla notitia, vitæ ſplendor, & debita magnificentia, munificentia & amor in equeſtrem ordinem, opum ac patrimonii honeſte conſervandi augendique cura, in Conſilio prudentia, fidelitas & zelus, hæ ſunt Senatoriæ laudes, quas ſciens vitæ Potoccii ubertim in eo reperiet. *Secundo* Senator Patriæ *Salutaris*. Jn Comitiis, in Tribunalibus, Jn Senatûs Conſiliis, in Conventibus Provinciarum. Jn tractando cum exteris ac vicinis Principibus. Hæc è rebus geſtis ab eo dum viveret probanda, præſertim quam multorum fortunas & opes juverit. Bonum ergo & ſulutarem ſibi Senatorem Reſpub: amiſit.

*Snbdiviſio Partis III.* *1mo* quæ privatim, *2do.* quæ publicè religioſiſſime egit. *1mo* Privatim. Vita ejus privata Chriſtiana fuit. Sanctum illum non facimus. Peccata ut homo habuit, ſed emendavit. Ejus religio Domi, & in Templis, preces, frequens & pius Sacramentorum uſus. Obſervantia Eccleſiæ. Juſtitia in ſolvendis quæ debentur Eccleſiæ. Fidei Orthodoxæ zelus, & amor. Liberalitas ſumma in pauperes. *2do.* Quæ palam pro religione egit, ac poſteris monumenta reliquit, ſunt plurimæ fundationes utiles & piæ. Eccleſia itaque maximum fautorem Columenque amiſit. Ad hæc ſingula exornanda ſcripturarum Patrum ac virorum Sapientum textus & teſtimonia Orator haud difficulter è libris colliget. Jta diſtributa pulcherrimo intus ordine ejus procedet Oratio. Sic itaque Concionatores noſtri conentur ſibi brevibus prius delineare, totum Sacræ Orationis Syſtema, antequam ad componendum accedant.

Si cui vero Oratorum, maxime Concionatoribus commendatur, Lectio ac imitatio Ciceronianæ Orationis pro Lege Manilia, quæ una perfectiſſimum exemplar eſt internæ, ſolidæ pulcherrimæque diſpoſitionis in quavis Oratione, præſertim longiore. Hnjus diligentiſſima lectio ac conſideratio, melius quam uberrimæ perceptiones ordinem hunc clarum, modumque ratiocinandi quemlibet edocebit.

Quod jam ad elocutionem ac ad pronunciationem actionemque attinet, ſatis ea ſint, quæ pro Profeſſoribus Rhetorices ſuperius deſcripta ſunt.

Jam finem unum ſcopumque, qui Concionatoribus proprius eſt, ſibi noſtri Eccleſiaſtæ præfigant, Dei nimirum gloriam ac converſionem ſalutemqne animarum. Non vanas nimirum hominum quærant laudes, popularem auram, acclamationes & applauſus, qui quamvis non quærantur, imo etiam contemnantur, tamē virtutem ſequuntur; Sed eos captare ac deperire, nihil eſt verbi Divini præconi-

bus

http://rcin.org.pl

bus aut indignius, aut majoris levitatis, vanitatis, & criminis. Si enim ſe non Deum quærunt, quid mirum ſi Deus ſubtracto ut ſolet ſuperbis vaniſque auxilio, nihil per eos in animis hominum operari dignatur, ſi neminem à viis peſſimis ad viam ſalutis convertant, ſi cum plauſus venantur, plauſus duntaxat referunt, & recipiunt, in vita mercedem ſuam. Jlle qui dixit, non quæro gloriam meam, ſed ejus qui miſit me, Patris, faxit ut ad ſolam Ejus gloriam Concionatorii noſtrum omnium labores, recta ſanctaque intentione perpetuo dirigantur.

Jam cum tanti in Eccleſia momenti ac fructus ſit Verbi Dei prædicatio, hæc omnia pro noſtris Juvenibus in Profeſſoriis ſtudentibus fuſiùs de induſtria, mandato noſtro conſcripta, ut ijs à PP. Profeſſoribus diligentiſſime, una cum optimorum Concionatorum exemplis explicentur, majorem in modum commendamus & præcipimus.

270. Quæ hactenus de Scholis publicis dicta ſunt, ſuo modo etiam & Collegio Nobilium, & privatis quibuscunque educationibus, & Studiis noſtrorum accomodanda ſunt. Cum tempore, alia longe melior, longeque utilior docendi methodus, à doctis in Provincia noſtra, aut vero etiam in Republica viris reperiri, & debita auctoritate præſcribi poterit: interim hanc, donec perfectior præfiniatur, docendi rationem Noſtri conformiter ubique ſequentur.

271. Caveant autem ea in Scholas inducere, quibus ſemper ſatisfaciendo non ſimus, nec ad ea ex fundationibus obligemur, uti Philoſophiam, ubi fundatio non eſt, vel in Scholis publicis docere lingvam Gallicam, cujus vix principia pro intelligendis bonis libris noſtri juvenes haurire ſolent, riſuique ſeſe exponerent, aut Parentes pucrorum deciperent, Superioresque Provinciæ non neceſſariis difficultatibus involverent, ſi talia introducerent. Unde ne unquam introducantur ſimilia, *in quocunque genere*, Patres Provinciales diligenter præcaveant.

272. Denique jam, ut & alias innuimus, ſine bonis libris rem literariam ſtare non poſſe, id itaque perſuaſum habeant, & Provinciales, & Rectores, & Omnes Noſtri, quod uti ab aliquo de neceſſariis tribus ad bellum auxiliis dictum ferunt, neceſſarios nempe ad bellum eſſe, primo Nummos, ſecundo nummos, tertioque nummos; ita neceſſaria ſint, hæc tria ad docendum diſcendumque ſubſidia, primo libri, ſecundo libri, tertioque libri. Abſque his nihil noſtros conatus profecturos. Proinde tam PP. Provinciales de augendis quovis triennio pro Studiis Provinciæ, quam PP. Rectores de augendis pro Bibliothecis Domorum libris, ſolicitiſſimam gerant curam, Magiſtri vero ac Profeſſores iis & diligenter utantur, & majorem in modum ut par eſt ſuis commendent diſcipulis, eorumque illis notitiam tradant. Ut Scholaſtici libri in Typographia noſtra imprimantur, PP. Provinciales, Rectoresque Domus Varſavienſis ac Præfecti Typographiæ procurent, & partem curarum Provincialium potiſſimam hanc eſſe exiſtiment. Præfectus Typographiæ, pleroſque ejusmodi meliores libros, quorũ tot ſuperius annotati ſunt, aut qui peritorum virorum commendatione ad notitiam pervenerint, pro noſtris Domibus etiam ab exteris conducere ſatagat; ita Rectoribus boni Communis amātibus rem commodam ſine ſuo damno faciet. Si-

Simul hæc fieri nequeunt: ſed paulatim, dum Præfecti Typographiæ induſtrii ſint, dum præſint, qui id cordi habeant, promoveant, & permoveant, certè fieri & poſſunt & debent.

273. Partē hanc Quartā ſeparatim Typis impreſsā Ordinationū de Scholis publicis, PP. Provles ita per omnes Domos noſtras diſtribuent, ut præter PP. Rectores, Concionatores & Præfectos Scholarū, ſingula exemplaria haberi poſſint pro cujusvis Schola: quæ inſcribantur pro P. Rectore: pro P. Concion: pro P. Præfecto, pro P. Profeſſ: Phliæ, pro P. Profeſſ: Rhet: &c: Jtē ut Podolinii Novitii noſtri hanc exemplarium copiam habeant, ut terni ſaltem uno uti poſſint. Jtem in Studio Rhetorico ac in Studio Philoſophico Noſtrorum, ut inter binos ſaltem exemplar unum reperiatur, quæ exemplaria inſcribantur: pro Novitiatu, pro Studio Rhetorico, pro Studio Philoſophico, ac vicena plus minus ad has Domos mittantur. Deinde ut Noſtri omnes, Anno finito, cum diſceſſuri ſunt, eoſdem libros ad P. Rectorem reportent, qui in ſeparato loco eos conſervari faciat, ac noviter adventantibus iterum diſtribuat. Neque ulla diligentia omittatur ut hæc exempla per Domos transmiſſa non deperdantur, neque deſtruantur. Reliqua vero exemplaria in Archivo Provinciæ deponantur & conſerventur.

## FINIS PARTIS QUARTÆ.

Fundacji im. I. I. Michalskich
Ze zbiorów
XVIII. 2. 33
http://rcin.org.pl

http://rcin.org.pl

http://rcin.org.pl

http://rcin.org.pl

XVIII-2-33
1-4

http://rcin.org.pl

http://rcin.org.pl

http://rcin.org.pl

http://rcin.org.pl

XVIII. 2.33
http://rcin.org.pl
5

# ORDINATIONES VISITATIONIS APOSTOLICÆ.

*Circa Collegium Nobilium, Capſam Provinciæ &c: &c:*

Pandecti im. J. I. Mich... ze zbiorów ...

## PARS V.

## Ordinatio Collegii Nobilium Varſavienſis.

COllegium Nobilium Varſavienſe, & Chriſtianæ pietatis incremento, & non parvæ Reipubl: utilitati, Patriæque commodo, nec modico Congregationis Noſtræ ornamento fore palam eſt, dum præcipuæ perpetuæque Provincialium curæ ſit, præſertim quo ad idonearum perſonarum, tam ad regimen, quam ad Scholas & Officia alia iſtius Collegii, neceſſariarum delectum. Quod cum ſingulari eorum ſolicitudini majorem in modū commendamus, ea omnia quæ ad bonam hujus Collegii gubernationem deſcripta ſequuntur, Actis Viſitationis noſtræ Apoſtolicæ inſerimus & confirmamus.

### §. I.

### *Syſtema Generale Collegij Nobilium.*

1. IN Collegio Nobilium Scholæ omnes ſeparatæ, propriæque loci, & ſui omnium Profeſſores erunt. Eo ordine ac methodo, omnia in iis fient, qui educationi Nobilis Juventutis conveniens & utiliſſimus judicabitur, uti infra ratio ſtudiorum præſcribetur. Docebuntur imprimis Juvenes vitam Chriſtianam & civilem, quo fine Catechiſmus ac Doctrina Moralis ſtatis temporibus, ut erit infra, ijs tradentur, ac pietatis exercitia, prout inferiùs. Docebuntur, lingua Latina, Gal-



Pand... im. J. I. Mich... ze zbiorów
http://rcin.org.pl
XVIII. 2. 33
5

lica & Germanica, & qui volent Jtalica. Docebuntur principia humaniorum literarum, Rhetorice, Philoſophia, Arithmetice, Algebra, Geometria, Trigonometria, Architectura Militaris, Civilis, Mechanica, &c: Hiſtoriæ Sacræ, Hiſtoriæ univerſalis veteris & recentioris, ac hiſtoriæ Patriæ principia, Geographia, Ars delineandi. Jus publicum patrium, Politice, Exercitia Corporis, ut ars ſaltandi, armorum, equitandi, equi lignei &c: Muſice qui volent. Si qui Theologiæ vacare voluerint, Scholam publicam frequentabunt.

2. Circa Convictorum & Convictus regulas. Quemadmodum ad formam Collegii Nazareni Romæ, hoc Nobilium Collegium inſtituitur, ita ejus regulas, uſus & conſvetudines, prout pro indole loci fieri poteſt, ſervabit.

3. Maxime vero circa diſtributionem Convictorum per ætates, Cubicula & Menſas, ſuosque Sub-Præfectos ſemper è noſtris, non Sæculares, utque iidem juvenes ita per ætates & Cubicula diviſi, etiam ad refectionem Menſis, & ad recreationes ſeparatis ſemper Cubiculis, locisve etiam in horto ſeparatis, dividantur, ita, ut nec in hortis noſtro, aliisve, nec in ullis quibuscunque extra Domum locis unquam permiſceantur, id quod in Collegio Nazareno ſacroſanctè obſervatur: ubi ne Juvenes unius Cubiculi cum Juvenibus alterius, abſque licentia Subpræfectorum, ullum unquam commercium, aut colloquium habeant, quam diligentiſſime præcavetur, nec cubicula aliena ingredi unquam permittuntur. Fratres quoque germani diverſæ ætatis in diverſis juxta ætatem cubiculis omnino collocabuntur, nec ullo modo oberit quod fortaſsè unum ſervum particularem, duo tresvè Fratres habebunt, cum ob hoc qualecunque ſervi incommodum, tamque vilem cauſam, regula hæc adeo Collegiis propria & neceſſaria mutari, ætatesque Convictorum permiſceri non debeant. E' Collegio abſque licentia Rectoris nunquam Convictores exibunt, nec cum communiter omnes vel plures ſimul exeunt, nec cum ſinguli. Nunquam pariter extra domum Convictores prodibunt, abſque aliquo è noſtris Religioſis, aut vero etiam, ſi qui Domi inter nos manebunt, Sæcularibus Directoribus vel Magiſtris, aut ſaltem ſine aliquo homine honeſto quem Parentes aut Conſanguinei illorum pro eis accipiendis miſerint. Nunquam vero cum ſolis ſervis, ſive eorum particularibus, ſive Collegii exire permittentur. Convictores nunquam cubicula ulla noſtrorum Religioſorum, qui cum iis immediate non manent, atque ad eorum cuſtodiam non pertinent, ne Profeſſorum quidem ingredientur, abſque Præfecti licentia. Noſtri quoque (præter eos quibus Convictorum cuſtodia commiſſa, eſt vel quibus officium inſtruendi Convictores in cubiculis injunctum eſſet,) nunquam manſiones Convictorum ingredientur etiam eorum proprii Profeſſores, ſine ſcitu & conſenſu vel juſſu P. Rectoris.

4. Cum vero domus hæ duæ Varſavienſes adeo vicinæ ſint, omnis alia cōmunicatio mutua inter eas in perpetuum tollitur, præter portam unam in muro horti, quæ remanebit propter commodam aliquando cum Eccleſia noſtra communicationem; ſemper tamen porta hæc clauſa manebit, & duntaxat pro Convictorū, cum ſimul omnes Eccleſiam adibunt tranſitu, uti feſtis principalioribus, item pro neceſſitate noſtrorum, cum ſcitu & facultate ſemper ſui Rectoris, aperietur, &

mox

http://rcin.org.pl

mox claudetur, nec unquam vel brevi tempore aperta relinquetur. Proinde ab earum utraque claves erunt apud ſolos Patres Rectores, nec alius ullus clavem ab his portis ſervabit, niſi ſuam illi Rector dederit, qua tamen Rectores neminem abuti permittant. Jam vero aditus alias ordinarius Eccleſiæ Noſtræ, & Collegii Veteris, tam Convictoribus quam Patribus, erit per viam publicam. Unde noſtri eo egreſſuri pallia, & licentiam à Rectore accipient.

5. Sacroſancte id perpetuo obſervabitur, tanquam Collegiis ejusmodi Nobilium privatis, proprium & eſſentiale, ne unquam ulla vel maxima cauſa, caſu prætextu, ratione, ſeu quocunque demum titulo, Juvenes alii, qui in Collegio Convictores non ſunt, in eoque non manent, admittantur ad Scholas, venientes ex externis domibus, ſive Palatiolis, etiam ex noſtra veteri Domo, cujuscunque dignitatis, etiam quam diſtinctiſſimi gradus & Familiæ fuerint. Quod intelligitur non tantum de Scholis, ſed de quibuscunque aliis linguarum, Matheſeos, ſimilibusque lectionibus ac exercitationibus Corporis. Si enim unus ab extra ad tale Collegium adventans pro ſtudio admitteretur, palam eſt, aliis pluribus nullam juſtam repulſam aut excuſationem dari poſſe. Itaque facile Collegium Convictoribꝰ privaretur, & mores regulæque Convictorum diſſolverentur.

6. Ordo temporis quotannis publice exponatur, tam pro ordinariis, quam pro extraordinariis occupationibus, devotionibus, officiis &c: qualis infra annectetur, isque religioſiſſime obſervetur, quod ſummæ curæ Superioris, ac Præfecti Collegii commendatur, neque unquam hora prandii 12. præter dies, cum Tragediæ præſentantur & vacationum tempus; neque hora refectionis ſerotina ſeptima & media, præter vacationes generales permutetur.

7. Experentia conſtat, fieri non poſſe, ut multitudo Juvenum ſimul bene doceri, iisque omnibus ut par eſt attendi poſſit, præſertim à Rectore & Præfecto Collegii; hæcque cum quedam exceſſu multitudo Adoleſcentum in talibus Collegiis, etiam male apud externos audit, & plerique Parentes, Viri graviores opinionem bonam de talibus Collegiis, in quæ quam plurimi admittuntur Juvenes, amittere ſolent, ut in iis omnes bene educari diligenterque erudiri poſſint; quod digniores Viros & Familias non immerito abſterret à talibus locis, & ab hoc educationis genere. Utinam id, hoc collegium, Regentium imprudentia aliquando non experiatur. Præterquam ergo quod magnopere invigilabunt huic rei, ut omnes Convictores è bona Nobilitate, quorum Familiæ minime ſuſpectæ ſint, quorumque Parentes famulatu aliquo etiam in œconomicis obſtricti non ſint, ad hoc Collegium admittantur: inſuper etiam, niſi propria experientia, quæ talibus Collegiis nocent, condiſcere velint, magnopere attendent, ne unquam Sexagenarium numerum, numerus Convictorum excedat, ſed inter quinquaginta ac ſexaginta prudenter reſtringatur, quorum plures neque etiam commode in hoc domicilio locari poterunt. Prudentia ſuadet certum modum in his rebus ponendum eſſe, numerumque definiendum, ſecus multiplicata gente non magnificabitur lætitia. Inſignis autem ſatis eſſet meriti erga Patriam quinquagenos vel ſexagenos Nobiles Juvenes, ſingulis aliquot annis, bene educatos Parentibus reddere. Conſilium



http://rcin.org.pl

hoc, ſola lucri aviditas pervertere poteſt, (quo mediocri Domus hæc ſatis ornari ac manuteneri poterit) certe non Patriæ bene gratificandi cupiditas.

8. Convictores tam qui ſolvent, quam qui ex fundatione ſuſtentabuntur, æqualiter omnino in omnibus tractabuntur, ac curabitur à Superioribus quo ad fieri poterit, ne adoleſcentibus aliis ſaltem certo pateat, qui ex fundatione admittentur, vitandarum inter eos contemptionum cauſa, quod in Collegio Nazareno celari ſolet.

9. Si qui Parentum cum Directoribus Sæcularibus (*les Gouverneurs*) vellent ſuos filios omnino collocare in Collegio, quamvis id devitandum ſit, aliquãdo forte penitus recuſari non poterit: Sint Viri, probi graveſque ac ad ſocietatem cum Noſtratibus apti. Eo caſu curandum ut tales Directores in ſeparatis cubiculis maneant; Juvenes vero eorum in Cubiculis cum Juvenibus aliis, vel ſi id Parentes omnino nollent, potius ergo Rector curabit ut in communibus Cubiculis, etiam Directores locentur cum Juvenibus, quam in ſeparatis Cubiculis, duntaxat cum ſuis. Hæc enim extra proprias Convictorum manſiones, nonnullorum Convictorum in aliis Cubiculis collocatio, non parum bono ordini & vigilantiæ noſtræ, obeſſet, & ſingularitas hæc, ac diſtinctio noceret, ac Collegio gravis eſſet. Denique occurrente tali caſu, Rector & ſua prudentia & conſilio aliorum utetur. Directorum talium Sæcularium Auctoritas nulla erit, quo ad ordinem temporis, ſtudia, reſque omnes, conſuetudines & regulas, in Collegio ſervari ſolitas, & præſcriptas, illos enim meminiſſe oportet, ſe ad legem, non cum lege veniſse: qua de re præmonebuntur Parentes: eorumque Juvenes nullomodo ab immediata penitus Rectoris, Præfecti, SubPræfectorum jurisdictione eximentur, neque ſine eorum licentia pedem Domo efferent, nec à communibus officiis, menſa, recreationibus, & hujusmodi aberunt. Si tales Directores intolerabiles eſſent, à Rectore Parentes præmonebuntur, & denique omnino Domo movebuntur. Utilius jam ſecuriuſque ſemper erit & paci domeſticæ conſultius, tales Directores quo ad fieri poterit non admittere.

10. Servi particulares Juvenum, quo ad fieri poteſt, admitti recuſabuntur; famulorum interea (Laquais ou Domeſtiques) ſufficiens numerus, juxta numerum juvenum, honeſtè uniformiterque veſtitorum conſervabitur, quorum unus ternis vel quaternis Convictoribus ſerviet. Si vero, ut ſemper conandum eſt, ſervi aliqui particulares recuſari: nullo modo poſſint (quod tamen quam rariſſimè, & niſi aliter omnino fieri non poſſet, permittendum non eſt) ſtipendia talium ſervorum in manu Rectoris à Parentibus deponentur, Parenteſque præmonebuntur, tales ſervos, ſi mali vel immorigeri eſſent, abſque difficultate ulla amovendos eſſe, & ſi tales eſſent, re Parentibus ſignificata, amovebuntur. Qui ſervi particulares, cum aliis æquè, menſis inſervient, & munditiem cubiculorum curabunt, dominoſque ubique ſequentur.

11. Quæ ad commodum, honeſtum, ſufficientemque victum & potum pertinent, præcipuè circa Culinæ, Menſæque quam maximam munditiem, omni poſſibili cura, ſemper Superiores attendent: nec quina mane, quaterna veſpere fercula

http://rcin.org.pl

cula omnia bona & juſta, unquam diminuantur, præterea jentacula & antecænia, ut hac de re erit infra in Officio Rectoris.

12. Mali Juvenes, qui tentatis omnibus modis corrigi non poſſunt, Parentibus quibuscunque reddentur, qui ſi juſti eſſe nolint, fatiùs tamen eſt unius eorum cujuscunque injuſtam offenſionem incurrere, quam totius Collegii incredibile damnum, contagionem, jacturamque pati. Expertiſſimus complures annos Collegii Naſareni Rector,& Inſtaurator Paulinus, Generalis Ordinis, affirmavit, duabus his rebus florere Collegium Naſarenum, quod Juvenes quoscunque male feriatos omnino dimittat, & quod actus publicos (de quibus infra) magna ſemper cum diligentia & laude producat.

13. Leges quæ ad notitiam ipſorummet Convictorum pertinent, utpote quas ipſi obſervare debent,ad calcem harum omnium Ordinationum ponentur, eſt præterea Typis impreſſa *Informatio de Collegio Nobilium* pro Parentibus Juvenum, de qua infra.

14. His rebus generalibus præmiſſis, antequam ad ſingulorum è noſtris in hoc Collegio officia deſcendatur, neceſſariæ è noſtris Religioſis in eodem perſonæ adnotantur. Rector. Vice-Rector, vel Procurator Domus. Præfectus Collegii Nobilium. Vice-Præfectus. (qui etiam unus ę Profeſſoribus eſſe poterit.) Pater Spiritualis ſeu Confeſſarius & idē Concionator. Profeſſor Philoſ: Profeſſor Matheſeos. Profeſſor Rhetorices. Profeſſor Hiſtoriæ & Geographiæ. Profeſſor Primæ Rhetorices incipientium Rhetoricen,ſeu Humanitatis principiorumve Rhetorices. Profeſſores Syntax: Grammatices, Incipientium. Sub-Præfecti ad Sexaginta Convictores ſaltem ſex, vel plures. Magiſtri Linguæ Gallicæ ſemper externi, cum accentus hujus linguæ aliter diſci non poſſit. Magiſtri Linguæ Germanicæ. Magiſtri ad exercitia Corporis. Tot perſonis ut commode ſinguli ſua tractent, Domus hæc eget, præter famulos.

## §. II.
# OFFICIUM RECTORIS.
## *Una cum diſciplina, diverſisque Legibus Collegii.*

15. RECtoris Officiū perſe patet: qui & omnibus regulis aliorū Rectorū æquè tenetur,& habet eaſdem Officii partes. Inter præcipua tamen Rectoris hujus loci munera, alia quidem cæteris Rectoribus commmunia, alia Collegio Nobilium propria, hæc fere ſunt.

16. (*Vigilantia & Zelus Rectoris.*) Obſervantiæ tam noſtrorum Religioſorum ſingulorumque officiis, quam regularum, quæ ad Convictores pertinent, diligentiſſimus, vigilantiſſimus, ac zeloziſſimus erit Cuſtos. Ex ejus enim regimine, quale fuerit, bonum vel malum, bona vel mala Collegii fortuna pendebit.

17. Rectoris præcipuæ curæ erit, ut religionis erga Deum actus ſeu pietatis exercitia ſanctè exacteque tam à noſtris, quam à Convictoribus obeantur: hæc

vero

http://rcin.org.pl

vero ſunt, quibus perpetuo invigilabit, pietatis exercitia: Orationes Matutinæ, & veſpertinæ ante cubitum, communes omnibus Juvenibus. Quotidianum Sanctiſſimum Miſſæ Sacrificiū. Jnvocatio Dei ante & poſt Scholas ſingulas. Benedictiones devotæ & gratiarum actiones ad Menſam. Preces poſt pomeridianas Scholas. Cōfeſſiones & Communiones quovis Menſe & maximis Feſtis, Duoque Sacra diebus Communionum. Præparatio, & gratiarum actio circa eaſdem. Congregationes diebus Feſtis mane: Quotidiana ante Sacrum poſt intentionem precesque recitatas piæ conſiderationis per quadrantem horæ in Oratorio prælectio. Singulis diebus Dominicis & Feſtis ante meridiem per horam doctrinæ Moralis explicatio Singulis itidem Feſtis & Dominicis poſt meridiem Catechiſmus & rerum ad Religionem pertinentium traditio. Exercitia Spiritualia triduana in Septimana Sancta.

18. Ne vero & noſtri dum alios ad pietatem ducunt, in ea ipſi langueſcant, proinde noſtri Religioſi in Convictu commanentes, inter primum & ſecundum campanæ pulſum, omnes omnino ſemper ſurgant, & ſe veſtiant, ita ut veſtiti paratique ſint ante pulſum ſecundum, quo dato, factaque brevi oratione in ſuis genuflexoriis, mox famulos jam item veſtitos & paratos vocent, ac juvenes excitari faciant, obambulent, & attendant, ut juvenes ſurgant, ut ad Deum cum ſigno Crucis conſvetisque precibus mentem elevent, ut modeſte cum ſilentio celeriter ſe veſtiant, lavent, &c: Interea noſtri preces privatas recitent, vel obambulando legant, quæ noſtrornm eo tempore Orationi vacantium pietas ad majorem modeſtiam in ſurgendo veſtiendoque juvenes excitabit. Signo dato pro matutinis precibus Convictorum ante Sacrum, Subpræfecti ſuo quisque cubiculo attendet ut juvenes debita cum religione ac attentione ſuas preces voce clara & diſtincte abſolvant, optimumque erit, ut iis Subpræfecti præeant, atque cum illis eaſdem preces recitent tam mane quam ante cubitum.

19. Cum vero ſignum pro Sacro audiendo dabitur, tum omnes cum Rectore ſemper quotquot ſunt noſtri in Collegio Nobilium Patres & Religioſi, Profeſſorum, & quovis alio munere fungentes ad Oratorium commune quotidie convenient, & tam lectionem piæ conſiderationis, quam Sacrum primum Convictorū cum iisdem in Oratorio quovis die Feſto & profeſto audient, ac Meditationem abſolvent. Deinde ſua Sacra celebrabunt. Coronulam, Roſarium, Litanias, Examina conſcientiæ, & ejusmodi, poſt tempus ſerotinarum Scholarum, & ante cubitum quotidie pro regulæ obligatione abſolvent. His omnibus Rectores maximopere invigilabunt, certi educationem noſtram ad Chriſtianam vitam moresque formandos præcipuè, imo unice tendere: rationem proinde gravem ſe Deo reddituros, ſi in Collegio adoleſcentes pietatem non diſcant, nosque illis hâc virtute præluceamus. Curabit denique Rector quod communibus regulis tantopere jubetur, ut exercitia annua Spiritualia & ipſe & omnes noſtri abſolvant.

20. (*Studia.*) Rector Collegii Nobilium, ſtudiis omnibus, Præfecti, Profeſſorum, omniumque Officiis, quam maxime indefeſſeque invigilabit, ne vel ſtudia negligantur, vel methodus aut guſtus in tradendis depravetur. Neve actus Scholaſtici, aut negligantur, aut perperam abſolvantur. Totus itaque in id in-

cum-

http://rcin.org.pl

cumbet, ut ratio ſtudiorum inferius deſcripta & ordo temporis, quam exactiſſimè obſerventur.

21. (*Actus Scholaſtici.*) Actus Scholarum tam privatos quam publicos, qui maximam commendationem afferunt, uti ſunt inferius in ratione ſtudiorum deſcripti, ſtatis diebus & temporibus cum omni diligentia, & quam optimè præparatos abſolvi curabit, iisque ſemper præſens aderit, & ut omnes è noſtris adſint invigilabit. Quo ad Tragedias & Comedias, hæ (ſi Rector aliter non ordinarit) ex munere proprio à Profeſſore primo Rhetorices cum ſcitu & conſilio Rectoris deligentur, & tragediæ traducentur ſemper verſu polonico: Comediæ diſtribuentur ſemper Gallicæ. Si volet Profeſſor Rhetorices vel neceſſitatem videret, quærendi adjutorii, hac in parte, vel ipſe alios petet, vel Patri Rectori neceſſitatem aperiet, ut P. Rector, cui judicaverit committat, ut traductionem faciant vel juvent, neque ſe ab hoc Collegii neceſſario obſequio ullus excuſabit. Statim abſoluta Tragedia Profeſſor Rhetorices primis diebus Quadrageſimæ aliam deliget & traducet ipſe, vel cum aliorum ſubſidio, ut ante vacationes generales finiri poſſit, & deinde ante Natalem Domini bene corrigi & purgari, quatenus ſemper feſtis Natalis Domini actoribus diſtribuantur partes: Rector tamen vel quem Rector ad id deſtinarit, examinet, ne in iis vel minimum quid obrepat, quod bonis moribus obeſſe videatur. Repræſentationes hæ Theatrales, nunquam alio tempore quam Bacchanaliorum, ut infra in ratione Studiorum deſignatur, fient. Contrarius abuſus nulla penitus ratione aut perſuaſionibus cujuscunque inducendus, cum id Scholaſticis laboribus plurimum derogaret. Vacationum tamen generalium tempore, vel ad adventum, ſi contigerit, Regium Varſaviam, ſi Rectori videbitur, eædem, quæ Bacchanaliorum tempore productæ fuerunt, Tragediæ & Comediæ produci poterunt.

22. Singulis annis ſtatim à principio Scholarum, indicem Actuum privatorum & publicorum pro anno Scholaſtico incæpto Rector per Præfectum Collegii exponi, in eoque dies ſingulorum actuum notari curabit, ne ab ullo Profeſſorũ diebus deſignatis omitti poſſint; Actusque celebrati in libro ad id deſtinato à Secretario Domus notentur.

23. Linguæ poſt Latinam Gallicæ & Germanicæ ſtudium maximæ curæ Rectoris in Collegio habebitur, cum hæ linguæ primum fere ſint apud externos ſignum & documentum, utrum Juvenes in Collegio profecerint, quapropter & Magiſtros harum linguarum bonos conſervabit, & tales noſtros à Provinciali petet, qui has linguas calleant, vel earum ſaltem bona principia habebunt, præcipuè qui in exteris fuerint, hasque linguas didicerint, quas ſi noſtri quoque non calleant, non plurimum utilitatis à ſolis Magiſtris externis expectandum eſt.

24. (*Commoda in victu.*) Omnia commoda in victu, potu, manſionibus, & hujusmodi ſolicitiſſime ac ſufficienter Rector providebit, itaque propriis ſemper oculis ac continua inſpectione, & prudenti diſpoſitione diligenter curabit, quinque ut mane, quatuor veſpere fercula, ut dictum ſufficientia, munda, & ſapida, item jentacula, antecœnia, potus bonus & defæcatus Convictoribus ſubminiſtrentur.

http://rcin.org.pl

tur. *Mappæ*, mappulæ ſemper mundæ ſint, terque in hebdomada mutentur, mundities maxima, in vaſis & utenſilibus, æque ac in victu reluceat, inde enim ut plurimum talium Collegiorum fortuna pendet, cum Parentes aliique ſcient Adoleſcentes Nobiles liberaliter nitideque tractari. Adeoque Rector hoc loci, non quidem parſimoniæ ſtudioſus, ſed verius dicendo ſordidus, imprudenter ſparcus, natura aut aſsuetudine, aut educatione ſui ipſius vilis & avarus, peſtis ſemper erit, & hujus Collegii ruina, in quo ſumma quidem & exactiſſima œconomia præſertim è parata pecunia utendum eſt, ne nimirum intempeſtivè & ſuperfluè dilapidetur, ſed alia ex parte nihil omnino commoditati, nihil nitidæ rerum omnium neceſſariarum adminiſtrationi, denegandum eſt. Quod totum, quidquid negligentes vel ſordidi Superiores cauſari poſſint, ratione & experientia teſtibus, à ſolo Rectore, uti primo capite, unice dependet. Jam eo fine cæteras inter, (quæ ſi alios Rectores obſtringit, certe Rectori hujus loci maximè propria eſt,) ſuas regulas hanc eſſe præcipuam putabit, ut quam rariſſimè ſe domo abſentet, raro vero quo ad fieri poteſt, à Menſa communi cum Convictoribus; nihilque indecentius, magis diſſonum, aut noxium eſſe ſciat, quam privatam, niſi ſolo infirmitatis caſu, menſam. Extra quoque, quanto rarius poterit, manducabit. Præfectus autem Collegii nunquam penitus extra domum, uti hoc, jam laudabili & perpetua conſuetudine ſacroſanctè introductum eſt.

25. Jam utiliſſimus & per quam laudabilis mos Collegiorum aliorum, in hoc quoque introducetur, ut tempore prandii & cænæ, vel Superior, vel unus è noſtris menſas omnes Convictorum obambulet, prandii, cænæque tempore, ad quod faciendum à Rectore præter Vice-Rectorem & Præfectum, Patres in Collegio Nobilium morantes, hebdomadis ſingulis deſtinabuntur, qui finita Convictorum refectione manducabunt. Qui deſtinatus fuerit, ſolicitè obſervabit modum manducandi, ſedendi, corporis, capitisque rectè tenendi, confabulationum, & ſimilia in juvenibus, eosque ſuaviter admonebit, aut Rectori deferet; quemadmodum & ſi quid deficere ad neceſſarium commodum, animadverterit. Uſus hic plurimum utilitatis afferet.

26. (*Cubiculorum, & munditiei inſpectio.*) Quam ſæpiſſimè cubicula Convictorum Rector obambulabit, ſaltem ter, quatervè in ſeptimana, etiam in ſeram noctem, & externæ quoque Convictorum munditiei in veſtibus, capillitio, induſiis, calceamentis, lectis & ſimilibus invigilabit.

27. Parentibus, Tutoribus, Curatoribus Juvenum, quoties opus, ſcribet, eorumque amicitiam conciliabit.

28. (*Delectus Juvenum.*) Delectum Juvenum omnino habebit, quatenus nimirum (ut jam dictum eſt) omnes ſint Nobiles, dubiosque, ſi id ſciatur, nullomodo admittet, certus facile Collegium hoc præcipitari poſſe tali delectu utcunque neglecto. Jtem famulatu actuali etiam in œconomicis, ſi Dominis ſint obnoxii Parentes, eorum Filii hic locum non habent, etiam in locis ex Fundatione, ſed oportet eſſe quamvis pauperes, liberos tamen: idque maxime ob domeſticam inter Juvenes ipſos pacem. Jn Juvenibus quoque externæ alicujus nationis,

ut

http://rcin.org.pl

ut omnino ſint Nobiles obſervabitur. Commiſſariorum generalium apud Dominos Filii, quantum fieri poteſt, vitandi, ob contentiones, contemptusque aliorum, ut experientia teſtis eſt. Spurii item penitus excludendi. Ætatis ratio diligentiſſime haberi debet, ut prætergreſſi decimum quartum vel decimum quintum annum, niſi de bona eorum indole omnino conſtet, quo ad fieri poteſt, evitentur; niſi in Collegio ad hanc, ſuperioremve ætatem pervenerint. Nihil enim difficilius quam horum vitia ſuperare. Nulla vero ulli diſtinctio, aut ſingularitas, in ulla re unquam concedi debet, id enim peſtis eſt & contagio: abuſus contrarius ob nullius dignitatis reſpectum inducendus eſt, in manſionibus, in victu, in ordine temporis ſervando, & ſimilibus. Majores æquè natu ac minores, prudentia tamen duce, in regulis, officio, ac ſtrictiſſima obedientia continere oportet, majores etiam graviùs puniri, ſi rebelles & contumaces fuerint, ſemper tamen prudentiſſimo conſilio & modo. Principio vero cum adveniunt, auctoritatem Regentium revereri mox diſcant, in quo eſt rei cardo. Peſſimi Juvenes, qui corrigi non poſſunt, à Rectore ut dictum Parentibus reſtituentur. De conſervando competenter Convictorum numero erit ſollicitus, modosque ad id prudenter adhibebit, præſertim tamen ſingulari cura quam optimæ educationis commiſſorum ſibi Juvenum.

29. (*Viſitationes Parentum.*) Convictores nulla omnino ratione extra Collegium dormire permittet. Viſitationes Parentum ſeu quorumcunque ſerotino tempore, minus adhuc nocturno concedet, bona luce omnes ad reditum ſemper coget; ſi qui tardarint, mox ad eos, apud quos detinentur, etiam Parentes, mittet, & ſcribet, vel adibit, omnique meliori modo, ut tempeſtivè remittantur, curabit. Cænationes extra, multominus nocturna ubicunque convivia apud Magnates vel quoscunque, vel choreas adire, nunquam Convictoribus pèrmittet, & cum Parentibus, ut potius Filios recipiant, quam hos abuſus inducant, ſerio aget. Tarde revertentes, ſemper culpam illorum publicè, quomodocunque, levius vel gravius ſentire faciet, etiamſi à Parentibus detenti eſſent. Ubicunque fuerint Juvenes, rationem reddant, & nonnunquam Rector per alios, aut famulos, ſi vera dixerint, inveſtigari faciet. Jn quo autem, quo ad Viſitationes Parentum, Conſanguineorum aliorumque, attentione Rectoris atque ſimul prudentia maximè opus eſt, iſtud certè eſt, ne ejusmodi extra Collegium Convictorum ad prandia vel Viſitationes egreſſus, & mora, quibusvis eorum Studiis ac exercitationibus damnum afferant, aliisque ſint ſcandalo. Diebus præſertim Feſtis Cathechiſmus & doctrina Chriſtiana hora 2. ad 3. traditur, quantum damni eſſet, ſi Juvenes ſæpe ſæpius à Parentibus ad prandia eorum vocati Catechiſmum & hanc Doctrinam Chriſtianam negligerent, rès hæc tamen potiſſima eſt, ſummique momenti, ut ea quæ ad Religionem Chriſtianam pertinent, vitamque & mores formant, juvenes diſcere non omittant: quod ſi has horas doctrinæ Chriſtianæ negligant, quando eam audient? Haud difficulter itaque Rector aliique, Parentibus & aliis, jacturam rei tam neceſſariæ prudenter explicando, obtinere ab iis poterunt & debebunt, ut vel Feſtis diebus liberos ſuos pro prandiis non evocent, vel tertio quadrante pro 2da hora eos ad Collegium pro Doctrina Chriſtiana remittant. Zelus Rectoris id illis fa-

cile perſuadebit, dum abuſum hunc, ut par eſt, & devitare & tollere omni ſtudio ſatagat. Diebus quoque Scholaſticis ne ejusmodi prandia extra, tempus Juvenibus ad eorum exercitia eripiant, magnopere cavendum eſt. Sæpe Juvenum ipſorum tacita factione evenit, ut à Parentibus vel amicis invitentur ad prandia, ſed dum Parentes præmonebuntur, non ita facile eos ſtudiis & officiis avellent, aut ante horam 2*dam* remittent, etiam recreationum diebus, cum lectiones ad exercitia corporis ſpectantes hac hora tradantur. Vigilantia, attentio & deſiderium profectus Juvenum in Rectore, Præfecto, aliisque noſtris, modum reperient, ne hac in re abuſus aut irrepat, aut toleretur. Viſitationes tamē Magnatū pomeridianæ diebus recreationis hora 2*da*, vel Feſtis poſt Catechiſmum, nonnunquam permittendæ ſunt, non tamen ſæpe: ſi vero hora quinta præſertim æſtate, diebus Feſtis & recreationum, cum alii quoque recreationi indulgent, ad viſitandos Magnates vel amicos, Convictores cum noſtris mittantur, id certe & utile, & commendabile eſt, faciendumque quo ad ſæpius poterit. Denique cum longa conſuetudine & uſu à Parentibus, Conſanguineis, & quibuscunque id obſervabitur, quod horis Scholaſticis, exercitiorum, ac Doctrinæ Chriſtianæ Convictoribus abeſſe domo non liceat, mori huic, dummodo firmiter à nobis teneatur, & ad publicam omnium notitiam perveniat, Parentes & omnes ſe non inviti conformabunt. Noſtra intereſt & quāti id momenti ſit noſſe, & conſtanter manutenere.

30. Cum vero fieri nequeat, ut Subpræfecti, diverſos juvenes, ad diverſos locos, pro viſitandis parentibus vel aliis, comitari ſimul poſſint, ne cuſtodia juvenum domi intermittatur, proinde Rector, tam ex Subpræfectis, quos poterit, quam ex Profeſſoribus & Magiſtris prudenter deſtinabit, ut in ſupradictis occaſionibus Juvenes omnino comitentur, nec ullus id noſtrorum recuſabit, cum manentium in hoc Collegio, cæteras inter obligationes, & hæc ſit ex loci neceſſitate. Denique cum aliis ſæculares linguæ Magiſtri, ſi Rectori expedire videbitur, mittentur: nūquam autem (ut dictum) ſoli juvenes cujuscunque ætatis, niſi vir gravis à Parentibus pro iis accipiendis, compareat.

31. (*Recreationes.*) Recreationes ordinarias, ut infra in ordine temporis, ac extraordinarias, prout uſus obtinuit, Rector conſervabit, in iiſque ferculum aliquod, potumque vini addi jubebit, etiam Feſtis Majoribus. Aulæ pro recreationibus juvenum ſemper erunt ſeparatæ à cubiculis, in quibus manent Convictores, diverſæ item pro diverſis ætatibus, uti & ſeparata ſpatia pro ſingulis ætatibus in horto Collegii pro domeſticis recreationibus. Separati denique loci in hortis extra Collegium. Trans Viſtulam vero, aut per Viſtulam nunqnam penitus, nec omnibus ſimul, nec aliquibus Convictoribus, etiam cum Patribus præſentibus recreationes permittet, neque unquam in trabis, & quascunque alias hujusmodi, quæ vel umbram periculi præſeferrent.

32. Conviviola, jentacula, antecænia, potum Caffe, vel alium quemcunque ſumptu Juvenum pro Feſtis Patronorum, aliisve occaſionibus, quæ inter adoleſcentes abuſu irrepere ſolent, maximopere devitari curabit, nec unquam etiam Parentum aut quorumcunque neceſſariorum vel amicorum expenſis id fieri

per-

http://rcin.org.pl

permittet, imo quamvis, vel minimam ejusmodi expenſarum inter Convictores occaſionem avertet, ac ſemper prohibebit. Nunquam vero ſatis, ſe poſſe invigilare putabit, ne clam Juvenes calidiores potus ſibi afferri jubeant, ne ſecreto bibant, ne ſub prætextu recreationum, vel viſitandorum Parentum, amicorum, Cōvictorum aliorum, cum jam ad Parentes diſcedunt, pro ultimo vale conducendorū &c: noxias domos ſocietatesque ineant: furtivis his eorum præſertim ſeniorum evagationibus, vix niſi ſumma attentione obviari poteſt, neque iis unquam hac in parte fidendum, aut credendum, neque eorum famulis. Aliorum Collegiorum Convictores, rariſſimè, & ex vera neceſſitate, à noſtris viſitentur, neque in recreationibus extra ſimul unquam coeant.

33. (*Famuli, & Mobilia Convictorum.*) Famulitium Collegii Nobilium in ſuo officio continebit, & contineri curabit; particulares ſervos Convictorum quo ad fieri poterit recuſabit, ſufficientem vero numerum famulorum conſervabit, iisq; exactè ſolvet. Ad veſtitum uniformem ſervos Collegii Nobilium (Laquais) (dum uſus ſumme conveniens & utilis quam primum poterit, introducetur) obligabit, vel qui noluerint, ex eorum pecunia veſtitum uniformem iis fieri curabit. Circa fidelitatem eorum ut maxime invigiletur, curabit, & famulos minimæ infidelitatis notatos, ut & portitores ſchedularum, emptores potus, & ſimiliū, venditores recularum, quique dona à Convictoribus res quascunque, ut veſtes, etiam laceras, pileos, cingulos, induſia, frameas &c: & ſimilia accipere auderent, absque venia è Collegio eliminabit. Res omnes quæ ad Convictores pertinent diligentiſſimè à SubPræfectis eorum, & cum noviter accedunt, & cum novæ iis res comparantur, cōſcribi inſeribique ſemper, ac ſingulorū famulis recenſitas tradi, & ſingulis binis Menſ:eaſdē res, à Præfecto, primis Febr:& Junii. Ab uno è Patribus, ſibi bene viſo juxta Jnventaria, per famulos recenſeri, huicque rei majorē in modū invigilari faciet, ne Convictores ullo modo ſuis è reculis aliquid cuicunque donent, vendant, aut diſpergant. Hac enim de re præſertim male ſolent audire Collegia. Lacera etiam quævis, reſque veteres famuli conſervent, oportet. Cæteræ eorum regulæ Typis impreſſæ cuilibet ſervire incipienti à Rectore tradentur.

34. (*Peculium privatum Convictorum.*) Si quæ pecunia pro Convictorum privato uſu & placito expendenda à Parentibus eorum relinquatur, tales pecuniæ ſeparatim, apud quem Rector ordinabit, vel apud Præfectum Collegii deponentur, & regeſtra talium pecuniarum expenſarum Convictores diligenter deſcribant, quæ Rector deinde iis, ad quos pertinet reddi curabit.

35. (*Munuſcula.*) Maximopere invigilabit ne ulla munuſcula ſive pecuniaria, ſive quæcunque alia Noſtri à Convictoribus, nunquam accipiant, etiam in minima quantitate, præterquam ſi Parentes ſponte aliquid obtulerint, dummodo ſibi ipſi procuraſſe, aut per ſe vel per Juvenes Parentibus vel Conſanguineis inſinuâſſe non convincantur. Videatur Ordinatio Par: I. §. 2. Nro. 33. Familiaritates quoque noſtrorum cum Juvenibus, ut quam maxime avertantur, ſumma inter omnes ſui officii partes vigilantiæ & attentionis Rectoris intererit.



http://rcin.org.pl

36. (*Contractus cum externis Magiſtris.*) Contractus cum Magiſtris externis Rector ſemper inibit, illosque ab iis inſcribi faciet juxta formam præſentē: de annorum numero, de officiis eorum, de lectionibus, quot horis & quibus diebus dandæ ſint, de aſſociandis ad menſam, & recreationes tam domeſticas, quam extra Convictoribus per Magiſtros Linguarum, & de hujusmodi conditionibus convenietur. Magiſtri Linguæ, ne præcepta unquam Grammatica dictent, ſeu prælo impreſſa Grammatice explicetur, ut erit infra in ratione docendi. Magiſtri Linguarum qui in Collegio manſerint, Rector curet, ut ſemper in aliquo Recreationis juvenum loco adſint, & cum juvenibus converſentur.

37. (*Veſtiarium.*) Veſtiarium noſtrorum Religioſorum cum omni ſufficientia Rector providebit, juxta Communes Congregationis Regulas & uſum. Vel pro eodem veſtiario, ſi fortaſſe ipſi viſum fuerit, certam pecuniā prout conſuetum eſt ſingulis diſtribuet. Circa munditiem quoque lectiſterniorum pro Noſtris cortinarumque circa lectos, ſerio invigilabit. Veſtiarium vero Collegii tam pro infirmis, quam externis, ſi qui locabuntur, Magiſtris, ſufficienter proviſum tenere ſucceſſorique relinquere ſemper curabit.

38. (*Officina pro Jnfirmis,*) Officinas pro infirmis, tam noſtris, quam Convictoribus ſeparaſatas omnino commodis omnibus providebit. Medicum & Chirurgum pro Collegio annuatim conductos ſolvet. Apothecæ regeſtra à parte pro ſingulis Convictoribus, à Præfecto hujus Officinæ ex Apotheca accipientur, ut cum penſiones pro Convictoribus exſolvuntur, mox & Apothecæ debitum exſolvatur: præſertim vero cum Convictores jam è Collegio diſcedunt, ne ejusmodi debitum remaneat, præcavebitur. Omnem omnino commoditatem infirmis Rector in omnibus procurabit, eos ſæpe inviſet, & ne quid iis deſit, maximopere attendet. Paternam denique Maternamque curam infirmorum, tam Convictorum, quam noſtrorum habebit.

39. (*Pro Hoſpitibus.*) Separata cubicula bene decenterque ornata, pro hoſpitibus conſervabit, neminem in iis manere, Jdem intelligendum de Aula in porticu pro excipiendis externis.

40. (*Fabricæ cura.*) Theatrique ac Sartorum tectorum perpetuam curam habebit, ac reparari, veſtesque & ornamenta theatralia commode ſufficienterque provideri tempeſtive curabit. Camini primis Novembris, primis Januar: & primis Martii omnes, ii vero quorum uſus eſt toto anni tempore, uti Culinæ, Braxatorii Piſtrinæ, ſingulis toto anno tam hyeme quam æſtate menſibus, primis menſium diebus expurgentur: & eo fine tabula in Diſpenſatoris cubiculo appenſa exponatur, diesque menſium primi expurgandorum caminorum, ut mox dictum in ea notentur, cujus exactè obſervandæ Diſpenſator curam habeat. Cereolis contortis, & quibuscunque ſimilibus, etiam cum ferreo pede, uti Convictoribus & famulis in perpetuum in hoc Collegio prohibetur, moxque à P. Rectore Præfectovè recipiantur, noſtri quoque in cubiculis iis nunquam penitus utentur, cum ab his plurima contingant pericula. Jn Officiis Domus unus diligentior è famulis deſtinetur, qui ſingulis noctibus omnes, locos, cubicula, culinam, Officinas obeat, ut ignē

ſera

ſera nocte ubique extingui, aut caute cum eo procedi curet. Rectores curent, duas machinas aquaticas, vulgo *Pompy*, ſeu hauſtra hydraulica, ad extinguendum ignem ſacta conſervari, & alia id genus inſtrumenta, in loco ad id in Atrio facto.

41. Et quoniam in hac fabrica camini ita fabrefacti ſunt, ut ſub tecto feneſtrellæ ad caminos purgandos apertæ ſint, in ſingulis caminis, quæ ſi oſtiolis ferreis ad id factis clauſæ ſemper non eſſent, certum & ingens incendii periculum continuo immineret. Proinde in Officiis Domus Rector unum è noſtris, vel hominem ſæcularem diligentem Officii ſemper aſſignabit, qui quoties camini expurgantur aperiat, & expurgatis, mox ſuis ſerris diligenter occludat dictas feneſtrellas: & Rector claves recipiat, ac identidem vel ipſemet utrum ſint clauſæ revideat, vel per aliquem revideri faciat.

42. Ubique in Officinis, Atriolis &c: nedum in tota Domo munditiem ſervari, immunditias è culina, ſtabulo, curritoriis, & undequaque unum in locum exportari, ac inde evehi, cophinos in Curritoriis, aliisque locis ad deponendas, ne feneſtris ejiciantur, quisquilias, teneri, & omnem diligentiam ad mundam univerſam Domum tenendam, adhiberi Rector curet. Quod omne quamvis immediate ad Procuratorem vel cum jubebitur ad aliquem è Fratribus Operariis, vel famulis Domus pertinebit, tamen nitor cujusvis Domus à Patrefamilias primò ubique pendere ſolet.

43. Officinas omnes ſæpius viſitabit, inventaria cubiculorum rerumque omnium diligenter mundeque conſcribi, ac quotannis renovari curabit. Quæ ſunt emenda, tam pro victu, pro fornacibus, &c: quam in utenſilibus ſemper tempeſtive providebit.

44. (*Clauſura.*) Circa clauſuram Collegii ſummam diligentiam ſemper adhibebit, & circa cuſtodiendam inter duo noſtra Collegia præcluſam communicationem, circa impediendas noſtrorum, cum iis, qui ad juvenum cuſtodiam pertinent, & cum juvenibus converſationes & viſitationes. Majorem quoque in modum præcavebit, ne circa Parentum, Fæminarumque, ſi quæ filios ſuos inviſere volunt, ad eorum cubicula ingreſſum, abuſus irrepant, neque præter Matres, Tutricesve, aut inſigni omnino dignitate fæminas, aliæ intra Collegium admittantur, niſi Matres eorum proprias comitentur, conſterque omnibus fæminis, hic ingreſſum iis duntaxat, quarum liberi in Collegio ſunt, patere: Sacroſanctè eo præcauto, ne unquam ſub ullo prætextu ad menſam invitari, ludere, Choreas ducere, diuturnisvè converſationibus immorari liceat.

45. Præter portam principalem Collegii, & cratem primam ferream in porticu, alia cratis & porta, in ipſo ſcalæ maximæ graduumque initio neceſſaria eſt, quæ claudatur ſemper, & à qua idem qui primæ portæ Cuſtos clavim habeat, neminemque ſuperius aſcendere ſine P. Rectoris aut Præfecti ſcitu ſinat, ſed adventantes vel in curritorio expectare, vel ſuum cubiculum, intrare faciat, nec ſecundam hanc cratem aperiat, ſed Patrem Rectorem, vel Præfectum commoneat, ſi aliquis convictor evocandus eſt, ut cum facultate P. Præfecti deſcendere poſſit. Famulos præſertim ad Convictores mitti, aut adventare ſolitos, & ejuſdem conditio-

ditionis homines inferius præſtolari faciat. Tempore Scholarum ac lectionum reſpondeat, Convictores evocari non poſſe, nec unqnam evocet, niſi P. Rector juſſerit. Perſonas vero digniores & graviores ad hoſpitum cubiculum ducat, et de iis mox Patrem Rectorem admoneat. Si vero ad noſtros externi adveniant, niſi ſint penitus noti, ad cubiculum pariter hoſpitum conducat, vel in Curritorio pro modo perſonæ expectare faciat, ac noſtros religioſos, ut deſcendant admoneat. Quod ſi ſint notæ dignioresque perſonæ, iis cratem aperiat, & aſcendere ad noſtros permittat. Præmoneatur à Patre Rectore, ſciatque id portæ cuſtos, quod nemine ſinere debeat, qui ſit ignotus, Rectoris & aliorum in infimo curritorio manentiū cubicula intrare, ſed vel præſtolari faciat, vel ſi advenerit ignotus & omnino velit cubiculum intrare, cum eo ſimul ſemper ingrediatur, ac expectet donec Rector ut egrediatur, annuat, quæ cautela neceſſaria eſt contra malos quandoque homines, & aggreſſores.

46. (*Cubiculorum Partitio.*) Cum in Collegio Nobilium alia ſint cubicula pro Convictoribus cum eorum Præfecto, Vice Præfecto, & Sub-Præfectis, alia pro Rectore, Profeſſoribus, & Magiſtris, etiam ſæcularibus, alia pro omnibus juvenum exercitationibus, Studiis, & recreationibus, alia pro Officinis Domus, maximopere Rector cuſtodiet, & abuſum hac in re cavebit, ne Convictores extra deſignata pro iisdem cum Sub præfectis cubicula maneant, qua in re perneceſſaria eſt attentio, ſecus bonus ordo & inſpectio juvenum conſervari non poterunt. Jn ſexaginta itaque cubiculis, (les alcoves) Convictores, atque inter eos Sub-præfecti ut maneant, neque alia extra poſita cubicula, niſi vinci neceſſitas non poſſet, unquam occupent, ſummopere attendendum eſt. Si etiam principio res ſuperari cum aliquo illuſtriore Parente non poſſet, etiam atque etiam ſollicitandum, ut cum tot aliis æqualibus, cujuscunque conditionis ac natalium ſit juvenis, omnino collocari poſſit: cum revera in ſeparationibus ſexagenis & longe commodius, utpote ſoli in quavis, adoleſcentes, maneant, & diligentius cuſtodiri, ac ſub oculis ſemper eſſe poſſint. Via facti in pluribus ejusmodi occaſionibus, quo ad fieri poterit, procedendum eſt. Omnibus denique agendum modis, ut ordo hic omnes Convictores ſub oculis Præfecti in cubiculis conſulto ita fabricatis & ſeparatis locandi & omnino in perpetuum introducatur, & firmiter conſervetur. Quam rem noſtrorum Rectorisque imprimis conſtantia paulatim ſuperabit, nec cum uſus obtinuerit, poſterioribus temporibus, erit id ita difficilè. Quamobrem cubicula è regione ne illiciant, quo ad fieri poteſt, aliis uſibus occupentur, uti pro infirmis, pro Magiſtris externis, pro Veſtiario, pro noſtrorum etiam aliquo, pro muſæo, & ſimilibus, uno alterove pro ſumma neceſſitate reſervatis.

47. Attendet Rector, ut collocationes Juvenum in cubiculis, & tranſlationes eorundem de cubiculo in cubiculum, ſeu de ætate ad ætatem, abſque ejus ſcitu & approbatione non fiant. Nullo modo vero voluntatis Juvenum in iis collocandis vel transferendis ratio habeatur, imo iis omnino inſciis, cum Rectori Præfectoque viſum fuerit locari eos, transferrique oportet, ſecus inquietudinum finis non eſſet. Jn Collegio Nazaræno id maxime obſervatur, ut juvenes familiaritatis

nimiæ

http://rcin.org.pl

nimiæ notati in diverſa cubicula ſeparentur. Fratres, ſi nimium ætate non differunt, quo ad fieri poteſt, prope ſe collocentur.

48. Singuli omnino Convictores menſulas in cubiculis ſeparatas, ſinguli candelas, ſedile commodum, armariolum, & ciſtam habebunt, neque pluribus eorum cubicula obſtruentur: ſed reliqua in veſtiario, vel ſcrinia in curritorii angulis deponentur.

49. Officinæ in quem uſum ſemel deſtinatæ ſunt, in eum perpetuo adhibeantur, nec loci ratione pro libitu à P. Rectore immutabuntur: uti & theatro junctæ, theatralibus duntaxat rebus, ſemper inſervient. Mobilia ad cubicula, ad Aulas, ad Oratorium, ad Cænaculum, ad hoſpitum & infirmorum cubicula, ad theatrum, & ſimiles officinas pertinentia, præſertim ſedilia, menſæ, ſcamna, & hujusmodi ſuis locis deſtinata, perpetuo in iis manebunt, nec transferentur ad alios uſus, à quo præſertim eorum diligens conſervatio pendet.

50. (*Vigilantia ſuper Juvenibus*) Si cui rei, huic vel maxime Rector cũ Præfecto Collegii invigilabunt, ne unquam Convictores ſoli ſine noſtrorum continua inſpectione & cuſtodia, ſive in Cubiculis eorum, ſive in Eccleſia, ſive in recreationibus, tam privatis quam publicis, relinquantur, ſed ſemper ſint ſub oculis noſtrorum: adeoque Sub-Præfecti majorem in modum obſervabunt, ne cubicula aut ubicunque morantes Convictores deſerant, ſed ut eos tam in cubiculis manentes, quam lectionibus ſub Magiſtris externis vacantes, egredientes è cubiculis ad ad Scholas & lectiones, inde redeuntes; Eccleſiam, Oratorium, locum Refectionis, ac recreationum, accedentes & revertentes ſemper SubPræfecti comitentur & cuſtodiant, eorumque famuli, ita ut ne breviſſimo quidem tempore ſint abſque cuſtode. Adeoque Subpræfecti ita alligati erunt, ſuo cuſtodiendo muneri, ut niſi ab aliis per Rectorem & Præfectum ſubſtitutis locus eorum ſuppleatur, ne pro medio quidem quadrante à Cubiculis & Convictoribus abeſſe poſſint, nec aliter unquam in ſuis extra exire negotiis, niſi præmonito Præfecto & Rectore, ut aliis curam interim inſpiciendorum juvenum commendet. Qua in re, tota ſumma rerũ conſiſtit, omnisque in ſimilibus Collegiis obſervantiæ, modeſtiæ, diligentiæ, morum & ſtudiorum ratio. Et quamdiu hæc vigilantia vigebit, tamdiu laude bonæ educationis florebit Collegium. Aliter bona educatio durare non poteſt: cum, ut experimur, neque perſuaſionibus juvenes ad bonum flecti poſſint, ob naturalem ætatis inconſtantiam, vividitatem, ac indolis mutabilitatem, neque pænæ & punitiones proſint, quibus uti ſervili remedio potius multi obdureſcunt, ſed ſola continua ſuper moribus, & ut ita dicamus, ſuper paſſibus eorum vigilantia longè melius in officio contineri valeant. Pænis ergo raro, perſuaſionibus frequenter adhibitis, continua autem inſpectione juvenum, eorum educatio proficiet. Hanc ergo aſſiduam ſuper iis vigilantiam eſſe ſummam potiſſimamque omnium Regularum ſibi perſuadebit Rector, & ejus obſervationi toto tempore regiminis ſui totisque viribus incumbet. Idoneosque ita, tam noſtros imprimis, quam externos Magiſtros omni prudentia ac ſollicitudine Collegio providebit, maxime SubPræfectos: & apud Provincialem pro iis tempeſtive ſemper ſeduloque inſtabit: adventantibus

autem

http://rcin.org.pl

autem noſtris ad hoc Collegium regulas has omnes tam generales, quam quæ ad eorum munus pertinent, diligenter ab iis perlegendas, dabit, præcipue vero *Parænesim*.

51. (*Pænæ & Mortificationes delinquentium.*) Punitiones & mortificationes Nobilium Adoleſcentum erunt ſumma prudentia & charitate moderatæ. Nunquam ſine ſcitu Rectoris verberabuntur, niſi Rector neceſſitate mature perpenſa id cui generatim permiſerit: nullus vero omnino alias præter Rectorem jus ſibi puniendorum abſque ejus ſcitu arroget, quod tamen adoleſcentes latere oportet. Ad verberationis pænam rariſſime, & niſi quam maxime evidenti neceſſitate, ac incorrigibili pertinacia cogente, devenietur, idque ſemper cum omnimoda deliberatione, moderatione & prudentia fiat. Cum majoribus tamen ætate, quamvis & hi aliquando ad hanc extremitatem cogere ſoleant, tardius adhuc longe, quam cum aliis ad hanc deſcendetur pænā. Jam vero & in aliis leuioribus pænis moderatio & prudentia ſemper elucere debebunt. Pænæ vero ordinariæ erunt: ut recreationibus abſtineant, ut ab aliquibus ferculis, vel jentaculo, aut antecænio jejunent; ut publice omnes pro offendiculo deprecentur; genuflexi, vel ſtantes, ſcripto vel voce; ut ſtando vel genuflexi extra menſam comedant; ut ſignum aliquod, decens tamen, negligentiæ, aut inſolentiæ portent; ut eorum publice legantur defectus, ut privatim vel publice gravius reprehendantur, aut in tabula ad id facta notentur; ut ad menſam, iis quos malis verbis tractarint, inſerviant; ut in Schola vel Oratorio, vel in cænaculo extra ſcamna genua flectant: ut ſilere aut ſtudere aliis loquentibus in recreatione jubeantur; ut extra Collegium aliis exeuntibus non exeant, & ſimiles. Pæna pro ingreſſu alieni cubiculi, (ou de l'alcove) nemini remittenda, ut in medio flectant quadrante vel dimidio horæ, cujuscunque ætatis fuerint, juniores vero ſi reciderint, etiam gravius puniantur Qua in re nunquam ulli indulgendum eſt, cum ſublato hoc rigore, facili & continua occaſione juvenes proculdubio abuterentur, cum maxima boni Ordinis temporisque jactura. Jam quorum in negligentia vel vitiis obſtinatio modis omnibus emendari non poſſet, pro iis major hæc pæna erit, ut Parentibus, male eorum actiones deferantur, quod tamen extremum vitandumque eſt, niſi corrigi penitus nolint. Parentibus enim non eſt animus contra Filios exulcerandus, quod ſæpe ipſi Parentes ægre ferunt: noſtra eſt corrigere, non de pueris conqueri. Gravior autem cæteris pæna, carcer, ad quā niſi in graviſſimis reatibus, Rector, & niſi cum conſilio Præfecti, ac aliorum graviorum Patrum nunquam deveniet; in quo carcere pro gravitate delicti tractentur, aliquando etiam caſtigentur, aliquando jejunio moderato tamen mulctentur, diem, biduum, triduum, vel etiam plus pæna hæc durare poteſt. Cæterum honeſta victus ratio & ibi habenda eſt, & Rector, Pater Spiritualis, ac Præfectus conſolandis non deerunt. Ad menſam vero pænis afficere, increpare, vitia vel defectus exprobrare, importune rodere, perſtringere, ſeverius commonere, præſertim plures vel omnes, cum manducant, barbarum eſſe putabitur, ſanitati noxium, & urbanitati contrarium: aliud eſt enim, ante menſam, pænam alicui ex juvenibus quamcunque aſſignare, quæ ad menſam impleatur, (quod & Subpræfecti facere

poſſunt,

http://rcin.org.pl

poſſunt ſi permiſſione ad id Rectoris non abutentur, neque vero iiſdem Subpræfecti aut quis alius præſente Rectore eandem pœnam ad menſam indulgere poterunt) aliud tempore ipſo menſæ intempeſtivè obſtrepere, ubi tranquillitas animorum ad ſalutem corporum neceſſaria eſt. Quo non præpeditur, imo neceſſarià eſt ut moneantur, ſi quis è juvenibus incivilius in manducando ſe gerat, dum id fiat, cum debita urbanitate. Quo loco Rector Præfectusque majorem in modum invigilabunt, ne unquam aliquis è noſtris vel externis, verbis impropriis minusque decentibus, aut contumelioſis, tractare adoleſcentes audeat, multò minus percuſſione manuum, vulſione aurium, vel capillorum, alapis aut ſimilibus ſervilibus modis, qua tractandi ratione, ſimilibus verbis vel factis nihil huic Collegio eſſe poſſet pernicioſius. Deniq; verberationes in lectis vix experrectorũ, ſtultiſſimis, ac crudelibus pædagogis relinquantur. Ut verò infra erit de Præfecto & Sub-Præfectis, maxima vis in ſuavibus fortibusque perſuaſionibus & cohortationibus è religione ac amore proprii honoris deductis, emendatio juvenum collocanda eſt: quamobrem Rector ipſe identidem, cum id ipſi profuturum videbitur exerrantem aut negligentem quemcunque è Juvenibus ad ſe vocabit, & gravibus rationibus ad emendationem paternè etiam atque etiam cohortabitur.

52. (*Modeſtia & ordo in inceſſu Convictorum.*) Cum omnes vel plures ſimul ad Scholas, ad exercitia, oratorium, recreationes, refectiones &c: Convictores prodeunt, ut intra Domum modeſtiam, ſilentiumque in incedendo conſervent, Rector maximopere, ac continuo invigilari faciet. Ut ex cubiculis primum juniores, deinde alii per ætates ſequantur, cum ſuis Sub-Præfectis quilibet, neque habitantes in diverſis cubiculis permiſceantur. Ordo quidem in Collegio Nazareno perpetuus ac invariabilis inter ut vocant Cameras præſcriptus eſt, quæ camera ſeu ætas, ſequi ſemper aliam debeat, ſed ad hoc ſitus Fabricæ Collegium Nazarenum plurimum juvat; ſimile quid tamen pro experientia & ratione loci, Rectores deſcribere poterunt, ex quo cubiculo primi, ſecundi, tertii. &c: ad Oratoriũ, cænaculum, recreationes ire & regredi debebunt. Et quando omnes eunt ut paribus domi incedant, non vero extra domum, ne ullo modo aliqui alios præcurrant, ſed ſimul incedere paulatimque ſtudeant, nec verò id puerorum regulam aut morem eſſe putent, cum in militaribus cohortibus miram in incedendo regulam, gravitatem, modeſtiamque diligentiſſimè obſervari, paribus incedere, & graviter, transgredientes ordinem vel miſcentes, puniri videant: certè Rectoris Præfectique curâ id dignum ſemper erit, ut ad ordinem modeſtiamque in inceſſu juvenes omnino aſſveſieri curent. Evidens enim ſignum eſt, ut male ordinatæ Domus ita male feriatæ juventutis, tumultibus & clamoribus, ſtrepitu pedum, præcipitique curſu Domum cum incedunt implere: hoc oculos omnium gravium virorum offendit. Extra pariter Collegium cum exeunt, quamvis paribus non incedant, Sub-Præfecti tamen modeſtiæ eorum ut ſummopere attendant, neque minimi cum majoribus miſceantur, Rector Præfectusque ſemper commendabunt. Noctu vero domi, famuli, ſemper cum candelis, unus vel duo ex ſingulis cubiculis juvenes præcedent.

53. (*Uniformis Veſtitus.*) Cum tanquam res perneceſſaria & perutilis



http://rcin.org.pl

mos hic, & vanitatis inter juvenes, & ſumptuū inutilium tollendorum cauſa quantocyus poterit introducetur, ut uniformes veſtes à Convictoribus portentur, tum eum obſervari Rector ſolicite curabit, nullumque genus veſtium extra formam coloremque communem portari permittet, duo vero ſaltem paria veſtium, à ferialibus feſtisque diebus ut ſinguli Convictores habeant, Parentes ſemper præmonebit, & ſi qui tardiores fuerint urgebit. Quo ad Lectos, tapetes aliamque privatam ſupellectilem, circa formam, qualitatem, coloremque, libertas ſingulis Convictoribus permittetur, ne uniformes Lecti hoſpitalibus ſint ſimiliores. Cortinis tamen ad velandos lectos & quæ interdiu ad claudenda cubicula inſerviunt, ejusdem omnes formæ quamvis non ejusdem coloris utentur: clariores colores, ſemper gratiores eſſe poſſunt.

54. (*Conſuetudines & uſus Collegii.*) Uſus quoſdam utiles & laudabiles, qui experientia duce introducti ſunt, minime negligentur; imo ut exactè obſerventur, Rectoris curæ erit. Quales ſunt judicium de meritis Convictorum ſingulis menſibus ultimo vel commodo die menſis: recitatio hiſtoriolarum ad menſam ſerotinam Linguâ Gallicâ & Germanicâ, quas & Latinâ mox traducant. Confabulatio de Geographia ad cænam; experimenta memoriæ quæ ſponte pro meritis dare ſolent, vel parte aliqua ex Oratore, aut hiſtorico excerpta, vel verſibus, vel ſimilibus recitandis, ne tamen id oneroſum ſit manducantibus Lectio novorum publicorum, de iiſdemque colloquium, ad menſam. Recreationes omnes juxta ordinem temporis. Recreatio, vel quinquageſimo, vel ſexageſimo Convictore accedente. Electio Menſtrua Principis diligentiæ, ac negligentiſſimi declaratio. Judicium culpæ commiſſæ per alios Convictores, & per eoſdem ſententia. Jndex à Magiſtris Linguarum aliisque Rectori vel Præfecto dari ſolitus, in quo negligentiæ & ſimilia tempore lectionis notantur publicèque ad menſam leguntur. Conſuetudo utilis, ut aliqui mane diebus liberis, Regiâm, poſt meridie Magnates, itē Comitia, adeāt, ut ſæpius quoſ ad fieri poteſt juvenes præſententur, hominesque dignos cognoſcant, ſemper tamen comitati à noſtris, vel à gravibus ſi adſint ſæcularibus Directoribus. Conſuetudo perquam proficua Collegii Nazaræni, ut ſingulis menſibus die ultimæ recreationis compoſitionē domeſticam ſinguli Convictores Rectori ferant, vel cum Rector juſſerit aut thema dederit. Nondum introducta eſt ad menſam lectio quæ in Collegio Nazaræno ſolet eſſe ex hiſtoricis Lingua Patria: feſtis & recreationibus exceptis, aliàs toto tempore menſæ. Conſuetudo pernecesſaria imo regula, ut ſemper nocte ineunte in curritoriis ſcalisque lampades accendantur, utque candelæ ſeu lampades ad minimum tres in cubiculis ubi Convictores omnes dormiunt, & duæ in curritoriis ſub feneſtris in medio curritorio appenſæ: nunquam vero in pavimento ſine lamina poſitæ, tota nocte colluceant, quot multis malis & periculis avertendis, magnopere neceſſarium eſt. Famulus unus à Præfecto vel Rectore deſignatus, qui hora decima cubicula omnia quotquot ſunt obeat, & Convictoribus omnibus candelas omnino extinguat, Noſtri quoque eadem hora extinguant lumina, niſi expreſſam licentiam à Rectore aliquis habuerit. Hæ & ſimiles conſuetudines diligenter conſervabuntur: & ſi aliæ omnino

no evidẽter utiles & poſſibiles videbũtur, cũ prudẽtia & cõſilio introducentur, m ſici nunquã ullo prætextu, etiam extra, in vacationibus & recreationibus, niſi bis in anno, ſtrænæ uno, baccanal: duobus diebus. Convictores ipſi ſine ullo muſico, ludere poſſunt. Circulatorũ, hiſtrionũ, ſpectaculis foris abſtinebitur.

55. (*Eleemoſyna.*) Quoniam Nobiles juvenes Sanctè Chriſtianèque aſſvefaciendi ſunt ad opus Chriſtianæ Religioni tam proprium, ab ea præſcriptum, & præ cæteris rebus commendatum, ad dandam nimirum pauperibus eleemoſynam, quem morem in adoleſcentia contractum facilius deinde conſervent, mos proinde hic ſacroſanctè perpetuoque conſervabitur, ut quotidie hora ſemper duodecima ſeu mox ante prandium, bini Convictores, uni poſt alios, famulo comitati, ſuis manibus, mendicis eleemoſynam per tres aſſes ſingulis diſtribuant. Procurator vel cui Rector commmiſerit, ſemel pro ſemper admonitus monetam cupream, vel trium aſſium ſemper pro iis paratam habebit, & pro quovis menſe Præfecto dabit. Si vero Convictores ex ſuo quoque, præter hanc eleemoſynam deſtinatam, peculio aliquid pauperibus identidem addere velint, id erit ipſis liberum, cohortandique ſunt tam privatim, quam etiam in doctrinis moralibus ac Concionibus, ut id faciant. Vacationum tempore ſi forte extra, Convictores ducentur, peculium hoc reſervabitur, & deinde ſimul pauperibus diſtribuetur. Ad quod ne tumultus, aut major concurſus pauperum augeatur, mendici veri à Rectore deligentur, iidemque ſemper erunt, donec aliquis illorum juſta cauſa ab eodem mutetur. Unus ex mendicis qui eos dum expectant in modeſtia contineat, deſignabitur. Neque vero ij erunt pauperes ſtudioſi, cum hæc res aliquot annorum praxi, in abuſum degeneraverit, ſed ex externis omnino mendicis legentur, qui ad nulla in Collegio obſequia tenebuntur. Si vero vel minuendus, caſu minorum redituum, vel augendus horũ Pauperũ numerus videretur, Rector id abſque capitulo locali non faciet. Numerus nunc pauperũ NB deſtinatur quorũ medietati unus, alteri medietati alter Cõvictor eleemoſynã diſtribuet. Diligentiſſima hujus moris obſervatione, benedictionem Divinam ſibi juvenibusque omnibus mereri & conſervare Rector procurabit. Quod vero ad pauperes Studioſos attinet, qui circa aliqua Collegii obſequia exiguum victum habere ſolent, id charitati Rectoris maximum in modum commendatum relinquitur, ſed ad Cubiculorum Convictorumque obſequia, ad ſuperiora curritoria nunquã penitus admittentur. Pro noſtris Profeſſo: unus alterve ad proportionẽ eorũ numeri, Juvenes grãdiores, advioresque à P. Rectore cõſervabũtur.

56. (*Menſtruæ Confeſſiones.*) Communiones & Confeſſiones omnium Convictorum menſtruæ nunquam omittantur primis menſium diebus Dominicis, vel proximioribus ad Kalendas feſtis; Feſtis item maximis ut Natalis Domini, Paſchatis, Pentecoſtes, B. Virginis, Beati Patris, quæ pro menſtruis ſi principio menſium contingant, computari poterunt. Ut vero diebus generalium Communionum res ordine procedant, pro hora 7. omnes Convictores bene veſtiti ſint, ideoque his diebus hora 6. ſurgent: abſolutiſque precibus matutinis quotidianis, ſimul omnes cum Præfecto & Subpræfectis ſuperius aſcendent ad Confeſſiones abſolvendas. Jn Oratorio imprimis Conſiderationem & Sacrum audient. Tempore hujus ſacri confiteri incipient, duobus vel tribus Confeſſoribus. Jta vero, diebus cum o-

omnes confitentur, Rector cum Præfecto diſponeat, ut diſpeſcant Juvenes pro ſingulis Confeſſoribus. Ita ut parvuli, uni, mediæ ætatis alteri, majoris ætatis tertio confiteantur. Vel ſaltem in binas Claſſes. Ad quod ſuaviter inducendi juvenes, ut boni ordinis temporisque obſervandi gratia, haud difficulter Confeſſariis qui ipſis aſſignantur, confiteantur, cum unus omnes non poſſit abſolvere. Si quis eorum omnino coram uno potius quam altero confiteri maluerit, ſinatur: & alii alteri Confeſſori numero fere æquali, aut proportionato deſtinentur, ſyllabo etiam ſi opus fuerit expoſito, vel denique ſi juvenes omnino plures ſuo ordinario confiteri velint, in pervigilio poſt cænam confiteantur. Confeſſores hi præſtat ut in Oratorio omnes audiant, ſi vero Rectori viſum fuerit, etiam uno in Oratorio relicto ad alias aulas, alii conduci poterunt, cum juvenibus coram eis confeſſuris, & Subpræfectis, qui modeſtiæ, ſilentio & devotioni invigilent, neve juvenes divagentur ſed ut pios libellos legant. Curetur denique ut ante nonam Confeſſiones expediantur. Quibus finitis omnes in Oratorio prælegente Patre Spirituali circa medium quadrantem horæ affectus ante Communionem recitabunt. Tum Sacrum audient. Ad Commmunionem quaterni accedent ordine. Poſt Sacrum fere item medio quadrante affectus gratiarum actionis, ipſis P. Spiritualis præleget. Cum autem aliis diebus è propria devotione aliqui ut ſolent communicant, invigiletur, ut ſaltem circa medium quadrantem gratiarum actionem privatim abſolvant, nec cum aliis mox ex Oratorio abeant, jentaculumque ipſis à parte detur. Paſchalem Communionem in Eccleſia noſtra ſemper die Jovis Sancto abſolvent.

57. *Obligationes* Conditionesque deſcriptas in fundationibus, quales ſunt Potocciana & Tarłovianæ, ac plures cum tempore eſſe poſſunt, diligentiſſime adimpleri, tam in Sacris perſolvendis, quam in aliis Rector curabit, ut de ſpeciminibus diligentiæ ante vacationes per Convictores in fundatione exiſtentes, ad ſuos Patronos mittendis, aliasque ſimiles.

De Sacris aliis, quæ à neceſſitatibus Collegii ſupereſſe poterunt, ut moris eſt, à Provinciali diſponetur.

P. Provincialis cum viſitando Domum veterem Varſavienſem, etiam ſimul viſitationem Collegii hujus abſolvet, Rector Collegii hujus eum cum Secretario, è veteri Domo, hebdomada una ad menſam invitabit, pro eodemque tempore avenam & fænum, ac ſalarium ejus famulis providebit: denosque florenos pro ſingulis mille florenis, è penſionibus Convictorum, ut ex regeſtris patuerit, in ſingulis viſitationibus, eidem exſolvet.

58. (*Archivum.*) Archivum, libros ac papyros ad illud pertinentes diligentiſſimo ordine, ſummaque cura Rector conſervari curabit, & omnia diſtinctis libris, abſque ullis dilationibus ſemper inſcribi faciet, neque res materiasque permiſceri permittet. Inſtrumenta vero omnia Authentica ſeu Copias in ſeparatis Ciſtis armariisque *Nro.* notatis reponi, inſtrumenta itidem numeris notari & regeſtra ſeu inventaria, ſeu ſummaria ſingulorum inſtrumentorum confici curabit. Ipſemet autem Rector ineundo Collegii Regimen ſingulari ad id adhibito ſtudio Archivum ſuum noſſe, ac quid in eo contineatur ſcire, perſecteque omnia nego-

tia

tia intelligere contendet, quæ nulla re melius cognoſcuntur, quam proprii perluſtratione Archivi.

59. (*Libri Domûs.*) Libri vero ſeparati complures neceſſarii ſunt, quales ſunt: *Liber ad inſcribenda Inſtrumenta juridica*, in quo inſcribenda ſunt ea inſtrumenta, quæ ad fundationem & jura Collegii Nobilium, atque ad diverſas in eo fundationes pertinent. 2*do.* *Liber quietationum* in quo tam quietationes omnes Proviſionum à ſummis capitalibus, quã quietationes ſeu chartæ reverſales quæ penſiones ſolventibus dari ſolent, exactè de verbo ad verbum pro memoria documentoque inſcribantur. 3*tio* *Liber Perceptorum Collegii Nobilium*, & ſeparatim perceptorum tam in rebus quam in pecuniis à pagis, &c: 4*to.* *Liber expenſorum Menſtruorum.* 5*to.* *Inventaria omnium Officinarum.* 6*to.* *Inventaria mobilium in o- omnibus Cubiculis.* 7*mo.* *Inventarium Oratorii.* 8*vo.* *Inventarium Theatri*, 9*no.* *Liber Capitulorum Localium.* 10*mo.* Liber Ordinationum Capitulorum Provincialium & Generalium. 11*mo.* Liber Viſitationum Provincialium. 12*mo.* Liber ſeu Jndex Convictorum annis ſingulis, cui Rector & noſtri omnes ac Profeſſores & Subpræfecti ſingulis annis inſcribantur. 13*tio.* Liber Actuum Scholaſticorum in quo ſinguli Actus privati, ſemipublici & publici quo die abſoluti inſcribētur. 14*to.* Liber *Des évenements* qui arrivent au College pour l'inſtruction des Recteurs dans des cas ſemblables. 15*to.* Liber Epiſtolarum, quæ pro memoria inſcribenda videbuntur. 16*to.* Liber Ordinationum Collegii Nobilium. 17*mo.* Liber Famulorum Collegii, in quo tempus eorum & ſalaria inſcribentur. 18*vo.* Liber Magiſtrorum externorũ, in quo eorũ pariter tempus & ſalaria notabuntur &c. Abuſus frequens circa ejusmodi libros magnopere cavendus eſt, ne nimirum res in aliis quam in aſſignatis ad ſingulas ſpecies libris inſcribantur, neve inſcribi differantur aut negligantur.

60. (*Bibliotheca & Muſæum.*) Jam Muſæum & Bibliotheca Collegii, ut quam optimè ordinata ſint Rectoris præcipuæ erit curæ, ut libri bene diſtribuantur, & index eorum exactus inſcribatur. Ut tabulæ capaces commodæque in Bibliotheca pendeant, in quibus & Rector, & quilibet, libros quos exportat ſua manu annotet. Bibliothecarius vero eaſdem tabulas conceſſorum ex Bibliotheca librorum deſcriptas in ſeparato ad id libro habeat, ex quo qui reportati fuerint mox deleantur. Maximè vero cum noſtri è Collegio diſcedunt, ut in pervigilio diſceſſus omnino ad Bibliothecam libros ex ea acceptos deferant, & Bibliothecario ad manꝰ reddant. Novis libris quotannis expenſa Collegii, ut Regulæ communes obligant Bibliothecam, novis vero rebus Muſæum, quo ad fieri poterit, augeri curabit. Omnibus autem noſtris authoritate Viſitationis Apoſtolicæ permiſſum eſt, qui in hoc Collegio manent, manſerint, vel manſuri ſunt, ut libros quos ſibi cum licentia compararunt, finito, quando ipſis libuerit eorum uſu, Bibliothecæ Coll: Nobil: offerant, quibusve libris chartulas affixerint, vel inſcripſerint ſe eos Collegio Nobilium offerre, finito illorum uſu ſi etiam poſt mortem eorum, ubicunque reperiantur, ad Collegium pertinere.

61. (*Libri pro Convictoribus.*) Cum vero fieri nequeat ut ad uſum Con-

victo-

http://rcin.org.pl

victorum ex Bibliotheca libri extradantur, brevi enim ita omnes peſſundarentur; Proinde Rector pro utilitate Convictorum ab iisdem ſolvendos libros Hiſtoricos, Geographicos, Philoſophicos, Rhetoricos, Politicos, Mathematicos, Poëticos, Morales, &c: à Bibliopola aliquo, dato eidem Jndice conduci diligenter curabit. Libellos præterea hujusmodi extra Bibliothecam habebit, quos identidem Convictoribus legendos diſtribuet & commendabit. Eo verò, ſemper in hoc Collegio Nobilium, quo adſieri poterit, cum tempore tendendum erit, ut Philoſophia, Hiſtoria, Geographia & hujusmodi non in ſcriptis dictentur, ſed ex libris prælo impreſſis explicentur, qua ratione tantumdem temporis, & profectus Scholis accreſceret, & tantundem laboris & faſtidii in ſcribendo diminuetur.

62. (*Percepta & Expenſa.*) Jam circa fidelem penſionum, redituum adminiſtrationem communes Regulæ, & Canones ſatis præcaverunt, maxime vero circa Depoſitarii Expenſoris & Rationiſtæ munera. Itaque pecuniam omnem Rector apud Depoſitarium ſemper deponet. Unus verò è noſtris Religioſis, præter ſæcularem expenſorem, regeſtra expenſorum, exactiſſimè teneat. Rationiſta quovis menſe ultima menſis percepta & expenſa computabit. Rectorique examinanda, ac ſubſcribenda, quovis menſe tradet. Quoniam autem à numero Convictorum Domus hujus, præſertim donec Providentia fundum ſtabiliorem dederit, fortuna pendet, poteſt eſſe quod nihil vel parum à reditibus ſupererit, poteſt quoque & conſiderabilius aliquid ſupereſſe. Commoditati tamen primum omni omnium ſufficientiſſime providendum eſt, Magiſtri externi ac famuli quam exactiſſimè ſolvendi, ſarta tecta conſervanda. Tum revocatis annullatisque iis quæ in Capitulo Lovicienſi circa Capſam Provinciæ ſtatuta in hac parte erant, item de quibus cũ Domo Varſavienſi ultra cenſum mille florenorum polonicorum quotannis eidem ex Collegio Nobilium pendendorum per Capitulum Locale 1745. convenerat, reditus omnes qui forte ſupereſſe poterunt, in bonum, augmentum, rationesque ipſius Collegii Nobilium perpetuo convertentur, tam pro continuanda exornandaque fabrica, quam pro Allodio Varſaviæ coemendo, aut aliquo etiam Capitali ſi fieri poterit conflando, & ſervatis juxta leges noſtras ſervandis, pro bonis locando. Rector vero nullam pro ſe extraordinariam expenſam faciet, uti communibus Noſtrorum omnium Rectorum Regulis æquè obnoxius: nec Rhedam aut equos proprios unquam tenebit, ſed Collegii. Debita nulla ſine Capitulo Locali contrahet, nec abſque conſenſu ejuſdem & Provincialis cuiquam concedet.

63. (*Leges pro Convictoribus & informatio publica.*) Sunt præterea deſcriptæ ſeparatim quædam leges quæ ad notitiam ipſorummet Convictorum pertinent, quæ per Præfectum bis eiſdem in anno perlegi, ultimis nimirum Octobris, & mox poſt Paſcha curabit. Eſt præterea informatio patria lingua typis impreſſa, pro Parentibus ſeu Tutoribus Juvenum, cujus plura ſemper exemplaria ad manum habere, eamque ſtrictiſſimè obſervari faciet, nec augebit, nec diminuet, niſi & in urgentiſſima evidentique neceſſitate, & cum conſilio Communitatis, & cum Provincialis ejusque Congregationis approbatione. Penſiones præſertim Convictorum ne ſolido quidem adaugebit, quæ ultra morem præſentem, potius ſi à Republica

vel

http://rcin.org.pl

vel aliunde fundatio congrua pro Profeſſoribus vel externis Magiſtris ſtabilietur, erunt diminuendæ, præſentibus verò penſionibus ordinariis Aur: 80. ſeu floren: Polon: 1440. Magiſtri Linguæ Gallicæ, Ital: Germanicæ & Chorearum, aliaq; omnia includuntur, quæ in præſenti informatione typis impreſſa enumerantur: cujus impreſſionis exemplaria decem ſigillo Provinciæ munita perpetuo ad rei memoriam in Archivo Collegii reponentur & conſervabuntur.

64. Literas Encyclicas, quæ etiam typis imprimi poterunt, Rector mox poſt Paſcha quovis anno ad Parentes & Tutores expediet, eo fine vel ut in Collegio pro vacationibus Convictores relinquant, vel ſi eos accipiunt, nullo modo ante vigeſimam quintam Julii pro iis mittant; id enim maximopere Ordini ſtudiorũ & profectui iuvenum derogat, qui ſpecimina annui laboris tum præbere debent. Adeoque ſi currus citius pro eis mitterentur, vel retinendos, vel remittendos eſſe, bona eorum venia.

65. Jam ut quædam, quæ Collegio huic maximopere nocere poſſint, juxta auxilium Divinum, Regentium quoque prudentia & virtute avertantur: Conſpirationes itaque imprimis aliquæ in tanto ſimul juvenum numero, nonnunquam in ejusmodi Collegiis oriri ſolent, & ſunt ſemper perquam noxiæ cujuscunque generis ſint, ſive contra eorum æquales, ſive contra Magiſtros noſtros vel ſæculares, aut SubPræfectos, ſive contra regentium Authoritatem. Prudentia hic ſumma opus eſt ne oriantur, matureque iis obviare oportet. Minimæ ſcintillæ cautè extinguẽdæ. Juveniles ſunt impetus, tanto minus rationis compotes, ideoque ſæpe etiam domitu difficiliores, ſi principio non comprimantur. Rectoris eſt videre, quem, & quando, & ubi ſi res exigit, quoque modo, pro ætate & indole correcturus ſit. Jn plures ſimul animadvertere periculoſum & imprudens eſt, ſeparatim ſecretoque ſecurius. Præ omnibus modus ſemper ſervandus, nihilque in ira, & diu meditandum. Si jam non obſtante quavis prudentia ad ſeditionem, quod Deus avertat deveniretur, multo magis ſi Regentium aut noſtrorum culpa, bonis tum optimisque modis omnino utendum eſt. Nihil calidius, nihil ſeverius, niſi evidens certitudo boni effectus aliter juberet, ſine qua boni è ſeveritate ſucceſſus certiſſima evidentiſſimaque ſcientia, potius ad mitiora recurrendum: Jd fieri cum dignitate & Authoritate, & poteſt & debet. Deinde poſtea vel Authores tumultuum omnino eliminandi, quicunque illi fuerint, vel occaſione data puniendi. Si vero modis omnibus pro prudentia adhibitis, res ſanari nequiret, ad amicos extra Magnatesq; mox recurrendum, etiam ad eos quibus compeſcendi jus competit. Quibus in caſibus ope Cæleſti, totaque ſapienter agendi ratione opus eſt, ne ullomodo aliquid, quod eſſet violentum ac indignum & nobis, & Adoleſcentibus Nobilibus contingat, meliusque forte eſſet tum pro tempore etiam diſſolvi Collegium, quam ut tale aliquid accidere poſſit. Caſus tales contigerunt in Jtalia. Orandus Deus, fidendumque Providentiæ ejus, ne ſimilia eveniant, ſed ne eveniant, vigilandum matureque obviandum eſt. Si vero quipiam è maturioris ætatis Convictoribus, contumaciter furioſius aliquid perpetrare auderet, tum conſtantiſſime agendum, ut omnino carceris pænam luat, utque judicio Rectoris conſilioque capto, expedire.

http://rcin.org.pl

dire id juxta caſum videbitur, etiam caſtigetur, vel non. Tamen quo ad fieri poteſt, cum ætate provectioribus à pæna verberandi abſtineatur, niſi maturo conſilio facto, id pernecesſarium videretur, ſed potius Parentibus tales remittantur, aut genuflexi in conſpectu omnium Juvenum præſcripta forma, poſt pænam carceris, deprecentur.

66. Rectori tandem noti ſint oportet quatuor præcipuè fataliſſimi illi talium Collegiorum ſcopuli, ad quos allidi & perire ſolent. Sunt autem iſti: *1mo. Neglectus Pietatis* in exercitiis ad religionem erga Deum pertinentibus, & in doctrina morum, quem finem primarium, aut verius unicum ſi unquam negligat, nec Chriſtianarū, nedū Scholarū Piarū Collegium hoc vocari poterit: Sique pietatis actibus diligēter & religioſè ſemper obeūdis hic & nunc nō aſſveſiēt Juvenes, ubi & quando aſſueſient? & Parentes ergo Dei timentes, & omnes viri graves, ſi in juventute quæ hinc prodibit Chriſtianos mores, Chriſtiana principia bene mentibus impreſſa, Chriſtianam pietatem non animadvertent, merito talem educationem deteſtabuntur, nec Deus Inſtitutum hoc proſperabit. *2do.* Jn SubPræfectis, Præfectisque Officii, ac perpetuæ Juvenum cuſtodiæ, in Magiſtris vero docendi *negligentia*, certiſſima hujus eſſet ruina Collegii, id quod per ſe patet. *3tio. Sordities in victu*, neceſſariorumque commodorum ſubtractio, Collegium hoc citius fortè quam alia pericula præcipitare poterunt. Unde Rector bonos omnino coquos bene ſolutos, etiam ut nunc eſt, 250. plus minus Tynſionibus conſervabit, pro numero Convictorum, unum vel duos, præter coquulos; & quotidie, etiam mane & veſpere, ſi quid minus bene, minusque nitide præberetur, mox eos admonebit, & reprehendet, etiam diſpenſatorem; nec ullo die, quoties opus, morem & vigilantiam hanc prætermittet, cum ex experientia, unus ſit hic modus tales homines ad Officium adigendi, ut nihil unquam iis diſſimuletur, prætereatur nihil. Fercula mane & veſpere Rector quotidie diſponet, & quotidie ſaltem per ſeptimanam mutabit. Circa potum eandem curam ſemper adhibebit, uti & circa Menſæ nitidam ſufficientemque ſupellectilem. Nihil denique unquam omittet, quod in hoc genere melius ipſi expedire videbitur. *4to.* Denique, quod omnium peſſimum, *Caſus* è pravitate naturæ in multitudine Juventutis nonnunquam vel juvenum vitio, vel eorum, qui regunt, vigilantiæ defectu, alibi contingere non inſoliti. Contra quæ quatuor imprimis mala, & Collegiorum ejusmodi ruinæ, ordinarias, infeliciſſimasq; cauſas, præter auxilium ab alto, totis viribus, tota virtute, toto ingenio, induſtria, vigilantiaque Rectori utendum eſt, nec unquam ſatis in avertendis quaternis his malis egiſſe ſe, aut agere ſe poſſe putet, credatque expertis. Ab eo enim, hoc eſt à primo capite, horum omnium remedium imprimis pendet. Unde etiam brevius, ex communi, omnis, tam magnæ, quam parvæ Reipubl: gubernatione, deſumpto principio, dici poteſt, unam fore cauſam cladis & jacturæ iſtius Collegii, malum ac negligentem ejus Rectorem, unam è contra fore cauſam, bonæ omnis hujus Collegii fortunæ, Rectores bonos. Nam quod ubique omnium temporum, & locorum experientiâ ſub bonis vel malis Magiſtratibus neceſſario evenit, idem & hic neceſſario eveniet. Jam boni Rectores eam quoque ſen-

http://rcin.org.pl

ſententiam uti Sacroſanctam legem, regulamque ſequendam ſibi eſſe ſtatuent: in bonis legibus, & conſuetudinibus relaxandis, prætereundis, negligendis, nihil parvum eſſe: certiſſimamque Jnſtituti cujusvis ruinam horum ſequi neglectu.

67. Quamvis jam, ut ſuperius dictum, maximè in hoc Collegio præſentia Rectoris continua, plus quam dici poſſit neceſſaria ſit, & quo ad fieri poterit majorem in modum devitanda abſentia, cum tamen vera quoque ejus neceſſitas, perraro quidem occurrere poſſit, eo caſu, conſiderata Collegii Nobilium natura, cum hoc Collegium principalem finem & objectum habeat regimen juventutis, in abſentia proinde Rectoris, Præfectus quo ad juvenes ubique omnia regat: ad Vice-Rectorem vero ſi erit, aut ad Seniorem, ſi nullus ViceRector erit, Sacerdotem, niſi aliter Rector ordinarit, ea pertinebunt, quæ ſolos noſtros Religioſos, ac Religioſam obſervantiam concernunt. Oeconomica autem, vel Vice-Rector ſi deſtinaretur, vel ſi non deſtinabitur, Procurator adminiſtret, ſeu cui Rector commiſerit, & prout præſcripſerit, aut ordinaverit.

68. E ſupradictis omnibus de Officio Rectoris, ſatis liquet, ſicubi, certè in hoc Nobilium Collegio, qualis debeat eſſe Rector, moribus Religioſus, pietate & omnibus virtutibus ornatus, Prudentiâ ſingulari, diligentiâ, & vigilantiâ ſummâ, fidelitate intaminatâ, comitate, caritate, moderatione, fortitudine animi, ſeveritate juſtâ, cæterisque gubernandi artibus eximius. Eruditus, doctus, lingvarum callens, in rebus Patriæ, Divinis, humanisque verſatus, experientiâ pollens in labore indefeſſus, civilis, urbanus, in tractando perhumanus, providendisque commodis liberalis, ac bonus æconomus. Gloriæ denique Dei, boni Reipublicæ, honoris & decoris Congregationis, ac Jnſtituti noſtri amantiſſimus. Hæc de Rectoris munere.

## §. III.
## *Officium Præfecti.*

69. PRæfecti Collegii Nobilium partes, jam pluribus in Officio Rectoris tactæ ſunt locis, in iis quæ ad Juvenum gubernationem pertinent. Rector enim immediate per Præfectum, Vice-Præfectum, ac SubPræfectos Convictores regit, cuſtoditque. Præfecti ergo munus univerſum eſt, moribus duntaxat Juvenum, regulis obſervandis, ſtudiis eorum, & SubPræfectorum ac Magiſtrorum ſæcularium diligentiæ attendere. Ab omni alio œconomico, ab omni Scholæ officio penitus liber & abſolutus eſſe debet, tantumque Adoleſcentibus, ac SubPræfectis illorum continuo invigilare. Vita ejus à ſummo mane ad ſeram noctem ambulatoria eſt: interdiu enim noctuque; dum quam plurimis vicibus omnia cubicula Convictorum, Scholas, ubi lectiones traduntur, Oratorium, locos recreationis adire & luſtrare poterit, tum melius ſuo muneri ſatisfaciet. Præſertim vero in iis locis ubicunque omnes juvenes congregantur Præfectum nunquam penitus abeſſe oportet. Nemo illo rariùs è Collegio egredi poterit, ſemperque admonito Vice-Præfecto, ut ejus loco, ſi neceſſitate cogente egredietur, rebus invigilet. Nunquã



http://rcin.org.pl

penitus, niſi infirmitate ſola cogatur à prandio vel cæna abſens eſſe poteſt, nec unquam à quocunque invitatus fuerit, alibi quam domi prandere vel cænare. Cum Convictores è cubiculis ad ſigna egrediuntur, ſemper præſentem eum eſſe oportet, cum Scholas adeunt, cum è Scholis redeunt, cum intrant & exeunt ex Oratorio, ex Cænaculo, cum ad recreationes ſive domi eunt & redeunt, ſive extra egrediuntur, ſub illius oculis ſemper eſſe debent. Brevibus: dum ſurgunt, dum orant, dum ſtudent privatim, dum Scholæ, aut exercitiis corporis vacant, dum mãducant, dum recreationibus relaxantur, prodeunt, revertuntur, cubitum eunt, etiã cum dormiunt; Præfecti vigilantis intereſt eis attendere, Subpræfectisque eorum, Magiſtris quoque Scholarum quo ad exactam ſignorum ſcholaſticorum obſervationem, uti & Magiſtris externis, quo ad omnem eorum diligentiam, & ad tempora lectionum ab iiſdem dandarum invigilare. Ut ordo temporis exactiſſimè obſervetur, prima Præfecti cura eſt, utque nullus niſi legitima cauſa, tam ex ſtudentibus quam ex docentibus remaneat, tardet aut abſit.

70. Subpræfecti immediate Præfecto ſubeſſe & obedire debent, eumque revereri, ejus quo ad officium circa Juvenes, mandata executioni demandare, ejus perſuaſionibus ac monitis obtemperare: in reſiſtentes eidem, Rector graviter animadvertet.

71. Nullus SubPræfectorum, nullus Convictorum Domo exire poteſt, abſque ſcitu primum Præfecti, deinde licentia Superioris, qui Subpræfectos nullomodo ab eorum Cubiculis avellet, nec in quibuscunque negotiis eorum obſequiis quæ à cuſtodia Juvenum eos avocarent, utetur, niſi mox alius abſentis cubiculo cuſtodiendo ſubſtituatur.

72. Magiſtri & Profeſſores Scholarum etiam Majorum in Collegio Nobilium tantum ſubordinati ſunt muneri Præfecti, cujus intereſt invigilare, ut Magiſtri ſuo bene fungantur officio, quantum in Scholis aliis quibuscunque.

73. Ad Præfectum imprimis ſpectat Rectorem certiorem reddere, ſi aliquod in victu, aliisque in rebus incommodum Convictores paterentur, qua in re Rector ſalutaria Præfecti conſilia non rejiciet.

74. Pietatis exercitiis, ut quam religioſiſſime ſemper abſolvantur, doctrinæ morali, ut diligentiſſime tradatur, & audiatur, ſtudiis privatis, ut ſinguli ſuas ad menſulas cum ſilentio, quiete, diligenterqne vacent; lectionibus, quas ab externis Magiſtris accipiunt, ut tranquille ſeduloque dent operam, continuo attendere, Præfecti partes primæ ſunt.

75. Ne unquam Convictores diverſis è cubiculis ſe ſe adeant, ſecum converſentur, item noſtri ad eorum cuſtodiam non deſtinati, quicunqne ſint illi, niſi cui Rector cõmiſerit, ne SubPræfecti, vel abſint, vel inter ſe tempus deperdant, his omnibus ſummopere invigilare Præfecti eſt.

76. Ut Juvenes ad menſam & ubique recto corpore ſint & incedant, ut modeſtiam debitam, tranquillitatem, ſilentium ſeu ſubmiſſam in incedendo præſertim vocem ſervent, abſque præcipitantia, tumultuque ullo ambulent, ut ſint bene pexi, loti, veſtiti mundis ſemper induſiis, & collariolis, tibialibus bene

tenſis,

http://rcin.org.pl

tenſis, bene calceati; ut cubicula, lectiſternia, menſulæ, & reculæ eorum, ſint ſemper bene compoſita & nitida, uti & aulæ, curritoria, & ſimilia, ut lumina ſint ubivis locorum, juxta ſuperius dicta, cum opus accenſa, noctuque ardeant, Præfectus omnem continuam operam dabit.

77. Totum & maximum illius imprimis, deinde SubPræfectorum ſtudiū, indefeſſa cura, vigilantia ac aſſidua cuſtodia, eo tendere debent, ut ne quid tale in tanta Juvenum ſimul habitantium multitudine, unquam contingat, ad quod naturæ pravitate, vitioque aliorū jam forte alibi, ut evenit, infectorum, alii facile inducuntur. Nullum infortunium in ejusmodi ſocietatibus magis metuendum, avertendum, præcavendumque eſt: nulla nimia circa id diligentia, ac vigilantia videri Præfecto debet. Hoc eſt imprimis inter cætera, quod ad tantam nunquam penitus interruptam Juvenum Domi foriſque diu noctuque cuſtodiam SubPræfectos, Præfectum verò ad obambulationes quam frequentiſſimas, obligat, ac conſcientiam eorum obſtringit. Jllorum vel præfidentiæ, vel imprudentiæ, vel neglectûs culpa omnino eſt, ac ſaltem præcipua, ſi fortè ſimilia unquam acciderent. Quamvis eorum attentio, ita prudens & circumſpecta eſſe debeat, ut nullam ſuſpicionem ullius rei Juvenibus moveat. Nedum in cubiculis, ſed etiam in Aulis Scholis, locis recreationum, & intra, & præſertim extra Domum, in officina infirmorum, in curritoriis præſertim eorum flexibus, in locis imprimis communibus. & ubique cautela opus eſt, ne duo vel pauci ſeparatim quicunque illi, & cujuscūque ætatis ſint, maneant. Jn Collegio Nazaræno mos perpetuus, utiliſſimusque eſt quod in ſingulis cubiculis ſyllabus nominum Convictorum appenſus ſit, cum nota pendente, quam ſuo nomini apponere debet, qui loca communia ingreditur, ineosque animadvertitur, qui id unquam neglexerint. Locus autem neceſſarius eſt unus pro quovis cubiculo, & quidem ſingulis eorum cubiculis adjunctus. Quamobrem ſyllabus nominum Convictorum, poterit duntaxat appendi ad portam quālibet primam locorum, moremque hunc neceſſarium Rector & Præfectus omnino induci, & ſemper cuſtodiri curabunt. Ætate remoti Juvenès nunquam in eodem cubiculo collocentur, unde ſeparatio in ætates, de qua ſuperius dictum, graviſſima eſt cæterarū in Nazaræno regula, inuſitatūq; ibi eſt, ut ex alio cubiculo Convictor Convictorem unquam adeat, ſi vero negotium eſt, ut ſecum colloquantur, licentiâ à Præfecto acceptâ in curritorio colloquuntur. Jn recreationibus quoque nūquam penitus reperiuntur ſimul diverſorum Cubiculorum Juvenes. Minima ſigna alicujus familiaritatis frequentioris aut nimiæ ſerio notantur, & ut mox ceſſet, prudenter curatur. Obambulationes nocturnæ, ut cuncti ſuis cortinis velati decumbant, ut lumen ubique ardeat, ut famulus in ſingulis cubiculis, præter SubPræfectum cuſtos dormiat, nullumque cubiculum noctu claudatur, ut cuſtodes ipſos Præfectus cuſtodiat. Sed hæc omnia, quamvis ſunt perutilia, & nunquam negligenda, haud multum proderunt, ſine delectu ſummo, qui haberi debet, vigilantiſſimorū honeſtiſſimorūq; Virorū, quibus cura, obſequiūq; hoc cōmittitur, ut alias vel minima umbra notati, hoc loco penitus excludantur, præſertim verò & maximè

famuli quorum ætas maturior, cum admittuntur, ſemper conſideranda eſt, pueriique ab obſequiis Convictorum omnino penitus arcendi.

78. Famuli ergo ad cubicula Convictorum deſtinati, immediate jurisdictioni Præfecti ſubſunt, neque intempeſtive ad alia, præter Convictorum obſequia avelli debent. Quorum Regulæ typis impreſſæ erunt ſemper in loco aliquo publico expoſitæ, item ſingulis dabuntur, cum ad obſequium admittentur. Rector eos admittet & ſolvet, ſed in dimittendis, Præfecti etiam conſilium judiciumque plurimi faciet, niſi Deo & Superioribus in Viſitatione reſpondere velit, ſi quid mali ex iis acciderit. Linguam aliquam præter Patriam callentes aliis præferentur, utque Germanice vel Gallice Convictores ſemper alloquantur, invigilabitur. Salarium pecuniarium, & ſolutio pro eorum victu præſtat, quam ut illis victus detur, quod ſemper magnarum inquietudinum cauſam præberet. Circa miſſitationes clãdeſtinas famulorum à Convictoribus, Schedulas, & hujus modi, ſummopere Præfecti invigilabunt. Ut ſemper famulus in loco recreationis Convictorum adſit, utque omnes famuli, cũ Convictores extra pro recreationibus exeunt, iis ſemper aſſiſtant, Præfectus diligentiſſime attendet.

79. Præfectus omnes Convictorum literas ad quemcunque ſcriptas, ad ſe perferri jubebit, eaſque cum voluerit aperiet. Quæ ad Parentes ſcribunt, ut correctæ decenterque ſcribantur, per ſe, & per SubPræfectos curabit, cum Magiſtro Tabellariorum convenietur, ut vel nullas Convictorum Epiſtolas, quas mox non ſolverint, ſuſcipiat, vel regeſtra ſingulorum conſcribi curet, ut ſimul à parentibus ſolvantur. Sigillis noſtrorum nunquam penitus Convictorum Epiſtolæ ſigillabuntur, nec à noſtris in fraudem Poſtæ literis noſtrorum includentur, ſemperque ſeparatim à noſtrorum Epiſtolis Convictorum Epiſtolæ portabuntur. Ad Parentes ut Convictores ſæpius ſcribant invigilabitur, ſed ſi Parentes poſtam ſolvere noluerint, præmonebuntur, deinde literarum commercium ceſſabit.

80. Jn recreationibus præcipuè ſumma Præfecti vigilantia neceſſaria eſt, ut læti omnes, omnique rationabili libertate in iis verſentur, his quinque ſemper præcautis, ne conſcientiæ, ne decoro, ne charitati mutuæ, ne ſanitati, ne veſtibus recreatio noceat; unde curſitationes violentæ, clamores inſulſi, jactationes manuũ, corporisque indecoræ, verba, iocique ruſtici & indecentes, luctæ omnis vel leviſſimum genus, impulſiones, & vel leviſſimæ percuſſiones aliorum, joci lædentes, & deriſiones, maledicta & turpia cognomina, agreſtes quævis corporis jactationes, vagationes per curritoria, egreſſiones è loco recreationis, & ſimilia, ſummopere præcavenda ſunt. Maxime vero cum adeunt locum, vel exeunt, è recreationis loco, ſimulque incedunt, ad lente ſimulque incedendum, ad modeſtiam, ſubmiſſam vocem gravitatemque ſervandam ſemper cohortandi, commonendique ſunt, noctu cum debito luminarium numero famulis præcedentibus, ac ſequentibus, attentisq; ſemper SubPræfectis, quorum maximum munus eſt, rebus omnibus mox dictis, vitiisque puerorum, recreationum tempore avertendis continuo invigilare; Præfecti vero, ut invigilent eos continuo monere. Jn recreationibus ejusmodi intra, & extra Collegium majorem in modum Præfectus, ac VicePræfectus invigilabunt, ne un-

http://rcin.org.pl

unquam juvenes pauciores vel bini à reliquis cum quocunque ſeparentur; ad quod & SubPræfecti maximopere attendent.

81. Circa arma juvenum, Præfectus attendet, ut ea omnino in loco ad id ſeparato (nullo modo in ſuis cubiculis) Convictores ſemper deponant, cumque exeunt, tum ea accipient, ac reduces mox reponant. Pro quo uſu cubiculum, portæ cuſtodis deſtinatur, in eoque armarium, cujus clavim Præfectus habebit, atque arma omnium, ſuis locis in pariete ordinate appendi, fideliter, diligenterque cuſtodiri, quoties opus, extradi, & à redeuntibus recipi curabit. Cereolos nulli omnino Convictorum habere permittet: cultellos vero, ſciſſoriola, ſorfices, pro ſuo arbitrio.

82. *Res Convictorum*, cum ſcitu & attentione Præfecti à ſingulis SubPræfectis exactè connotentur, quarum unum regeſtrum apud eos maneat, alterum famulis tradatur, neque ut à Convictoribus quomodocunque prodigantur, neve infidelitate aut negligentia famulorum depereant, diligenter attendere, Præfecti imprimis curæ erit, quamobrē ſingulis binis menſibus, ut ſuperius dictum, juxta regeſtra, res Convictorum à famulis coram eo producantur, & revideantur.

83. Jn pænis Convictorum ſummam prudentiam, ſummam moderationem, ſummam charitatem Præfectus ſequetur, nunquam ira durante corripiet, multo minus verberabit. Verbis vel minime honorem lædentibus, ac cuicunque contumeliæ ſimilibus, ſacroſanctè abſtinebit. Jn gravioribus caſibus Rectoris, in aliis aliorum utetur conſilio: Nihil impetu, nihil animo aget vindictæ. Perſuaſumque illi erit, nihil eſſe indignius, nihil æque barbarum ac infame, nihil loco huic magis noxium, quam ſi orbilionum, aut cæditiorum, ut in Scholis ſæpe, nomen hic aliquis mereatur. Pæna verberandi quamvis nonnunquam neceſſaria, ſemper revera ſervilis eſt, omnibus prius, (ut & in Rectoris officio dictum eſt) utendum eſt modis, antequam ad eam deveniatur. Sæpe magis indurat. Si quam plurimi ſint, qui annis aliquot in Collegio iſto educati, hac pæna liberi intactique è Collegio exierint, Præfecti laus & commendatio præcipua erit. Jd quod nihilominus haud ita intelligendum eſt, ut aliqui durioris cervicis hoc denique modo ad officium reduci non debeant, in quo tunc conſilium Lockii vehementer arridet, ob nullam culpam etiam graviorem ad hanc pænam deveniendum eſſe, niſi pertinacia, contumacia, obſtinatio malitioſa culpam hàc pænâ dignam reddiderit. Quo ad publicam vel privatam punitionem id Rectoris judicio relinquitur, præſertim cum majoribus natu: cum in ſolo ſcandalo publico, palam punire expediat, præcauto ſemper, ne quid mali evenire poſſit.

84. De ratione agendi Præfecti cum SubPræfectis id ſatis ſit; ut & illi eũ immediate ſibi in loco Rectoris præeſſe agnoſcant, venerentur, eique obediant, atque monitis ejus deferant, ut erit in SubPræfectorum officio, & Præfectus eos cum omni urbanitate & caritate fraterna tractet, nec in præſentia Convictorum, illis tale aliquid dicat, quod eorum authoritatem apud adoleſcentes diminueret, niſi forte eorum de negligentia vel diſſimulatione admonitio, ex condicto cum illis coram Convictoribus, neceſſaria aliquando prudenter videretur, ut Convictores animadvertant SubPræfectos eorum, ſi diſſimulent, nec coerceant, reprehendi.

85.

http://rcin.org.pl

85. Jam denique id pernecesſarium conſideratu Præfecto eſt, præter paulo ſuperius dictum lubricæ Adoleſcentiæ vitium modis omnibus avertendum, quatuor hæc imprimis frequentiora & familiariora Juvenibus ineſſe vitia, quæ tanquã ſcopum attentionis ſuæ, ſibi diligens, prudensque præfectus præfiget, & ſunt: *1mo*, mendacia, quibus pueris nihil ſæpius, peſſimum autem futuri ſignum, & prodromi ſunt. *2do*, Exigua Puerorum devotio, negligentia, & inſolentiæ in orando tam in cubiculis, quam in Oratorio, & templo. *3tio*. Rixæ, contentiones, & mala verba. *4to*. Crimen contumaciæ, durius reſpondendi, reſiſtendi, obſtinate nõ obediendi illis, qui eos regunt, vel docent. Ad hæc itaque quatuor vitia imprimis exſtirpanda, Præfectus cum SubPræfectis totas animi vires diligentiamque convertat. Eo monita, doctrinæ, perſuaſiones, & correptiones tendant, nihilque unquam horum, ſaltem ſine levi, & cum opus eſt, etiam graviore reprehenſione, vel animadverſione, prætereatur, aut diſſimuletur.

86. Jam cum omnia, quæ ad mores & ſtudia Convictorum pertinent, propius à Præfecto pendeant, illeque primus adjutor ſit Rectoris, & primum Collegii columen, omnis Collegii regularum, conſuetudinumque obſervantia ſummam ac indefeſſam ejus diligentiam requirit: nihil tamen extra ordinem, abſque Rectoris ſcitu & conſenſu aut permiſſione faciet, quæque Rectori non probantur, devitabit.

87. (*Officium Vice-Præfecti.*) Vice-Præfectus eſt duntaxat datum Præfecto adjutorium. Oportet ergo ut Præfectum juvet in inſpectione continua Convictorum, quo ad mores & ſtudia, exactamque temporis, legum ac conſuetudinum obſervationem. Adeoque ea omnia, quæ ſuperius de Præfecto dicta ſunt, faciat, obambulet, viſitet, comitetur, obſervet, moneat, deferat, corrigat. SubPræfectis ut ſuo officio ſatisfaciant, invigilet, compoſitiones Juvenum Scholaſticas & ſimilia, quæ illi Præfectus commiſerit, examinet, emendet, præſertim Literas ad Parentes aliosque. Lectiones, ſi quæ ipſi committentur, tradat. Devotionibus Juvenum diligentiſſime invigilet. Brevibus, in quocunque ejus adminiculo Præfectus eguerit, exequetur, præſtoque erit. Abſente Præfecto vel legitimè impedito, ille totam Præfecti Authoritatem ſupplebit, nec potiſſimum tunc à cubiculis Convictorum unquam aberit. Nunquam penitus uterque erit à Collegio abſens. Si Vice-Præfectus exeundi neceſſitatem habebit, ſemper Præfectum præmonebit. Si SubPræfectorum aliquis extra exit, aliusque Subpræfectus attendere non poſſit, Vice-Præfectus attendet Convictorum cubiculo. §.

## §. IV.

## *De Officio Patris Spiritualis.*

88. OFficium Confeſſarii, Concionatoris, Patrisque ſeuDirectoris Spiritualis, quædam erit religionis ac pietatis anima in hoc Nobilium Adoleſcentium Collegio. Confeſſiones primum audiet, ad quas tamen diebus generalium Communionum unus vel duo è Collegio veteri invitabuntur, non promiſcuè quidem

dem

http://rcin.org.pl

dem, ſed qui à Patre Provinciali ad excipiendas in hoc Collegio confeſſiones quotannis aſſignabuntur. Præparationi & Gratiarum actioni, ad SS. Communionem invigilabit, ut attentè modeſteque omnes juvenes in iis verſentur. Uti etiam Oratoriis, ut Officia devote concorditerque recitentur, præſidebit. Ejus quoque curæ erit Conſiderationes Matutinas quotidianas deligere & prælegere in Oratorio. Dominicis diebus omnibus, (præter vacationum Dominicas, item Palmarum & Paſchatis) media prope hora concionabitur, de rebus ſemper directe ad mores juvenum pertinentibus. Qua in re remittitur ad Ordinationem de Concionatoribus Part: IV. Horam doctrinæ moralis mane, & poſt meridiem Catechiſmi uni Claſſi diebus feſtis & Dominicis tradet, alii à Rectore deſtinati aliis claſſibus. Exequendi puncti Ordinationum Communium Part: II. §. I. Nro. 7. de redditione Conſcientiæ noſtrorum Religioſorum juvenum, illius partes erunt, ſi à P. Provinciali alius P. Spiritualis ac Confeſſarii pro noſtris non deſtinabuntur. Juvenes conſolari, conſiliis illuminare & dirigere nunquam negliget, curabitque ut adoleſcentes eum æſtiment, revereantur & ament, & fidenter in ſuis ad eum recurrant anguſtiis. Qui tamen eum adire voluerint, ſine Præfecti, & ſui Sub-Præfecti ſcitu è cubiculo non egredientur, ne hoc abutantur prætextu; ille vero ſi quē vocandum putarit, id ſine ſcitu Præfecti nunquam faciet, cum quo perfecta confidentia & communi conſilio omnia aget: Deusque avertat ne unquam contrarium aliquid agat, aut Juvenes contra Superiores eorum protegat, etiam ſi forte idem Magiſtratus Provinciæ eſſet, neve ſe eorū externo regimini ullomodo immmiſceat.

## §. V.
## *Officium SubPræfectorum.*

89. IN Rectoris prudenti gubernatione, in Præfecti ac Vice-Præfecti ſumma vigilantia, ſumma rerum hujus Collegii Nobilium conſiſtit, dicere tamen revera oportet omnem eorum prudentiam ac vigilantiam parum admodum, aut nihil in bene educanda Juventute profuturam, ſi Subpræfecti ſuo diligentiſſime non perfungantur officio. Magnum omnino ac grave eſt, eorum in ſimilibus Collegiis munus, ab eorum virtute & ſolertia tota educationis vis, legum ac conſuetudinum omnium vigor, obſervantia, ac fortuna pendet.

90. Primum itaque indoles, dotesque eorum maxime conſiderandæ ſunt, ut ſint moribus honeſtiſſimis, & religioſis, nulla vel umbra juvenilium vitiorum, ac levitatum, aut vitio ebrietatis notati, vere devoti piique, externe, bene compoſiti & modeſti, abſque impetu & immoderatione in verbis, prudentes, circumſpecti, diligentiſſimi, ſeduli, exacti, civiles, in agendo, & in loquendo perurbani, quantum fas pro ætate eruditi bonis literis, in Hiſtoria & Geographia verſati, principiis ſaltem Lingvæ Gallicæ imbuti, Superioribus morigeri, bono exemplo prælucentes, decori honorisque ſui & Ordinis amantiſſimi.

91. Poſt probationem abſolutis Rhetoricæ & Philoſophiæ ſtudiis, vel etiam

http://rcin.org.pl

am abſolutâ Theologiâ, ad hoc munus adhibebuntur, ipſique interea pro eorum profectu Mathematicis diſciplinis aliisque vacabunt, vel interea una cum Convictoribus, ut in Collegio Nazaræno, vel ſeparatim, quare & hic cum Matheſi alteri curſui Philoſophico vacare qui volent poterunt, quique peridonei ad Mathematica viderentur, diutiùs, qui minus, breviori tempore, munere Subpræfectorum fungentur. Abſque expleto tamen poſt Novitiatum Profeſſorii triennio nullus pro munere Subpræfecti è noſtris deſtinabitur, ſemperque præferentur adultioris ætatis.

92. Rectoris imprimis, ut ubique auctoritati, jam vero ex natura hujus Collegii Præfecti quoque inſpectioni Subpræfecti immediate ſubjiciuntur, cui munus in his, quæ ad educationem Juvenum pertinent, etiam ad mores ſingulorum, illos dirigendi & admonendi competit; in rebus vero majoris momenti, Præfectus Rectori denunciabit, ut ille remedium afferat. Præter autem propriorum cubiculorum cuſtodiam, quo loco, quo tempore Convictoribus invigilare, eosque comitari, qui in templo vel Oratorio ſemper præſentes adeſſe, qui exercitationibus diverſis, ut Linguarum ſub Magiſtris externis, ſtudio, choreis, equi, armorumve exercitiis, domi vel extra Domum præſidere, aut Lectiones aliquas, ut Geographiæ, Arithmeticæ, Principiorum, linguæ Gallicæ, aut Germanicæ, etiam linguæ Latinæ tradere jubebuntur, mox prompte obedient.

93. Quo ad munus cuſtodiendi & invigilandi Juvenibus ſuorum cubiculorum, item eorum exerciciis, & lectionibus, item menſis & recreationibus, in hoc ſumma eorum muneris conſiſtit, ut nunquam penitus Juvenes ſibi commiſſos, ex oculis dimittant. Jnauditum in Collegio Nazaræno, ut uno quadrante horæ Subpræfecti à ſuis adoleſcentibus abſint, niſi Præfectum admoneant, moxque alii cuſtodia committatur.

94. Ad pietatis omnia officia, ad religionem quam maximam in templo & Oratorio, ad ſtudia privata in cubiculis, ad ſilentium & modeſtiam in iisdem, ad adimplenda Scholaſtica exercitia, ad tempus ſemper bene collocandum, ad trãquille recipiendas à diverſis Magiſtris lectiones, ad decorum in inceſſu, ad civilitatem in manducando, ad debitum in recreationibus modum, ad conſervandam in capillis, vultu, manibus, veſtibus, induſiis, collariis, tibialibus bene tenſis, calcementis, lectis, munditiem, ad capita & corpora rectè ſemper in inceſſu, ſeſſione, inter manducandum, & ubique tenenda, qua de re perpetuo illi, qui male capita & corpus portare, aut pedes detorquere aſſveti ſunt, moneri corrigique debent; ad urbaniſſimam mutuo inter Juvenes converſationem, & ut civiliſſime ſe ſe tractẽt, ad confabulationum inter eos decentiam, ad impediendas violentas curſitationes ruſticos manuum jocos, jactationes, luctas, in ludis exceſſum, clamores, in itu, & reditu; Ad domandos in juvenibus impetus animi, iram, proclivitatem in rixas, & mendacia, familiaritates ſuſpectas & noxias; ad exactiſſimam, ne aliorum cubicula ingrediantur, ne cum aliis ex alienis cubiculis converſentur, ne in Cubiculis uni alios ſimul manentes impediant, ne extra cubicula exeant, obſervantiam; ad cubiculorum, menſarum, lectiſterniorum, veſtimentorum, omniumque mobilium,

per

http://rcin.org.pl

per famulos curandam munditiem, compoſitionem fidelemque conſervationem; ad decentiam & circumſpectionem, cum Juvenes pro neceſſitate exeunt ne duo ſimul unquam exeant, ac qui exierit, nomen in ſyllabo notet, ad exactum in puncto omnium ſigno dato egreſſum, ne ullus unquam remaneat, nec revertatur, nec tardet, nec alios præcurrat, ſed ut ſimul omnes incedant, exeant, & redeant, ad luminarium in cubicula, curritoria, & ubique portandorum, in famulis exigendā diligentiam, ad inſpectionem circa diſcenda per Juvenes, componenda, ſcribenda, quæ ſinguli in ſuis Scholis debent, formandosque characteres; ac diligentiſſimam uſuum, conſuetudinum, regularumque Collegii per Juvenes obſervationem, & ad cætera hujusmodi, ſummam & continuam Subpræfectorum vigilantiam, & attentionem, eorum munus exigit.

95. Cuicunque loco, lectioni, occupationi Juvenum Subpræfecti præſunt, non tantum ſuper ſui Cubiculi Juvenes, ſed ſuper omnes, Præfecti authoritatem repræſentant. Pænas minores pro prudentia aſſignare poſſunt. Verberare ſine ſcitu Superioris nullo modo, id quod ne pueris pateat, Superioris prudentia facile efficiet, qui Subpræfectorum Auctoritatem apud Juvenes modis omnibus conſervare ſtudebit.

96. Subpræfecti qui aſſiſtunt lectionibus, quæ dantur à'quibuscunque Magiſtris Sæcularibus, ideo ad eas deſtinantur, ut ſi Magiſter ſæcularis non poſſit ſatis Juvenes in officio continere, illi eos in continendis juvenibus juvent. Magiſtris autem ſæcularibus monendis nullo modo ſe immiſceant: talis enim nunquam reperiretur, qui juvenum noſtrorum cenſuræ, vel admonitioni ſubeſſe velit: ſed ſi quod in ijs obſervaverint corrigendum, Patri Præfecto vel Rectori deferant.

97. Familiaritates cum quibuscunque Convictoribus tanquam ſummam ſui muneris injuriam peſtemque Subpræfecti omnino vitabunt; ſed ſemper cum comitate gravitatem præſeferent, ne in contemptum, ut fit, apud Juvenes ſua imprudentia cadant. Benevolentiam affectumque nemini penitus majorem monſtrent; neminem ab aliis diſtinguant, aut excipiant, cum monendi ſunt, aut corrigendi, quod ſemper cum omni prudentia, ac debita moderatione facient, nec unquam penitus verbis minus decentibus, multo minus adhuc ullam ſpeciem contumeliæ ſapientibus utentur, quamvis vel acerbius corriperent, nec, Deus avertat, manu trudent, vel quid ſimile committent. Metum vero Juvenum, ne eorum offenſionem incurrant, uti omnes Profeſſores ac Magiſtri, ita Subpræfecti, vilem & indignam rem ſuo munere putabunt, cum Rectoris ac Præfecti Authoritas, ſemper Juvenes in officio continere poſſit. Quare nihil magis ſtolidum, ſuo muneri magis contrarium magisque noxium eſſe intelligent, quam ſi juvenes, qui ſunt ſemper in his perſpicaciſſimi, fortè animadvertant, ſe à Magiſtro vel Subpræfecto utcunque timeri, aut nimis cautam eorum rationem haberi. Unde conſtanti fortique ſemper animo, ac debita mentis & verborum vi, cum ſummo moderamine prudentiæ, ſingulos quicunque ſint illi, ubi opus erit, admonebunt, corripient, reprehendent, corrigent, nihilque, quod non eſt diſſimulandum, diſſimulabunt. Principio ſtatim nihil præteribunt, ſemper ſuavitate & affabilitate monitis miſta,

ſed ubi opus etiam omnino ſeverius. Contumaces autem mox Præfecto deferent, & ut remedium afferat curabunt, ſi opus eſt, etiam Rectori.

98. Meminerint tamen, quod ſi juſtè ſemper prudenterque id fecerint, amorem ſui & benevolentiam apud Juvenes non perdent; ſi injuſtè imprudenterque, certe averſionem & odium eorum incurrent: quod alter eſſe ſolet ſcopulus, in quem imprudentes & incauti incidunt, qui dum parvi pendi & contemni timet, aut ſuſpicantur, nimia ſedulitate, nimio rigore, nimia ſeveritate, ſtrepitu & clamore continuis, faſtidioſi & moleſti, adoleſcentum à ſe animos penitus alienant. Qui modus agendi fœdiſſimus, quem Galli appellant *le pedentiſme*, tanquam educationis venenum ſummopere vitandus eſt. Nam ſive contemptui, ſive odio ſis adoleſcentibus, quos educas, quidquid facias, quidquid loquare, oleum operamque perdis. Vitium hoc obſtrependi, continuoque clamitandi, querulandi, perſtringendi, ſæpe eſt nonnullorum naturæ indolique innatum, ſæpe etiam ab imprudẽtia aut inexperientia oritur, in iis, qui autumnum in vere, hoc eſt maturitatem perfectionemque in adoleſcentulis quærunt. Sed & natura corrigenda eſt, & experientia ad patiendum potius, & compatiendum juvenibus, paulatim adducamur, oportet. His artibus, hisque principiis Subpræfecti procurabunt & amorem & reverentiam ſui. Suo modo agendi palam oſtendant juvenibus, quod eos ament, quod diligi ab eis velint, quod eos humaniter tractent, & pleraque quæ diſſimulare poſſunt, diſſimulent, quæ non poſſunt, admoneant, corrigantque, ſed ſimul monſtrent iisdem, quod eorum nullam offenſionem metuant. Brevibus cum caritate prudenter fortiterque agant.

99. Jam Sub-Præfecti ſummam inter ſe charitatem colent, & tale aliquid vel leviſſimum vitabunt, quod vel minimam Convictoribus male de iis ſentiendi occaſionem præbere poſſet. Cubicula aliorum non ingredientur, locumque recreationis alienum, neque ullo prætextu tempus ſecum confabulando terent. Si vero veram neceſſitatem ſe ſe alloquendi habuerint, brevibus ſe expedient, qua in re præcavenda, Præfecti diligentia pernecceſſaria eſt.

100. Res Convictorum maximæ curæ illis ſint, illi Regeſtra omnium rerum, cujuslibet in ſuo cubiculo manentis Convictoris deſcribant, unumque exemplar apud ſe ſervabunt, alterum dabunt Præfecto, tertium famulo, denique invigilabunt, ut bene nitideque omnia componantur, & cuſtodiantur, ſupellex veſtiaria reparetur, neve aliquid juvenes aut donent, aut vendant.

101. Corrigendis Juvenum compoſitionibus, audiendisque eorum è memoria lectionibus, examinandis characteribus, utque omnia quæ ad Scholam pertinent, correctè mundeque perſcribant, ſummopere quotidie invigilare, Sub-Præfectorum munus eſt.

102. (*Repetitores.*) Pro omnium Claſſium ut & Scholæ Humanitatis, Rhetorices ac Philoſophiæ Diſcipulis, Rector ſive ex Profeſſoribus Scholarum, ſive ex Vice-Præfecto ac Sub-Præfectis, ſingulis annis deſtinabit, pro numero juvenum, qui ea quæ in Schola tractarunt, cum illis diebus recreationum & feſtis repetent, ac eorum compoſitiones corrigent. Geographiam, Hiſtoriam, Arithmeti-

http://rcin.org.pl

meticam & ſimilia qui Subpræfecti tradere jubebuntur, diligenter tradent.

## §. VI.

## *De inſpirandis optimis Nobili Juventuti principiis.*

*Ad Rectorem, Præfectum, Confeſſarios, Concionatorem, Vice-Præfectum, Profeſſores & SubPræfectos Collegii Nobilium.*

103. QUamvis & tot morales libri, & propria cujusque doctrina ac experientia, & conſulto pro inſtructione in Collegio Juvenum confecta, ac in perenne pignus eidem relicta, de Viro honeſto, & bono Cive Oratio, plurima ejusmodi ſaluberrima principia, ſapientibus Moderatoribus & Magiſtris Collegii iſtius ſuppeditent, quibus continuo Adoleſcentes traditos curæ eorum imbuant, nihilominus majoris facilitatis gratia, in brevius quoddam compendium hæc ipſa rediguntur, ac oculis regentium, & docentium illuſtrem hanc juventutem, ſubjiciuntur principia. Ut cuncti bene meminerint, quam educatio hæc, & ſi ad ornanda quidem diverſis rebus ingenia, multo tamen magis ad formandos ad virtutem animos, cum inſtituta ſit, tum tendere ſemper debeat.

104. Jmprimis igitur & qui regunt, & qui in hoc Collegio docent, juventutemque cuſtodiunt, perſvaſionibus frequentibus, conſiliis, rationibus conſcientiæ, timoris DEI, Chriſtianæ Legis, honoris, famæ, & decoris proprii, amoris Parentum, claritudinis natalium, boni, commodique futuri, & ſimilibus, aliisque à contrario derivatis, juvenes ad virtutē ducere, à vitiis revocare, nunquam ceſſent. Hæc ſemper erunt monitionum principia, hæc capita, hæ cauſæ, Religio, Deus, Salus Animæ, Evangelium, rationis lumen, juſtitia, honor proprius, Parentum decus & conſolatio, ornamentum Familiæ, futuræ vitæ ac ætatis commoda, gloria nominis, maximum vel à teneris ad virtutes illicium, ſi eo bene Præceptores, Parentesque utantur.

105. Patriæ amorem, æſtimationem, caritatemque ſummam iis ſæpe ſæpius inculcare non deſiſtant, ut pueruli vel à tenera ætate concipere incipiant, quid ſit hic tantopere commendatus amor Patriæ, quam ſit dulcis Patriæ charitas, quid Patriæ debeant, quid pro Patria ſemper eos facere oporteat, quam diligenter ſe in bonos formare Cives, eis neceſſe ſit: hæc ſit iis continua lectio ac prædicatio: Fides, amor, reverentia ſumma, & obedientia erga Principem, obſervantia Legum Patriarum, ſubmiſſio prompta & perfecta, & alacris parendi voluntas (quam ſubordinationem vocant,) Magiſtratibus & Jmperiis, omnibusque qui nobis præſunt, eorundemque ſumma reverentia. Hæc quavis occaſione data quam ſæpiſſimè iis efficaciſſimeque commendanda ſunt.

106. Quam frequentiſſimè item res hæ iis inculcandæ ſunt, nimirum: Officia in Parentes, in Majores, in Conſanguineos, in amicos, in quemvis proximum, in ſervos, in ſubditos, Juſtitia exactiſſima in ſolvendis opificibus, artificibus,



http://rcin.org.pl

Mercatoribus, famulis, atque in debitis indilate ſanċteque cuicunque reddendis. Fides ac veritas ſacroſanċta in promiſſis, in contraċtibus privatis & publicis, in conventionibus quibusvis, in tranſaċtionibus juridicis. Sinceritas & conſtantia in amicitia, deleċtusque proborum amicorum, alacritas ad benefaciendum pro fortunæ modo, & ad juvandas ac promovendas res amicorum. Tempeſtiva cognitio vanitatis rerum mundanarum, & ſolidus ille ac non tantum hominibus ſolitariis vitamque monaſticam profeſſis, ſed & cuivis bene ratione utenti viro, etiam ditiſſimo neceſſarius ac conveniens contemptus mundi, divitiarum, vitæ, voluptatum, honorum, gloriæque vanæ; brevitas & caducitas opum, ac omnium humanarum rerum. Falſæ hominum de his fluxis & incertis bonis opiniones. Mortis certitudo & incertitudo diei. Verus finis ultimus hominis, & neceſſaria æternorum cura. Aċtionum vitæ omnium ad hunc unum ſupremum finem quotidiana & continua direċtio. Vera hominis felicitas in aſſequenda ſalute æterna. Moderatio deſideriorum depravati cordis humani, ne juvenes mox à tenera ætate ut ſolent in magnis fortunis & pompis maximam felicitatem collocent, neve nimium eas laudare, optare, & æſtimare conſueſcant. Modeſtiæ in proſperis, patientiæ in adverſis neceſſitas. Mala innumerabilia & graviſſima conditionis humanæ. Æquanimitas & reſignatio in omnibus ad voluntatem ſupremi Numinis. Naturæ inter omnes homines æqualitas. Caſus & mera ſors nobili loco & familia naſcendi. Nobilitas vera in ſola virtute, & ad virtutem ſtimulus. Sine virtute, ingenio, honeſtísque moribus, quam futilis & vana Nobilitas. Patrimonii conſervandi augendique neceſſitas. Parſimonia laudabilis, & prudens œconomia in modo vivendi & expenſis. Fuga æris alieni contrahendi. Modus in expendendo ſemper accommodatus ad modum proventuum. Ne expenſæ percepta ſuperent, ſed pars redituum pro caſu ſervetur; artis œconomicæ exercendæ, bene intelligendæ, utilitas ac neceſſitas. Diligentia & laborioſa attentio, in gubernatione propriorum bonorum, in inſpeċtione eorundem adminiſtratorum, in examinandis rationibus ſeu regeſtris, in trahendis reditibus, in expendendo pro veſtibus, equis, famulis, rhedis, domibus, Fabricis, ornamentis, conviviis, muneribus, ne unquam modum redituum excedant, ſed ut hi, & ad debita pro ſtatu cujusvis vitæ commoda, ſemper ſufficere poſſint, & in augmentum fortunæ potius, quam in luxum converti, debitis ante omnia perſolutis. Fides & conſcientia in contributionibus publicis, ac promptitudo ad juvandam è propriis bonis Rempublicam. Militaris gloriæ in defendenda Religione, Patria, ac Principe, dignitas ac præſtantia. Vitia & crimina in militaris vitæ genere honeſtis & Chriſtianis hominibus vitanda, ut rapinæ, violentiæ, concuſſiones, libidines. Fuga & deteſtatio alearũ ludorumque ſemper & conſcientiæ & fortunæ periculoſorum. Superbiæ & ambitionis triſtes ſequelæ. Moderatio iræ, vindiċtæ ac motuum animi. Circumſpeċtio in verbis ſumma, præſertim in loquendo de Principibus, Magiſtratibus, atque nos gubernantibus. Vitandæ potentiorum offenſæ. Execrabile adulandi, & mala quæque laudandi, ſive Principibus, ſive potentioribus, ſive amicis & æqualibus miniſterium. Summum veritatis ſtudium, ac imprimis mendacii turpitudo & horror. Peſſimus ac ignominioſus hominis falſi, falſi amici, falſi miniſtri, viri perverſi, per-

http://rcin.org.pl

perfidi, & verſipellis character. Jnfamis character hominis avari, ſordidi, furis publici, raptoris, invaſoris, uſurarii. Deteſtabilis indoles hominis ad lites proni, litigiis, & continuis ad Tribunalia & Judicia aliorum provocationibus faſtidioſiſſimi, & humanæ ſocietati gravis. Levis ac contemnenda indoles hominis perpetuo jocoſi, continuo verborum æquivocorum uſu ineptè faceti, præſertim cum aliorum offendiculo. Ebrietatis execrandum & abominabile vitium, ſanitati, fortunæ, honori, conſcientiæ nimium noxium. Decoctorum & prodigorum juvenum, qui patrimonia, gulâ & expenſis, aleis, ſtultis chartarum ludis, luxu ridiculo, deperdunt & abliguriunt, infeliciſſimus ſtatus, contemptus, deriſio, & pudenda paupertas Societatis malæ cum hominibus præſertim adoleſcentibus levibus, laſcivis, potatoribus, ganeonibus, graſſatoribus, aleatoribus, ſimilisque farinæ infinita & maxima damna, certaque etiam optimorum cum iiſdem corruptio. Verborum laſcivorum, jocorumque inverecundorum turpitudo, homines graves, multo magis Chriſtianos nimium dedecens, in juvenibus autem nullum pejus futuri præſagium, quam pudoris & verecundiæ amiſſio. Scandali tam domi quam in publico gravitas. Famulorum nequam, adulatorum, paraſitorum, peſſimæ in decipiendis Dominis præſertim junioribus artes. Bonorum ac fidelium famulorum inæſtimabile pretium, & quam ii bene tractandi, quam libertas vera dicendi iis permittenda, quam dijudicandum ſolidè quidquid ab aliis qui eos ſupplantare volunt Domino deferatur, quam univerſim ſervi etiam infimi benignè clementerque habendi, quam à furioſo impetu, crudelitate verborum, & verberum, percuſſionibus, & ab omni ſævitiæ genere cum iis, ut cum humilibus, quos ita vocat Seneca, amicis, abſtinendum, quam denique amor eorum plus quam metus bonis Dominis curandus. Affabilitas, comitas, ſuavitas, & humaniſſimus cum cunctis agendi modus ſemper ſervandus. Mediocritas laudabilis, ſed ſimul nitor & mundities abſque ſtolido luxu in apparatu domeſtico, veſtibus, menſa, equitatu, famulis duntaxat neceſſariis ad obſequia, non ad pompam inutilem. Societas & conſuetudo cum hominibus gravibus, cum primariis Reipubl: cum Viris doctis & probis ſummopere quærenda. Jn Converſationibus etiam à juvenili ætate nobilis quædam libertas cognoſcendi, & alloquendi digniſſimos quosque, iisque ſe præſentandi, & inſinuandi ſtudium, ne ut male educati, vilisque conditionis ac indolis pueri, dum apud Parentes, Conſanguineos, Virosque digniores ad menſam invitantur, vel dû iiſdem præſentantur, muti ſtupentesque hæreant, ſed alacriter mox prudenterque reſpondeant, ètiam ignotos alloqui ac omnes humanitate prævenire ſatagant. Civilitatis ac urbanitatis omnis in cultu debito, in ſalutando, in alloquendo, pro gradu & diſcrimine perſonarum meminerint, modeſtæque continentiæ, & recti ſemper capitis corporisque ſitus. Hominibus claris, Proceribus, Fæminis, & Matronis gravibus, probari commendarique maximè curæ cordique habeant. Laudibus ſtolidè non extollantur, ſed ad virtutem excitentur, admonitionibus non offendantur, imò eas gratè lætique excipiant, atque etiam deſiderent. Hæc & ſimilia adoleſcentibus Nobilibus inſpirandi millenæ occaſiones dantur. Et hoc eſt bonis principiis, bonis conſiliis, bonis ſententiis judiciisque à teneris juvenes imbuere,

http://rcin.org.pl

re, hoc eſt rectè ut de omnibus rebus cogitent ac judicent, vitamque & mores ad omnem virtutem conformare incipiant eos aſſuefacere, hoc illud eſt, verè apteque juventutem Nobilem educare. Hæc illorum animis ab ineunte ætate identidem inſtillare, hominesque eos probos ac honeſtos, bonos Patriæ Cives, fideles Regibus, utiles Societati humanæ, pios innocentesque Chriſtianos formare, majora hæc ſunt, ac præclariora longè, magisque neceſſaria, & magis ſunt obligationis ac officii noſtri, quam eos ſummos Oratores, Poëtas, Mathematicos ac Philoſophos facere. Brevibus, hic primus eſt educationis ſcopus, ad quem tendere, cum hoc loci Sub Præfecti immediati juvenum ſint præſides, & cuſtodes, cum Magiſtri iis erudiendis quotidie vacent, tam illorum quam iſtorum maximè, nedum Rectoris, Præfecti, Confeſſarii ac Concionatoris intereſt, talibus nimirum doctrinis principiis monitisque cor, mentem, memoriamque Juvenum locupletare, illuſtrare, ac perficere.

107. Sed cum nemo det, quod non habeat, ipſi imprimis Sub Præfecti, aliique, quibus educatio juvenum commiſſa eſt, hæc ex libris moralibus & Politicis, quorum magnus eſt numerus, legere & haurire debent, ut ea facilius dato quovis tempore & occaſione juvenibus communicare poſſint.

108. Cum autem prima omnino virtus cæterarumque fundamentum, quæ primo loco requiritur in juvenibus, ſit eorum docilitas ac obedientia, illi vero cũ proni ſint ad reſiſtendum iis, à quibus reguntur, & præſertim in frequentiore numero, ad ſeditiones & conſpirationes, & ſi fortè poſſent, ad excutiendum omnino jugum; proinde ſæpiſſimè iis inculcandum eſt, maximum eſſe in juvenibus flagitium inobedientiam, obſtinationem, & contumaciam, Superiorumque ſuorum qui loco Parentum ſint, vel minimum contemptum. Perſuadendum iis eſt, in hac ætate eos diſcere debere omnem ſubmiſſionem eorum Præceptoribus, ut facilius deinde ſe ſubmittant Magiſtratibus. Rempubl: aliter regi non poſſe, niſi quorum munus eſt, regant & imperent, alii imperantibus obediant, exercitum aliter ſtare non poſſe, niſi exactiſſima ad juſſa Præfectorum promptitudine, ſi itaque boni Patriæ Cives, boni Regum Subditi, boni milites eſſe velint, nunc illis eſſe obediendum, nunc cervices ad juſſa majorum nutumque inflectendas, nunc voluntatem eorum frangendam, edomandosque eſſe animi impetus. qui ſi nunc ſinerentur indomiti, longe gravius futurum ſit, eos in provectiore ætate infringere, ac colla deſtinatis à Deo & Republ: poteſtatibus, ut par eſt, ſubdere. Maxima fortunarum & familiarum, & honoris & libertatis, & vitæ pericula, iis deinceps imminere, qui à teneris, majoribus ſuis morem gerere; ſubmitti, ac libenter obedire non didicerint. In majoribus longè rebus velint nolint illis futura ætate omnino obediendum eſſe. Ad hanc ergo cumprimis virtutem modis omnibus ducendi, perſuadendi, accomodandique ſunt, & niſi perſuaſionibus ſe dedant, etiam omnino cogendi juvenes. Nihil itaque omnino ſit, quod tandem facere ut jubentur non debeant. Nunquam pertinacia eorum vincat, ſed ſemper vincatur. Qua in re tamẽ cavendum ne indureſcant, ne malitiam majorem contrahant. Aliquando itaque mox obedire adigendi ſunt. Nonnunquam tempori cedendum, & cum à nimio im-

http://rcin.org.pl

impetu deſerbuerint, redeundum, agendumque prudenter & fortiter, ut denique juſſa exequantur, nec unquam pertinacia eorum triumphet.

109. Præcipua tandem opera ac omne ſtudium adhiberi debet, ut aſſueſcant & diſcant, ut habitum contrahant juvenes in omni re eſſe juſti. Omnia ut mala potius infortunia, pœnas, paupertatem, mortemque ipſam tolerare præferant, quam injuſtitiam committere, hocque præſertim vivendi Chriſtianè principio, à teneris quam ſolicitiſſimè imbuantur. Virtutis hujus itaque præ cæteris ſummam æſtimationem habere doceantur, quæ ſuum cuique tribuere jubet. Inſpiretur iis nihil ut ita cupiant in mortali vita, quam eſſe juſti in omnes, quam reputari juſti. Hanc eſſe omnium laudum pulcherrimam, homo juſtus, vir juſtus. In eorum judiciis, errores mentis identidem & ſæpius detegantur, Mille occaſiones ſunt, ubi unus alteri injuriam verbo vel actione facit, in his conentur, qui eos dirigunt, eos commonere & convincere injuſtitiæ. In pœnis eorum quibuscunque, quo ad humanitus fieri poterit ſemper laboretur, ut juſtitiam corrigentis, ſuam injuſtitiam & reatum agnoſcant. Sæpè juſtæ actiones vel injuſtæ Principum in populos, Judicum in partes, Magiſtratuum in Cives, Dominorum in ſervos, ementium in mercatores, ſolventium in artifices & viciſſim, denique amicorum in amicos, hominum in homines iis producantur, exaggerentur, & ut eas obſervent ac concipiant, contendatur. Illud *quod tibi non vis, alteri ne feceris* pro regula totius vitæ habere doceantur. Et niſi juſti eſſe deſiderent, juſti evenire contendant, juſti ſint, niſi internam diſpoſitionem animi & cordis ad juſtitiam ſemper agnoſcendam & faciendam ſibi ineſſe ſentiant, niſi injuſtitias Naturales ad quas cuncti homines proni ſumus in ſemet obſervare & emendare ſemper totis viribus connitantur, ſciant ſe futuros homines peſſimos, malos amicos, iniquos Judices, nequam Dominos, improbos ſubditos, Reipublicæ peſtes, Magiſtratuum monſtra, odiorum ac contemptus humani metam, Patriæ ac ſæculi ſui opprobrium, ſocietatis humanæ hoſtes, omnibus quibuscum vivunt intolerabiles, & deſpicabiles, in vita & poſt mortem infeliciſſimos.

110 Sed cum denique è ſola Religione omnia pendeant, nihilque ratio humana, nihil omnis Philoſophia, Ethica ac Politica tam efficax, ad animos hominum ad virtutem ducendos, à flagitiis abſterrendos contineat, quam Religionis vis, hanc itaque imprimis ſummo ſtudio, totis viribus juvenibus continuo tam Profeſſores quam Sub-Præfecti immediatè inſpirabunt, ut quæ Dei ſunt, Deo, quam religioſiſſimè ac exactiſſimè ſemper reddant, ut matutinas veſpertinasque ante cubitum preces, qua animi devotione poſſunt, nullo penitus die vitæ ſuæ omittant, ut Sanctam Catholicam Fidem & rite prout capere poſſunt intelligant, ac Evangelica principia bene condiſcant, & Romanam Eccleſiam revereantur & ament, atque in fidei defenſionem animam & ſanguinem profundere more majorum ſint parati. Ut B. Virgini ſingulariſſimè ſint devoti: Ut Eccleſiæ & Eccleſiaſticorum hominum debitam reverentiam habeant, illi damna non inferant, ejus legitima jura tueantur, ac iis exactè pro cæleſti mercede in decimis ac cenſibus ſatisfaciant.

Ut

http://rcin.org.pl

Ut Sanctiſſimum Altaris Sacrificium quotidie præſertim vero omnibus diebus Feſtis, cum debita attentione, ſilentio, modeſtia & devotione, Sacramenta verò ſæpè ac religioſe frequentare conſueſcant, & pænitentiæ Sacramento quam ſæpius uti non negligant, jejunia obſervent, irreligioſorum hominum licentiam & dicta contemnant. Ut ſummam in pauperes charitatem ab ineunte ætate condiſcant, commiſerationem erga miſeros ſentiant, eleemoſynas jure Divino pauperibus deberi, eas & temporalem & æternā mercedē manere credant, & ad eas largiendas ſint alacres, in iisque potiſſimè rem Chriſtianam ac præcipuum meritum apud Deum conſiſtere, immiſericordes verò Deo eſſe odibiles, graviſſimèque & in præſenti, & in futura vita puniri, certo ſit, illis perſuaſum. Ut imprimis Deum Creatorem, ſuumque principium & ſuum ultimum ad quem creati ſunt, finem eſſe, & mente & praxi cognoſcant, ideoque quotidiana intentione omnes actiones ſuas ad Dei Gloriam dirigant, offerant, & conſecrent, & in omnibus operibus piis ac in omnibus laboribus Dei gloriam intendant, ut peccatum omne tanquam Dei offenſam & ſalutis æternæ perditionē totis viribus, tota vita devitent, ac ſi quæ ex fragilitate contraxerint, mox indilata pænitentia eluere ſemper donec vixerint, ſtudeant. Quo ad virtutem caſtitatis, cujus amittendæ periculis jam hæc magis vel proxima ætas obnoxia eſt, ad Sub-Præfectos ſpectat potius quatenus diligentiſſimè invigilēt, ne familiaritates inter juvenes irrepant, neve ſeparatæ ab alis converſationes inter eos ullo in loco ineantur, quam ut virtutem hanc multis prædicent, Doctrinisque Spiritualibus ac moralibus, Confeſſariis item, hoc munus relinquāt, ac ipſimet meminerint, eſſe ſe quaſi quosdam eorum terreſtres Cuſtodes Angelos.

111. Denique jam tam Profeſſores & SubPræfecti, quam Superiores hujus Collegii, maximum Juvenum profectum & profectus apicem in eo ſtatuent, ut adoleſcentes præſertim jam diſcretione judicii præditos, quales ſunt in altioribus Scholis, ad librorum lectionem privatam aſſuefaciant, guſtumque illis legendi quā maximè totaque virium contentione inſpirent, quem certè qui ex hoc Collegio exportarint, illi ſoli eruditi doctique ac ornamento Reipublicæ futuri ſunt.

112. Ex his liquet ſi omnium Scholarum certè præcipuè Collegii hujus Nobilium ſcopum eſſe, non ingenia tantum ad artes & ſcientias, ſed corda animosque imprimis ad virtutem formandi, id quod faciendi, ſi alii, certè præſertim SubPræfecti, præter Præfectum, ac Vice-Præfectum, Profeſſoresque campum habent liberrimum, dum muneri ſuo ſatisfacere pro conſcientia & honore velint.

113. Hæc brevibus decerpta collectaque ſunt, quæ juvenibus, continuo inſpirari debent, plura imo plurima his ſimilia facile prudentibus, piis, gnarisque educatoribus occurrent, dum ipſismet bene perſuaſum ſit, in ejusmodi præceptis, principiis, conſiliis, monitis, & doctrinis ſummam bonæ educationis conſiſtere. Si vero ad SubPræfectos ſpectāt, Præfectumque talia ſæpius occaſione data Juvenibus brevibus inculcare, magis adhuc ad moderatores Collegii id pertinet, & ad eos è noſtris, qui doctrinam moralem & Chriſtianam ex Lege Collegii tradituri ſunt, ut in omnibus eorum doctrinis, librorumque Moralium, ac Chriſtianorum explicationibus, eo ſemper colliment, ut adoleſcentibus omnia ſupradicta quam dili-

diligentiſſimè inculcent, ferventerque inſpirent. Quæ hoc loci hactenus attacta & enumerata diverſa morum principia etiam Profeſſoribus Scholarum publicarum utiliter inſervire poſſunt. Oratio vero ſupra dicta, *De Viro honeſto & bono Cive*. ſingulis annis, à die prima Decembris, quousque finiat, hora lectionis moralis matutina, diebus Feſtis & Dominicis, à Præside doctrinæ moralis, Juvenibus ætate majoribus, diligenter explicabitur.

## §. VII.

## *Ratio docendi pro Magiſtris & Profeſſoribus in Collegio Nobilium.*

114. REmittuntur imprimis omnes Magiſtri & Profeſſores Collegii Nobilium, ad Ordinationes præſcriptas in Viſitatione Apoſtolica pro omnibus publicis Scholis, in quibus ſua officia, tam quo ad mores & virtutes Magiſtrorum, ac vitia ab iisdem vitanda, quam quo ad methodum docendi, & ad munus quamlibet Scholam tractandi copioſius deſcripta legent, quæ ſi alios omnes, certè & hujus loci Magiſtros, & Profeſſores maximopere ſtringunt, & obligant. Jtaque Ordinationes dictas omnino relegant.

115. Præter regulas obſervationesque generales, primo loco in dictis Ordinationibus Parte III. §. 1. 2. 3. ſimul pro omnibus Scholas pias docentibus propoſitas; Magiſtri Incipientium in hoc Collegio legant, obſerventque ea, quæ de Scholis Parva & Jnfima, ſeu 1ma, & 2da ibidem ſcripta ſunt. Magiſtri Grammatices ea legant, quæ de Grammatica, & Syntaxi ibidem. Profeſſores primæ Rhetorices ſeu Humaniorum legant Scholam Humanitatis. Profeſſores Rhetorices, quæ eorum Scholam ibidem concernunt. Profeſſores Philoſophiæ quæ ſuam. Jnutile eſſet hoc loci res tam prolixas repetere.

116. Cum vero tempus Scholarum in hoc Collegio Latinarum decurtatum ſit, duntaxat hic diſpoſitio duarum horarum manè, unius & dimidiæ veſpere, quidque in ſingulis Collegii Nobilium Scholis his tribus horis & dimidia agendum ſit, item ratio tradendæ Hiſtoriæ, Geographiæ, & ſimilium deſcribetur, & Auctores, quibus uti debent.

117. Quos Auctores, dum nonnullis meliores reperientur, Rectores Collegii cum aliorum conſilio, ſi libebit, in alios permutabunt. Omnes autem Magiſtri & Profeſſores hujus Collegii ita apud ſe ſtatuant, præter brevem & compendioſam præceptorum brevi tempore expediendam explicationem, Scholas Collegii hujus in ſola ferè Authorum deſignatorum continua diligenti prælectione, & explicatione conſiſtere, ac in manuducendo juvenes praxi ipſa ad componendum aliquid juxta gradum cujusque Scholæ.



http://rcin.org.pl

## §. VIII.

## *De Magiſtro Incipientium Linguam Latinam, & Principiorum Sacræ Hiſtoriæ.*

118. MAgiſter incipientium hic habet Officium docendæ Parvæ & Jnfimæ Scholæ. Si ſint tales Convictores, qui legere diſcant, extra Scholam privati ſtudii tempore docebuntur.

(*Ab 8va ad mediam 9nam horam.*) Jn Schola vero hac à 1mis 7bris ad Natalem Domini *prima media* ſcholæ hora, Declinationes, Comparationes, & Conjugationes cum ſuis diſcipulis perpetuo Magiſter repetet. Non tantum autem eos conſequenter per tempora conjugare docebit ſola verba, ſed & caſu Nominū addito, diverſa tempora conjugationum eos percurrere faciet. Diligentes Magiſtri, cum laborem, faſtidiumque digerunt, ut plurimas Conjugationes per omnia tempora cum aliqua conſtructione ſibi deſcribant. *v. g.* Ego non pingo, tu non pingis; ille non pingit faciem, Fæminæ vultus pingunt, Viri nunquam ora pingimus, nec vos unquam pingitis. Conclave meum pinxi, tu quoque tuum pinxiſti, ille ſuum pinxit. Nos noſtras ædes pinximus, vos non pinxiſtis, multi ſuos parietes pinxerunt. Pinge, pingito, pingamus, pingite, pingitote, pingant, ſibi bene omnes in Memoria Chriſti Jmaginem. Neſcio artem pingendi, habeo animum ad pingendum, pingere, pingendo ſtudetur. Ego me pingi curabo, ut pingar, ut pingaris, pingantur. Sol pictus, luna picta, templum pictum. Si pingerem, fratrem imprimis pinxiſſem, ſi pingeres, pinxiſſes. &c. ita per ſingula tempora, quam plurimas Conjugationes deſcriptas habendo, & in iis incipientes exercendo, magna illis conjugandi temporumqne cognoſcendorum ſenſim conflatur facilitas. Adeoque alternis vicibus continuo dicta prima media hora declinent, & conjugent, hocque exercitium finiat cum Adventu.

A Natali Domini hac eadem *Prima media hora* Magiſter colloquiis Latinis Diſcipulos exerceat; nimirum hiſtoriolam aliquam Polonicè illis dicat, deinde eandem latinè, eamque bis, vel ter repetat, ac deinde à diſcipulis Polonicè & Latine repeti faciat, curetque ſemper plana, ſed correcta latinitate uti, ejusmodi vero hiſtoriolas excerpet ex Valerio Maximo, vel ex Valerio Maximo Chriſtiano, vel ex Apophtegmatis Licoſthenis, vel ex libello latino ſelectas veteres hiſtoriolas continente, vel ex quibuscunque Mythologis, vel ex fabulis Æſopi, vel Phædri &c: vel ſimilibus dum breves ſint & faciles. Hæc loquendi latinè exercitatio duret uſque ad exitum anni illis diebus, quibus compoſitio domeſtica non corrigitur: quando enim compoſitio domeſtica, de qua infra, afferetur, loco colloquii Latini, hæc primâ mediâ horâ breviſſime corrigetur & alia brevis dictabitur. Hæc de prima media hora toto Anno.

(*A media 9na. ad 9nam.*) *Altera media hora* Scholæ Matutinæ, Grammatica à capite uſque ad Proſodiam excluſive, conſequenter explicabitur, ſemel

ad

ad Natalem Domini, vel paulo plus, altera vice iterum à capite ad Paſcha vel ad plurimum ad finem Aprilis. Curandum non ut memoria diſcant, ſed duntaxat ut bene intelligant regulas, tabulasque totius Grammaticæ, qua bis explicata ab explicatione ejusdem ceſſabitur: ſed componendo & Authores Latinos legendo, identidem regulæ & obſervationes Grammaticæ commemorabuntur verbis quam pauciſſimis, & ab ipſomet Magiſtro, non à Diſcipulis, ne fruſtra lectioni Authorum tempus extenuetur. Finita (hâc media hora) bis Grammatice ante vel mox poſt Paſcha, in hanc ipſam mediam horam lectio Authorum, qui mox infra ſequentur transſeratur. Hæc de ſecunda media Scholæ Incipientium hora.

(à *9na, ad med:* 10.) Jam altera hora Scholæ Matutinæ incipientium ita impendatur: *à 9na ad med:* 10. libri Latini legentur, quales ſunt: Evangelium Divi Lucæ, Acta Apoſtolorum, Liber Tobiæ, Liber Judith, Capita aliqua ex Libris Machabæorum, ut de Heliodoro cap: 3. Mach: 2. De Martyrio ſeptem fratrum Machabæorum cap: 7. Mach: 2. De Eleaſaro cap. 6. Mach: 2. Selectæ Hiſtoriæ Veteris & Novi Teſtamenti latinæ, Jmprimis fabulæ Phædri pro incipientibus commendatiſſimæ, item colloquia Eraſmi Rhoterodami. Jtem Ludovici Vives, & Pontani opera pro puerulis ſcripta. Hi libelli omnes explicari non poſsũt, ſed ad libitum Magiſtri deligantur. Plurima nihilominus ex iis explicari poſſunt & debent; cum à principio 7bris ad Paſcha hora media, à Paſchate vero finita explicatione Grammatices tota hora ad exitum Anni pro iis explicandis deſignatur.

Monitum vero hoc & ad omnes, & ad Magiſtrum Incipientium pertineat, in explicandis ejusmodi Authoribus tempus multis Grammaticis aliisque interrogationibus non eſſe terendum, & curandum duntaxat, ut pueri bene intelligant, ac in explicando procedendum, prudenterque ad finem libelli properandum eſt. Difficultates maximæ, quæ principio cum adoleſcentulis in ejusmodi explicationibus occurrent, deterrere minimè debent, ſemper enim diminuentur, & facilitas intelligendi accreſcet.

(*à Media* 10. *ad* 10.) *Ultima media hora.* Magiſter à principio 7bris ad finem Anni ex Latino in Polonicum, ex Polonico in Latinum alternis vicibus vertet ſemper, conſequenter libellum cui titulus: Orbis ſenſualium pictus; & quæ componet, dictabit; hocque compoſitionis in Schola exercitium, toto anno durabit. Jn fine Scholæ diſcenda memoriæ aſſignabit. Hæc de duabus Matutinis horis.

(*Hora recreationum diebus.*) Cum vero recreationum diebus una tantum hora Scholæ Latinæ aſſignata ſit, primo in ea compoſitiones domeſticas dictabit uno quadrante vel paulo plus, deinde explicationem Arithmeticæ ex Grammatica ad finem horæ continuabit.

(*Poſt meridiem à 3tia ad 4tam.*) Poſt meridiem una & dimidia hora aſſignatur. Prima hora ſit ſtudium Hiſtoriæ Sacræ, prælegantur que adolescentibus duo libri uterque media hora, nimirum lingua Polonica: *Hiſtorye Starego y Nowego Teſtamentu przez Załuſkiego tłumaczone.* Altera media hora Severi Sulpitii Sacræ Hiſtoriæ compendium. Ut vero ex libro præſertim Polonico Hiſtoriam Sacram memoriter condiſcant Adoleſcentuli, curandum, & juvanda eſt eorum memoria.



http://rcin.org.pl

Et quidem primo: quam breviſſime fieri poteſt, hiſtoria ex rudimentis hiſtoriæ, vel alio ſimili iis dictetur. *2do.* Heſternam lectionem totam ſemper prius repetant polonicè antequam ſequentem legant. *3tio* Sabbato repetitio omnium lectionum totius hebdomadæ fiat. *4to.* Finita quavis parte libelli, ut ex Geneſi, Regibus, Machabæis repetitio præteritorum fiat. Denique ſi non omniſi recordabuntur, non omnium obliviſcentur. Jn examinibus deinde, de quibus infrà, memoriæ experimentum dabunt.

(*à 4ta. ad med: 5tam.*) Ultima media Scholæ hora characterem quotidie in Schola ſcribent, & formabunt: Jntra ſcripturam alternis alii vocabula ſua recitabunt, & quæ memoriter didicerunt.

Die Veneris hac media hora Arithmeticæ, explicabitur.

(*Lectiones è memoria.*) Lectiones è memoria diſcendæ in hac Schola erunt imprimis vocabula: Hæc vero vocabula duplicia, alia quæ in Grammatica ad calcem reperiuntur, ex quibus quovis manè dena, poſt meridiem quina ſemper recitent: Alia vocabula, quæ in componendo latinè, & in explicatione Authorū Latinorum nova occurrent, quæ Magiſter ſemper dictabit, pro quibus ſeparatos ſexterniones omnes diſcipuli habeant, idque ab iis diligentiſſimè exigatur; voces itaque quas ſingulis ſcholis ſcribent, memoriter ſequenti Schola recitent, & die Sabbato manè Magiſter ex ſexternione cujuscunque eaſdem voces interroget, & examinet. Præ cæteris itaque penſis è memoria, ut vocabula quam plurima condiſcant, ſolicitiſſime invigiletur. Binos itidem, ternos, vel plures verſiculos ex ſententiis Grammaticæ adjunctis memoriter quotidie addiſcant, à Paſchate ad finē Anni, à 7bri verò ad Paſcha Conjugat: & Declinat: Tandem pro utiliſſima exercitatione memoriæ, compoſitiones quæ ipſis ex hiſtoria vel ex Orbe Senſualium picto corrigentur, & dictabuntur, memoriter quotidie perdiſcant; penſa verò è memoria ultimo quadrante privati ſtudii audiantur ante Scholam.

(*Compoſitiones.*) Compoſitiones domeſticæ ex hiſtoria, exercitia in Schola ex Orbe ſenſualium picto, ut dictum, eſt, illis ſemper dictentur. Mane pro diebus recreationum, & veſpere, (loco tum ſcribendi characteris) pro feſtis. Pro aliis diebus compoſitiones non dentur.

Pro Libris ut vocant diligentiæ, formandoque charactere compoſitiones latinas, & polonicas diligenter in uno ſeparato ſexternione deſcribant.

*Hæc pro Schola Incipientium.*

## §. IX.

## *De Magiſtro Grammatices & Hiſtoriæ Polonæ.*

119. JMprimis ex Auctoribus Latinis in hac Schola, quos ex iis ſibi Magiſter pro libitu delegerit, horis, ut mox infra, explicandi ſunt, iſti: Cornelius Nepos, Q. Curtius, Eutropius, L. Annæus, Florus, Plutarchi vitæ. Salluſtius de bello Catilinario, Epiſtolæ Ciceronis, uti ſunt ſelectæ pro ſchola Synta-

xi

http://rcin.org.pl

-i in Ordinationibus Scholarum Publicarum, Part: IV. §. VII. Nro: 102. Epiſtolæ Plinii. Virgilii Georgica & Bucolica, Ovidii elegiæ de Ponto vel de Triſtibus &c. Hi libri, non ut omnes explicentur, ponuntur, ſed pro libitu Magiſtrorum ex illis ſeligendi. Sive Magiſter velit unum, quem delegit, totum explicare, deinde alium conſequenter, ſive ex iis quædam explicanda deligere, perinde de eſt: Nam hic finis explicandi non eſt alius, quam linguæ latinæ exercitatio & Auctorum cognitio ac Intellectio. Epiſtolas tamen Ciceronis, & Plinii non omittat. Cum vero in hac Schola multi pro ſecundo anno remaneant, alii non adventent, proinde Magiſter ea, quæ anno præterito explicuit, Anno ſecundo non explicet, ſed alia. Quare quilibet Magiſter diligenter ſibi annotet, quid ex quo libro, Anno præterito explicuit. Siqne diſceſſurus eſt, notam explicatorum Præfecto Collegii omnino relinquat, ut alter Magiſter ſcire poſſit, quæ explicare debeat. Jta duobus annis quilibet diſcipulus alia audiet; quod diligenter obſervandum eſt, & majoris profectus & tædii diſcipulorum vitandi ergò.

Pro Hiſtoria Polona explicanda, utetur Magiſter Floro Polonico, vel ſimili, totumque finiet. Deinde Hartnochio. de Jure publico Regni Poloniæ.

Pro Compoſitionibus tam in Schola cum Magiſtro conficiendis, quam privatim extra ſcholam lucubrandis ac Polonice ex Latino, Latinè ex Polonico vertendis, utetur Joanne Comenio, Floro Polonico, vel alia brevi hiſtoria Polona, & Epiſtolis Ciceronis & Plinii imprimis. Deinde ex aliis aliquando, ſi libebit Authoribus traducenda excerpet.

Memoriter diſcent vocabula, quæ ſemper ex explicatis Authoribus, item etiam ex iiſdem phraſes, ſeu modos dicendi, quos ediſcant, dictabit. Tum diſcet ex hiſtoria pro examine compoſitiones bene correctas. Quas & pro libro ut vocant diligentiæ, munde perſcribent. Denique Authoris alicujus explicati particulam, extra Scholam ſibi deſcribant, & diſcere jubeantur, per æmulationem cum diligētioribus. Quæ exercitatio memoriæ utiliſſima erit.

## *Ordo ſeu Diſtributio horarum in hac Schola, mane, quam veſpere, talis erit:*

120. *Ab 8va ad med*: 9. à Menſe 7bris ad Quadrageſimam duabus vicibus diligens Grammaticæ totius explicatio, incluſivè cum Proſodia; à Quadrageſima eadem media hora ad finem Anni explicatio Authorum.

*à med- 9na ad 9nam.* Toto Anno explicatio Authorum.

*à 9na ad med*: 10. Alternis diebus continuabitur explicatio Authorum, alternis vero diebus fiet Compoſitio, ſeu verſio in Schola Latini è Polonico, Polonice è Latino ex Joanne Comenio, Floro &c: Epiſtolis Ciceronis, & Plinii, ſemper cum Magiſtro, qui vertenda domi ante ſcholam præparabit.

*à med*: 10. *ad* 10. Alternis diebus dictatio dictandorum, & alternis colloquium latinum ut ſupra in Schola Jncipientium. Ad finem Scholæ Lectiones è memoria aſſignabit.

Diebus

Diebus recreationis cum una ſit hora mane, mediâ compoſitionem dictabit, mediâ Arithmeticen explicabit.

*à 3. ad 4.* Poſt meridiem. Studiũ Hiſtoriæ Polonæ eo modo, quo ſuperius dictum de Sacra Hiſtoria in Schola incipientium. Die Veneris eadem horâ totâ, Arithmeticæ explicatio, ut eſt in Grammatica. Sabbato repetitio Polonæ Hiſtoriæ auditæ per hebdomadam.

*à 4ta. ad med: 5.* Characteris formatio, intra quam, cum iſti ſcribunt, alii ante vel poſt ſcriptionem vocabula, quæ memoriâ didicerunt recitabunt. Die Veneris Arithmetice explicabitur.

## §. X.

## *De Magiſtro Principiorum Rhetorices ſeu Humanitatis, & Principiorum Juris Publici Patrii.*

121. BEne fuſius in Ordinationibus Scholarum Publicarum pro hac Schola deſcripta legat, & obſervet. Authores in Schola hac pro delectu, libituq; Magiſtri, deligendi, & legendi: Juſtinus, Herodotus, Xenophon, Cæſar de bello Civili, Vellejus Paterculus, Salluſtius de bello Jugurtino & Catilinario, Cicero de Amicitia, de Senectute, de Officiis, ut Capita in Ordinationibus Scholarum publicarum ex iis indigitata ſunt, Parte IV. §. VIII. Nro: 178. Epiſtolæ Plinii, Epiſt: Ciceronis, Epiſt: Senecæ, Bembi, Sadoleti, clarorum Virorum. Oratio aliqua Paulini. Libri priores Ænæidos, Ecclogæ, Odæ Horatii, Ejuſdem de Arte Poëtica, Martialis, Fabulæ Phædri. &c:

Mythologiorum ſtudium in hac Schola diligenter exercendum. Quare hora pro explicandis Authoribus, inferius deſignata, uno, alterovè Menſe explicetur totus libellus Juvenci de Diis, vel Pomey, vel Gautrouche, vel ſimilis.

Donec præceptorum in hac Schola explicandorum commodior libellus prodeat, ex Prodromo explicentur Periodi, Tropi, Figuræ, progymnaſmata idque quo ad principia Rhetorices. Quod attinet ad verſus Latinos, Proſodia, & pauca de verſibus in Grammatica ſufficiant, de fictione vero ſeu Poematum Natura pauca quædam ex Maſſenio deligantur, ſed in lectione præſertim Poëtarum natura Poëmatum, Elegiarum, Odarum, Epigrammatum Diſcipulis oſtendatur.

De Compoſitionibus in ſchola, & Domeſticis, nihil addendum videtur ad ea, quæ in Ordinationibus de iis leguntur: Parte IV. §. VIII. hæc ipſa quæ ibi circa progymnaſmata, Epiſtolas, & Carmina, obſerventur.

Diſcenda memoriter in hac Schola ſunt, compoſitiones quam optimè correctæ, & partes aliquæ excerptæ, ex explicatis Authoribus & Poëtis, quæ dictentur, cum cuncti libros habere non poſſint.

Huic Scholæ adjungitur diligens ſtudium Juris Publici Patrii, & ad hujus explicationem deſtinatur hora tota quotidie poſt meridiem. Liber Lengnich pro

hoc

http://rcin.org.pl

hoc ſtudio diligentiſſimè Diſcipulis explicetur, & Sabbato repetitiones præteritorum fiant.

## *Ordo ſeu Diſtributio horarum in hac Schola talis ſit.*

122. *Ab 8va ad 9nam.* à Primis 7bris ad Natalem Domini explicatio præceptorum, ſeu Principiorum Rhetorices; à Natali Domini, ad Quadrageſimam Præceptorum Poëticorum; à Quadrageſima ad finem Anni, hâc ipsâ horâ lectio Authorum, qui ſupra:

*à. 9na ad* 10*mam.* Alternis diebus mox dictorum Authorum Lectio, alternis diebus compoſitio in Schola cum Magiſtro. Vel dum adſit qui principia linguæ Græcæ tradat, tertio quovis die Scholaſtico hac hora tradetur.

Diebus recreationum una Scholæ hora Matutina ita impendatur, media hora Materia pro Compoſitione dictetur,altera media hora alternis Arithmetica & lingua Græca explicentur. *Poſt Meridiem.*

*à* 3. *ad 4tã*, Lectio Juris Patrii.

*à* 4. *ad med*: 5*tam.* Dictatio, vel Compoſitionis correctio. Die Veneris explicatio Arithmeticæ.

## §. XI.

## *De Schola Rhetorices & Politices.*

123. NIhil fere hic etiam addendum ſupereſt copioſiſſimæ in Ordinationibus Publicarum Scholarum deſcriptioni eorum, quæ ad Profeſſores hujus Scholæ pertinent, illa legant, Parte IV. §§. VIII. & IX. & exactè obſervent.

Curſus Rhetoricæ,ſi quem in ea profectum velimus,(præter principia Rhetorices in Schola Humanitatis) biennalis aſſignatur; Cui Scholæ in Collegio Nobilium adjungitur ſtudium Politices, eique quotidie diebus Scholaſticis hora poſt meridiem aſſignatur. Hac hora legantur Pelzoffer Arcana Statûs. Jtem Vernulæi, vel Lipſii Politica, Sabbatoque ac ſingulis Menſibus tractata, ſedulo repetantur.

Auctores, quorum in Schola uſus: Ciceronis Opera, uti ejus Orationes Selectæ, Capita Selecta ex Officiis, Paradoxa, Conſolatio de morte Tulliæ, Tuſculanæ: Orat: Paulini, Mureti, Politi, Perpiniani &c: Orichovii Orat: Procerũ Polonorum Annali *6to*, Selectæ Orationes ex Hiſtoricis excerptæ. Jnſcriptiones Veterum, Plinii Panegyricus,& Epiſtolæ; Cæſar,Thucidides, Salluſtius,DionyſiusHalicarnaſſeus, Orationes Demoſthenis, & Jſocratis. Titi Livii Hiſtoria, Tacitus, Senecæ Philoſophus, & Poeta, Vegetius, Polybius, Lactantius, Felix Minutius, &c: Virgilius, Horatii de Arte Poëtica, ejusdem Epiſtolæ, ſermones & Odæ. Juvenalis & Perſii Satyræ &c: Profeſſor horum Auctorum notitiam diſcipulis tradet, & ex ſingulis aliqua, explicanda deliget. Pro ſtylo Polonico Vertot *Rewolucye Rzymſkie*, *Abrys Zycia Witwickiego.* De corrigenda Conſiliorum forma. Veterum Polonorum Orationes, & quæ meliores hujus temporis occurrent. Kochanovii, Twardovii, Potoccii, Kępſcii Carmina.

*Ordo*

http://rcin.org.pl

## *Ordo horarum pro hac Schola.*

124. *Mane. Ab 8va ad 9nam.* Ad Natalem Domini explicatio Præceptorum. Ad finem anni explicatio Auctorum.

*à 9na ad 10mam.* Explicatio Auctorum, ſed die Lunæ, & Veneris Compoſitio eadem hora cum Profeſſore in Schola ad Paſcha: poſt Paſcha tantum die Lunæ. à Pentecoſte ſemper explicatio Authorum.

*Veſpere à 3tia ad 4tam.* Lectio Librorum Politicorum.

*à 4ta ad med: 5tam.* Dictatio dictandorum. Die Veneris explicatio Arithmeticæ.

## §. XII.

## *Hiſtoria & Geographia.*

125. JMprimis neſcientibus adhuc linguam Gallicam, ſeparatus Magiſter, vel compendium aliquod hiſtoriæ, ut Buffier, Turſellinus; vel Remigii quatuor Monarchiarum Hiſtoriam, donec melior alius reperiatur, vel Boſſueti latine traductum opus: *Diſcours ſur l'Hiſtoire univerſelle*, explicabit: vel quæſtiunculas cum reſponſis dictabit; quotidiana durabit explicatio hæc, à 10. ad 11. iidem vero incipientes ab 11. ad 12. ſtudebunt pricipiis linguæ Gallicæ: vel è contra.

Pro aliis omnibus Convictoribus, duæ erunt horæ quotidie, præter feſta, pro explicanda Hiſtoria, & duæ Auditorum Claſſes, quorum ſinguli horæ unius ſpatio vacabunt Hiſtoriæ, alii eadem hora linguæ Gallicæ, & ſic ſemper horis alternis.

Hiſtoriæ Sacræ principia, in Schola Latina incipientium, Hiſtoriæ vero Polonæ compendium in Schola Grammaticæ, ut ſuperiùs annotatum eſt, breviter tradentur. Proinde hic intelligitur ſtudium Hiſtoriæ, ut complectitur omnia præſertim Europæ regna, idque compendio, cum ad particulares regnorum hiſtorias fuſiùs pertractandas, tempus hic minimè ſufficiat.

Primæ itaque Auditorum Claſſi prælegetur, & explicabitur Hiſtoria de L'Abbé Langlet du Freſnoy, vel ſimilis, ita, ut ſi ſpatio anni terminari poſſit, terminetur; ſi non poſſit, in alterum annum transferatur.

Alteri Claſſi Auditorum prælegetur, & explicabitur. Jntroductio ad Hiſtoriam Puffendorfii, omiſſo capite de Pontificibus, & ſæpè ſæpius benè præmonitis Diſcipulis eſſe ſcriptorem Acatholicum. Vel Compendium Hiſtoriæ univerſalis Petavii: vel alius ſimilis compendioſus Auctor. Vel ſi libet ſua methodo Hiſtoriæ compendium dictetur, præſertim donec liber aliquis hoc in genere quem ſinguli habere poſſint, typis imprimatur, vel conducatur. Plurimum Profeſſori Hiſtoriæ inſervire poteſt, & liber *Methode pour enſeigner & etudier l'Hiſtoire de l'Abbé du Frenoy* & Tabulæ Chronologicæ ejusdem in duobus voluminibus. Jtem Foreſti Hiſtoriæ quatuor Monarchiarum, & omnium Regnorum. Jtem Chevini la Science &c: Liber recenter Pariſiis adauctus & impreſſus.

Repe-

http://rcin.org.pl

Repetitio explicatorum per hebdomadã ſingulis Sabbathis, deinde alia præcipuis Hiſtoriæ partibus finitis, inſtituetur. Quorum examina ſemipublica coram noſtris, ſingulis menſibus expedientur.

Paucis dicendo, compendiis hic opus eſt, cum fieri nequeat, ut in exiguo Scholarum curriculo totius Hiſtoriæ notitia dari illis poſſit, ſed cũ ætate bona ejus principia, ſi volent, perficient.

Pro inſpirando autem majore guſtu legendæ Hiſtoriæ, curabit Rector, Præfectus Collegii, & Profeſſor Hiſtoriæ, ut ſinguli diſcipuli librum aliquem Hiſtoricum ſibi emant, & legant privatim, mutuoqne ſibi jam lectos concedant. Annis aliquot in Collegio commorantes, horis ſucciſivis, ac etiam, qui volent, nam & tales fortaſſe reperientur, recreationum tempore, non pauca perlegere poterunt. Si etiam plures hac in parte negligentiores reperientur, aliqui certè erunt, qui libenter legent, dum conſuetudo inducatur, & eidem ſollicitè invigiletur. Non obligentur ſinguli Convictores ad emendos plures libros Hiſtoricos, ſed quilibet ſibi unum, duosvè emat conſilio Præfecti Hiſtoriæ, niſi qui ſponte velit, & poſſit ſibi plures coemere.

Præter Latinos itaque Hiſtoricos, ſuperiùs in Scholis Latinis nominatos, hi emendi, legendiqne privatim commendantur: Diſcours ſur l'Hiſtoire Univerſelle de Boſſuet. La Religion prouvée par des faits, Houtte ville. Les Moëurs des Jſraelites. Moëurs des premiers Chretiens par Fleuri. L'Hiſtoire du Peuple de Dieu par Bruyere. L'Hiſtoire de toutes les Religions du Monde. L' Hiſtoire des Variations des Egliſes par Boſſuet. L'Hiſtoire des Juifs par Pridaux. Antiquités Judaiques de Joſeph. Graveſon Hiſtoria Eccleſiaſtica. Biblia. L'Hiſtoire ancienne & Romaine de Rollin. Rationarium temporum Petavii. Pro Hiſtoria Galliæ Mezerai, Grammondus, P. Daniel, Lingers, Reboulet l'Hiſtoire de Louis XIV. Le Siecle de Louis XIV. L'Etat de France par Boulainviliers. Pro Hiſtoria Germaniæ: L'Hiſtoire d'Allemagne par le P. lè Barre. L'Hiſtoire de l'Empire par Heiſſe. Pro Jtalia: Sigonius, Jordandes, Muratore. Pro Pontificibus Ciaconius, Platina. Pro Anglia, Rapin Toyras. L'Hiſtoire de Revolutions d'Angleterre, Sanderus, Vies d' Eliſabeth, Cromvelle, Guilaume Roy d' Angleterre &c. Pro Hiſpania, les Revolutions d'Eſpagne par Pere d' Orleans. Hiſtoire d' Eſpagne par Ferreras. Mariana. Pro Hollandia: Annales des Provinces Unies par Grotius. L'Hiſtoire d' Hollande par Vicfort, vel de Leon Atzema, vel Bazagne, vel de Clerc. Pro Svecia: L' Hiſtoire de Puffendorf. Revolution de Suede par Vertot. Voltaire vie de Charle XII. Pro Dania: L' Hiſtoire de Dannemarc par des Roches. Pro Ruſſia: Memoires de Neſteſuranoi: Vie de Pierre le Grand. Catherine. Pierre, II. Anne. Pro Venetis: L' Hiſtoire du Gouvernement de Veniſe par Amelot. Contarini. Juſtiniani Hiſtoriæ Venetæ. Pro Orientali Hiſtoria: Traduction d'Euſebe, Socrate, Sozomene, Teodoret, Evagre, Philoſterge, Teodore par le Preſident de Couſin. L'Hiſtoire de Conſtantinople depuis Juſtin jusqu'à la deſtruction de cet Empire par les Turcs, Couſin. Ricaut. Vitæ Magnorum Virorum. &c. &c. Eſſent enim innumeri ejusmodi libri, quorum aliqui identidem proponi poſſunt,



http://rcin.org.pl

nec obeſt, ut juvenes ſaltem aliquam eorum notitiam habeant, ſibique Authores connotent, Patrios præſertim: Cromerus, Bielſki, Neugebaver, Hildeſteini. Fredronis Valeſcius, Solicovius, Piaſęcki, Orichovius, Kobierzycki, Kochowſki, Epiſtolæ Załuſcii. Anecdotes de Jean III, Maſſuet, Fontenelle, Salignaç, les Elections, & interregnes de Pologne. Strykowſki, Kojałowicz, Kołucki &c: &c:

126. (*Geographia.*) Duæ itidem horæ alternæ cum lingua Germanica pro duabus Claſſibus Geographiæ aſſignatæ ſunt, una hora ſingulis Claſſibus. Jn una Claſſe explicabitur Geographia Hübneri, vel du Bois, ſingulis regnis finitis adjungendo compendiolum recentis Hiſtoriæ.

Jn Secunda Claſſe explicabitur Sphæra, & Geographia P. Wiśniowſki. Jn utraque hac Claſſe diebus Mercurii & Veneris media hora dabitur legendis novis publicis Gallicis.

Jncipientes extra has duas Claſſes ſtudebunt: imprimis ipſis explicabuntur mechanice Hemiſphæria, & chartæ Europæ, Aſiæ, Africæ & Americæ, pluriesque ad eaſdem chartas redibitur, ut bene generalem globi, & quatuor partium Mundi in ſua Regna, Provincias, Jnſulas & Maria diviſionem condiſcant. Jta quinquies, vel pluries repetitis his 5. chartis generalibus, explicabitur ipſis exiguus libellus Geographiæ, cui titulus: *Geographie des Enfans*, vel Geographia ex Chevini. Diebus vero Mercurii, & Veneris legent 2da media hora nova publica Polonica.

Geographi emendi, ut ſuprà de Hiſtoricis, conſulentur Convictoribus: Hübner, Lenglet du Freſnoi, Wiśniowſki, Methode abregée pour apprendre la Geographie, & la Sphere. Athlas, ſeu chartæ Geographicæ. Dictionaire Geographique, Cellarii Geographia Vetus. &c.

## §. XIII.
## *Lingua Gallica, & Germanica.*

127. JNcipientes ſeparatim ſtudebunt, quibus Ortographia explicabitur, Declinationes, & Conjugationes diſcent, legere item diſcent, & vocabula quam plurima memoriæ mandabunt.

Duæ vero Claſſes Linguæ Gallicæ habent duas horas alternas cum Hiſtoria, utrique Claſſi una hora datur.

Jn prima Claſſe alternis diebus legent & explicabunt media hora, alternis vero diebus eadem prima media hora component cum Magiſtro. Secunda vero media hora compoſitio domeſtica corrigetur & dictabitur.

Jn Secunda vero Claſſe alternis diebus ita facient: uno die tota hora cum Magiſtro Linguæ traducent ex Latino in Gallicum, altero autem quovis die media hora librum legent, & explicabunt, media vero hora Colloquium cum Magiſtro Gallicè inſtituent: colloquia vero hæc ſint ſemper vel ex novis publicis, ita ut ipſis perlegatur punctum ex iis aliquod, & bini ternive illud repetant, vel Magi-

ſter

http://rcin.org.pl

ſter Linguæ hiſtoriolam aliquam, aut ſi quid recenter evenerit, illis narret, narrarique ſibi ab iis faciat, vel quamcunque demum familiaris collocutionis materiam illis ſuppeditet, vel denique colloquia typis impreſſa ſeparatim, aut etiam in aliquibus Grammaticis adjungi ſolita, per interrogationes & reſponſiones cum diſcipulis repetat.

Compoſitiones ſint ſemper ex Authoribus, vel Hiſtoriæ, vel partes aliquæ ex libris moralibus extractæ, quales Libelli ſunt: La Sageſſe de Salomon, L'homme de merite &c: &c: Sed imprimis Epiſtolæ cæteris compoſitionibus freqnentiores.

Vocabula quæ occurrunt in libris & compoſitionibus, item dialecti ſeu modi dicendi in ſeparato ſexternione ſcribantur, & memoriter diſcantur, uti & vocabula ex Grammatica; qua in re ſola, maxima vis linguæ diſcendæ conſiſtit. Compoſitiones quoque correctæ ſemper memoriter edi ſcantur, & vocabula quã plurima.

Libri legendi ſunt: La Veritable Politique des gens de qualité. Telemaque. Fables de Fontaine. Penſees de Paſcal ſur la Religion. La verité de la Religion par Abbadie. Tragedies de Corneille. Quelques Comedies de Molier, un Miſantrope, Facheux, Gentilhomme Bourgeois, &c: Epitres traduites de Ciceron. Vies de Plutarque. &c: &c.

128. (*Lingua Germanica*) Duas horas habet ſerotino tempore, alternas cum Geographia: & diſtributio in Claſſes, & methodus docendi ſit eadem quæ in lingua Gallica, ut mox dictum: nova præſertim publica Germanica dum legere diſcunt, legant, & hiſtoriolas ad menſam ſerotinam ſcholaſticis diebus Germanice, diebus vero recreationum Gallice ſemper recitent.

## §. XIV.

# PHILOSOPHIA.

## *Principia aliquot Partium Matheſeos, Jus Patrium, Civile, Jus Gentium, &c:*

129. PHiloſophiæ Profeſſor remittitur ad ea, quæ in Ordinationibus Scholarum Publicarum pro hac Schola deſcripta ſunt. Unô Annô Logicam, Metaphyſicam & Ethicam, alterô Annô Phyſicam Generalem & Particularem explicabit: Tempore primi Anni, cum Logica, Metaphyſica & Ethica, mane duabus horis explicabuntur, Veſpere unâ mediâ horâ eædem partes dictabuntur. Hora vero Veſpertinæ Scholæ integra Arithmeticæ ſublimiori, Algebræ & Geometriæ explicandis toto eodem primo anno tribuetur: ut cum his neceſſariis Matheſeos partibus prô Anno ſecundo ad diſcendam Phyſicen Diſcipuli accedant. Dum vero, (ut quantocius id curandum eſt,) Philoſophia Typis impreſſa, in Collegio ſingulis Convictoribus diſtribuetur, & explicabitur, tum totum tempus Veſpertinarum Scholarum horæ unius & dimidiæ, ſupradictis Partibus Matheſeos explicandis tribuetur. Si autem Profeſſori magis libuerit, diverſas has Philoſophiæ & Mathematicarum rerum Lectiones non eodem tempore anni, neque iisdem diebus



http://rcin.org.pl

tradere, ſed ſi potius judicaverit, tribus partibus Philoſophiæ finitis, ad ſupradictas partes Matheſeos explicandas accedere: tum res ratione temporis unius anni ad idem redibit: ſiquidem & mane & Veſpere toto Scholæ utriusque tempore accepto, jam naturaliter Logicam, Metaphyſicam, & Ethicam in ſolidum compendium redacta, paucioribus menſibus abſolvere & explicare poterit, reliquos vero menſes, mane item & Veſpere rebus Mathematicis dabit. A mediis itaque vel ultimis Aprilis, ſi hæc altera temporis diſpoſitio à Profeſſore præferetur, matutinas, ac Veſpertinas Scholas, ſolis Mathematicis rebus tum dari oportebit. Neque enim juvenibus Nobilibus tam ample res Philoſophiæ tradendæ ſunt, dum ſolide tradantur, & ſolæ utiliores materiæ deligantur: quique magis ad hæc ſtudia propenderet, principiis bene jactis, ſeſe deinceps legendo perficeret.

Anno jam Philoſophiæ ſecundo, cum in Phyſicen pleræque partes Matheſeos intrent, ordine, quo melius Profeſeſſori viſum fuerit, Phyſicam cum iiſdem explicabit.

Cum vero Convictores, qui Rhetoricen utramque frequentant, Geometriam etiam utiliter condiſcere poſſint: & deinde cum ji qui Philoſophiam audiunt, opus omnino habeant exercitationibus eloquentiæ, ne earum obliviſcantur, proinde quavis Septimana, diebus recreationum, una hora Scholæ matutinæ, Profeſſor Philoſophiæ, Rhetorices Auditores adibit, & iis Geometriam dictabit, ac explicabit: Profeſſor vero Rhetorices, iiſdem horis toto anno Auditores Philoſophiæ adibit, iis materiam pro componendis, ut in Rhetorica, Orationibus, ſemel pro tota ſeptimana dabit, præteritæ Septimanæ compoſitionem corriget, & quod ſupererit temporis, alicui Oratori vel Poetæ explicando inſumet.

130. Jam denique dum ſeparatus Profeſſor Matheſeos pro noſtris, qui munus Subpræfectorum agunt, aderit, ſuas iiſdem lectiones toto anno mane una, veſpere una hora tempore Scholis omnibus conſveto ſeparatim tradat. Sique Cōvictorum aliquis, ſolidius res Mathematicas diſcere velit, ad hanc Scholam promovebitur.

Curabit Rector agetque cnm Parentibns, ut qui Architecturam Civilem Militaremque, Mechanicam, Staticam &c. condiſcunt, iidem & delineandi artem diſcant, ut proinde Parentes pro Magiſtris delineationis impendere non gravētur.

Arithmetica minor in ſingulis Scholis Infimæ, Grammatices, Humanitatis & Rhetorices, ut dictum eſt, tradetur, cui rei tanto diligentius incumbendum eſt, quanto ars numerandi & neceſſaria & utilis eſt cuivis homini tota vita, & quanto turpius eſſet, ſi prodeuntes juvenes ex Collegio eam ignorarent. Jn Schola Humanitatis & Rhetorices, repetitis iis, quæ in anterioribus didicerunt, ad regulas & fracta procedendum eſt: jam qui Principiis Mathematicis operam dabunt, artē hanc ibi magis perficient.

131. *De Jure Civili & Gentium* Conqueri ſolent Parentes, quod liberos, cum è Claſſibus exierint quo vertant, perſæpè ignorent, præſertim in adeo adhuc immatura ætate. Sed ſi eſſet, qui, ut Scriptura ait, panem frangeret parvulis, reperirentur multa, quæ eos utiliſſime annos complures occuparent. Maximæ itaque utilitati Reipublicæ futurum eſt, dum Jus Civile Patrium uno, jus Gentium altero anno juvenibus tradetur.

Jam

http://rcin.org.pl

Jam pro Schola Juris Patrii Civilis, donec libri aliqui cum tempore eo fine conficiantur, incipiendum erit ab explicandis juris Communis principiis, ex aliquo utili manuſcripto. Tum leges, ut ſunt in Kozuchovio, prælegendæ, dandaque notitia Jnventarii Ladovii, ſeu Zegliecii, cum Volumine Legum. Zalaſovius utiliter inſervire poterit, & jus militare Brodowſcii. Profeſſori perutiles erunt libri: les Loix Civiles par Domat: & les Loix Eccleſiaſtiques par d'Hericourt, aliique ſimiles. Denique conſultis Juris Conſultis expertioribus eorum Conſilium ſequendum. Procurandum ut aliquis celebrior Juris-Conſultorum, compendioſum aliquod opus juris Patrii Civilis eo fine conficiat, cujus uſus apud nos utilis eſſe poſſit. Hæc principia Juris uno anno conſueto Scholarum matutinarum & veſpertinarum tempore tradentur. Si noſtri qui tradant non aderunt, aliquis Juriſconſultus ad has lectiones tradendas conduci poſſet, re Parentibus propoſita, ut aliquid pro ejus mercede impendant. Qui juri Civili vacabunt, ut experientiam ſimul jungant, poterunt adire actualia Judicia Cancellariorum, Terreſtria, & Caſtrenſia.

132. Altero anno opus eſt pro principiis Juris Gentium tradendis. Libri ad id utiles: Grotius de jure belli & pacis, Puffendorfius, Volffius, Viquefort de Legatis. Jus publicum Europæ in tractatibus ſtabilitum, & ſimiles. Danda notitia Corporis Diplomatici. Jtem Corporis Diplomatici Poloniæ Patris Dogiel cum prodibit, & ſimilium.

Parentes hac de re bene edocti, ſuoque bono & commodo permoti, paulatim aſſueſcerent, non mox finito Claſſium inferiorum curriculo adoleſcentes è Scholis eripere, ſed etiam ad aliquot annos, in Collegiis eoſdem relinquere, dummodo perutilibus rebus, tempus & ſumptus eorum impendi intelligant.

Jngens jam vere emolumentum Patriæ afferret hæc Domus, ſi, (ut ſuperius) in Scholis primæ & Secundæ Rhetorices, *Juris Patrii Publici*, & *Politices*, poſt Philoſophiam vero *Juris Civilis Patrii*, & *Gentium*, ſolida principia traderet; quæ omnia cum ſine libris tradi non poſſint, & ſi dictentur, non plurimum utilitatis afferant, noſtrorum intererit libros in his generibus pro hoc Collegio paulatim conficere, ut juvenibus facile diſtribui poſſint. Hæc cum ſimul nec brevi tempore fieri poſſint, ſingulari Rectorum Virorumque eruditorum in hoc Collegio manentium & manſurorum curæ, magnopere commendantur. Cum tempore pro his etiam fundatio aliqua obtineri poterit, dum his de rebus, prout par eſt, à noſtris cogitetur.

Circuli, examina, ac experimenta in his ſtudiis tot erunt, quot infra in Philoſophico Studio præſcribuntur.

## §. XV.

## *Doctrina Moralis & Cathechiſmus.*

133. Singulis diebus toto anno, Feſtis & Profeſtis, (præter vacationes generales,) mane intentione & brevibus precibus quadrante horæ recitatis, Convictores omnes in Oratorio quadrante vel paulo minus horæ, ante Sacrum, cũ

ſum-

ſummo ſilentio & attentione legi audient conſiderationem piam lingua Patria, uti: *Medytacye Wuykowſkiego*, vel *Prawdy wieczne*, vel *Przewodnik grzeſznikom Ludwika z Granaty*, vel *Medytacye* Nepeu, vel *Nauki y Zabawy Swiątobliwe Tylkowſkiego*, vel La devotion du Calvaire par le P. Craſſet, Liber verſus in Polonicum pro duabus Septimanis ante Dominicam Palmarum. vel ſimiles.

Singulis Dominicis & Feſtis (præter primum diem Paſchatis,. Nativitatis Domini, Dominicam Palmarum, Dominicam primam poſt Epiphaniam, Feſtum Corporis Chriſti. Feſtum B. Mariæ Gratiarum, Feſtum B. Patris) hora ſolida ab 11. ad 12. Doctrina Moralis, ex optimis libris explicabitur, & diebus quidem Feſtis, quibus Concio non auditur, ea tractabuntur, quæ directè ad pietatem, virtuteſque Chriſtianas tendunt & excitant, ut Inſtructio Gobineti. Pædagogus Chriſtianus. Penſées de Bordaloue. Reflexions de Croiſet. Dies Chriſtianus Nicolai Cauſin. Jnſtitutiones Juventutis in vera ſolidaque pietate erga Deum Joannis Dreus. Via Viri in Adoleſcentia. Veritates Æternæ & ſimiles. &c: &c:

Diebus vero Dõinicis ea explicabuntur, quæ ad virtutes morales civileſque. & ad ritè colendam ſocietatem humanam pertinent. Quales libri ſunt: La Veritable Politique des gens de qualité. Traitè du vrai merite. La Sageſſe de Salomon. Politique tirée de l'Ecriture Sainte. Teſtamentum Maximiliani Ducis Bavariæ. Traité du point d'honneur. Libellus de urbanitate morum. Mentor Moderne. Spectateur Anglois, & ſimiles &c: De Viro honeſto & bono cive, tempore ut ſupra præfixo.

Doctrinæ hujus auditores, ſaltem in duas, vel tres, ſi opus fuerit, Claſſes, dividentur. Et habita ratione Ætatis & captus, lingua patria liber aliquis parvulis incipientibus prælegetur. Uti: *Grzeſznicy od Sprawiedliwości Boſkiey grzeſznikom na przykład dani. Gościniec proſty do Nieba. Przeſtrogi Chrześciańſkie Awili. Profeſſor Zbawienney Pobożności* Thomæ à. S. Luca. *Nauki y Zabawy świątobliwe Tylkowſkiego*. & ſimiles.

134. *Cathechiſmus*. Jn duas Claſſes Doctrina Catechiſmi dividetur. Jn prima Claſſe Catecheſeos Magiſter, remittitur integrè ad Ordinationes Scholarum Publicarum, *De Præfecto Scholarum Par*: 4. §. 12. *Nro* 235. Ubi de Catechiſmis tradendis: ibi ſingulorum Catechiſmorum materiam & ordinem pro ſingulis Anni Scholaſtici Dominicis habet deſcriptum, quem exactè omnibus fere quadraginta Dominicis, hora 2. ad 3. pomeridiana, ſequetur.

Jn altera vero Claſſe Catecheſeos, alter Magiſter ſeu Profeſſor Doctrinæ Chriſtianæ, Dominicis iiſdem diebus eadem hora leget conſequenter & explicabit, aliquem ex his libris, quales ſunt: Catechiſmus traductus Polonice per P. Laurentium Varſaviæ typis impreſſus 1755, qui in hac claſſe omnino ſemel principio ſtatim anni Scholaſtici diligenter prælegatur. Catechiſmus Concilii Tridẽtini. Nucleus Catecheticus. Tomus I. de Eccleſia Tournely: Bellarmini Controverſiæ. Lactantii opera. Tertuliani opera. Traitè contre les Athées & Deiſtes. Barclai contra Novatores. Hiſtoire des toutes les Religions du monde. La Verité de la Religion Chretienne par Abbadie: Traité des principes de la foi par Duguet:

http://rcin.org.pl

guet: Les Penſées de Paſchale ſur la Religion. Chapitre ſur les Eſprits forts dans la Bruyere. Chapitre de l'incredulité dans les eſſais de l' Abbe Trublet. Hiſtoire des variations des Egliſſes de Boſſuet. Expoſition de la Doctrine de l'Egliſe Catholique ejuſdem. Oeuvres Philoſophiques de l'Exiſtence de Dieu par Fenelon. De Pænitentia & Euchariſtia ex Theologia Tournely. Catechimuſmus Montis Peſſulani: Inſtructio de Religione Gobineti: Mores veterum Chriſtianorum: Catechiſmus Flori &c: ex his quos Magiſtro libuerit deliget, uno anno hos, altero, alios, vel eundem ut libuerit, continuabit.

## §. XVI.

## *De Exercitijs Corporis.*

135. SUnt Choreæ; armorum exercitatio: item in equo ligneo, item tympanũ: item velitationes militares ſeu *Munſtra*: etiam vexillũ His Lectionibus, quæ à Magiſtris Sæcularibus dantur, maximopere, ut cum profectu ſint, invigilabitur. Quæ nondum ſunt introductæ, laudabiliter introducentur, ut tympanũ & velitationes Militares, Vacationum generalium tempore. Muſicen, qui cupient, diſcant recreationum tempore.

Jam ars equitandi, (*manege*) quamvis non ſit res talium Collegiorum, ſed ut vocant *Academiarum*, ut pote quæ tempore eget, quod in Collegiis ſtudio literarum imprimis impendi debet: è contra vero in *Academiis* præcipuum omne tempus huic rei impenditur. Nihilominus ſi Parentes velint & impendant, ſiquè commodum adſit, quo ad fieri poteſt, duabus in Septimana diebus recreationum tempore, vel *3tio.* etiam adjuncto die poſt prandium, ad horam tertiam exercitium hoc permittendum eſt, quamvis id vix cum aliis domeſticis occupationibus cohærere ſemper poſſit. Tamen utile & id Patriæ eſſet, ne hujus rei cauſa extra Patriam expenſæ majores fiant. Jn noſtra Viennenſi Lichtenſteiniana Academia, ſoli juris prudentiæ auditores, non aliarum Scholarum Diſcipuli, ad artem equitandi lege admittuntur: ſimile quid hic inſtitui oporteret, ut ſoli Philoſophiæ & juris Civilis auditores ad eandem artem applicari poſſint, quibus aliqua lectio reſcindi, ſi aliter fieri nequiret, poſſet.

## §. XVII

## *Actus Scholaſtici.*

136. HI dividentur, in privatos, ſemipublicos, & publicos. Pro privatis Noſtri duntaxat, pro ſemipublicis, etiam aliquis ex externis Hoſpitibus. Pro publicis, Hoſpites complures invitabuntur. Soli actus publici locum habebunt in Aula Majore ad Theatrum.

*Actus*

http://rcin.org.pl

## *Actus hi omnes ſimul ita enumerantur.*

*EXamen Primum Incipientium*, Actus privatus. Jn eo examinabitur Hiſtoria Sacra. Aliquot paucæ quæſtiones Grammaticæ. Explicatio fortuito apertorum qui in Schola explicantur Authorum. Vocabula. Aliquod ſpecimen Arithmeticæ. Scriptura. Quæſtiones aliquot Catecheticæ. Libri,ut vocant, diligentiæ. Hoc examen fiet ſemper 3*tia* hebdomade Menſis Martii prima recreatione ante meridiem, ab hora ad *med*. 9. *ad* 10*mã*.

*Examen Secundum* Jncipientium, Actus privatus ſuper iiſdem rebus fiet in 2*da* hebdomada Menſis Junii prima vel 2*da* recreatione hebdomadæ, hora ut ſupra.

*Examen Primum in Schola Grammatices*, Actus privatus, in quo Hiſtoria Polonica, & eadem quæ ſupra examinabuntur: fiet hebdomade 3*tia* Martii 2*da* recreatione hebdomadali, hora ut ſupra.

*Examen Secundum* in eadem Schola, actus privatus, ſuper iiſdem rebus, fiet in 3*tia* hebdomade Junii, 1*ma* vel 2*da* Recreatione hebdomadali hora eadem.

*Declamatio Prima in Schola Humanitatis*, Actus privatus, ex Fabulis & Narrationibus ac verſibus, fiet in 3*tia* hebdomade Decembris, recreatione & hora, ut ſupra.

*Declamatio Secunda* in Schola eadem, Actus privatus, ex Laudationibus, Theſibus, Chriis, & verſibus, in 2*da* hebdomade Martii recreatione hebdomadali 2*da*, hora ut ſupra.

*Declamatio Tertia* in eadem Schola ex Epiſtolis, Actus ſemipublicus, fiet in 3*tia* hebdomade Julii prima vel 2*da* Recreatione, hebdomada, horis ut ſupra. Singulis his in Schola Humanitatis Declamationibus adjungentur paucæ aliquot quæſtiones de Mythologiis, & ex libro explicato de Jure publico Poloniæ: brevis autem harum quæſtionum index Patribus præſentibus diſtribuetur. Brevis item fortuito explicatio Authorum.

*Declamatio Prima in Schola Rhetorices* Actus privatus. Materiæ Declamationum pro Rhetorica, videantur in Ordinationibus publicis hujus Scholæ. Declamatio hæc fiet in 2*da* Hebdomade Decembris; Recreatione, die & horis, ut ſupra.

*Declamatio Secunda* Rhetorices Actus ſemipublicus, fiet in 2*da* hebdomade Martii, recreatione prima hebdomadali, horis ut ſupra.

*Declamatio Tertia* Rhetorices, Actus privatus in 4*ta* hebdomada Junij 1*ma* vel 2*da* Recreatione hebdomadali horis ut ſupra.

Eadem Declamatio 3*tia* Scholæ Rhetorices, ex qua, præexercitata actu privato, fiet Actus publicus, & producetur Menſis Julii hebdomadâ 1*mâ*, recreatione hebdomadali 1*ma* vel 2*da*, horis poſt meridiem.

(*Circuli Sex Philoſophici*) juncti ſemper cum examine principiorum Matheſeos, actus privati Matutini Menſibus Januario, Februario, Martio, Aprili, Majo, Junio, Julio, Diebus Scholaſticis: Lunæ, Veneris, vel Sabbathi ab hora 8*va* ad 10*mã*, primis Menſis cujuslibet hebdomadæ. Jdem de ſtudio Juris Civilis Patrii & Gentium.

*Diſpu-*

http://rcin.org.pl

*Diſputationes Duæ*, Actus publici utraque in Menſe Julio una cum examine principiorum Mathematicorum horis pomeridianis diebus Feſtis vel Recreationum: in utraque diſputatione plures defendentes Convictores ad reſpondendum exponentur.

*Examina Hiſtoriæ*, Actus privati Menſibus Septemb: Novemb: Januar: Mart: Maij Julii. Ultimis Menſium, horis matutinis tempore hujus Scholæ.

*Idem Examen* Actus Publicus horis pomeridianis, bis in Anno: Menſibus Aprili & Julio.

*Examina Geographiæ*, Actus privati Menſibus, Octob: Decembr: Febr: Apr: Junii.

*Idem Examen*, Actus Publicus bis in anno Menſibus Aprili & Julio horis pomeridianis. In his examinibus breves quæſtiones faciendæ ab Hoſpitibus diſtribuentur.

*Tragædiæ & Comædiæ*, à Dominica Quinquageſimæ ad Dominicam Septuageſimæ, quater, quinquies, vel pluries, producendæ, item eædem ſi libet Rectori in Menſe Julio vel Auguſto.

Qui omnes Actus privati & qualescunque, iis, quibus abſolventur à quacunque Schola, diebus, in libro ad id deſtinato, mox ut jam hac die abſoluti à Secretario Domus annotentur.

## §. XVIII.

# ORDO TEMPORIS
## Pro Collegio Nobilium.

### *Ordo temporis pro diebus Scholaſticis.*
### *Mane.*

137. *Hora media 6ta.* Surrectio: veſtitio: lotio: &c:

*Hora 6ta ad 7mã.* Intentio & preces in cubiculis. In Oratorio lectio piæ conſiderationis & Sacrum. Poſtea jentaculum.

*à 7ma ad 8vam.* Studium privatum.

*Ab 8va ad 10mã.* Scholæ omnes Latinæ, Nimirum: Incipientium; Grammatices: primæ & ſecundæ Rhetorices; Philoſophiæ; &c: &c:

*à 10ma ad 12mam.* Tres Claſſes Linguæ Gallicæ & tres Hiſtoriæ, nimirum: incipientium, mediorum, & proficientium. Quælibet Claſſis (præter linguam Gallicam incipientes) poſt horam linguæ Gallicæ, tranſit ad Hiſtoriam & viciſſim.

*à 12ma ad 1mam.* Prandium. Poſt quod recreatio media hora, pro iis, qui exer-

exercitiis corporis non vacant: poſt recreationem, pro iiſdem, ſtudium privatum ad horam *3tiam.*

## *Poſt Meridiem.*

*à 1ma ad 3tiam.* Exercitia Corporis, uti ſunt: Choreæ, ars armorum, equitandi, timpanum, equus ligneus, muſice &c: &c: juxta claſſes diſcentium: & finitis his exercitationibus ſtudium privatum.

*à 3tia ad mediam 5tam* Scholæ omnes ut mox ſupra, & ut in ratione Studiorum, pro quolibet Magiſtro.

*à media 5ta ad med: 6tam.* Preces in Oratorio. Antecænium. Studium privatum.

*à med. 6. ad med: 8vam.* Tres vel quatuor claſſes Geographiæ & linguæ Germanicæ alternis horis. Ut in ratione ſtudiorum.

*à med: 8va ad 9nam.* Cæna, & recreatio.

*Hora 9na.* Preces in cubiculis & dormitio.

# ORDO TEMPORIS
## *Pro Diebus Recreationum.*

### *Mane*

138. *à med: 7ma ad 7mam.* Surrectio, Veſtitio, &c: &c:

*à 7ma ad 8vam,* Jntentio, preces, conſideratio, Sacrum, jentaculum.

*ab 8va ad 9nam.* Studium privatum.

*à 9na ad 10mam.* Scholæ omnes Latinæ, ut in ratione ſtudiorum.

*à 10ma ad 12mam.* Hiſtoria & lingua Gallica alternis horis.

### *Poſt Meridiem.*

*à 12ma ad 1mam.* Prandium.

*à 1ma ad 2dam* Recreatio: & pro aliis, exercitia corporis.

*à 2da ad 3tiam.* Repetitio pro aliis. Exercitia corporis pro aliis.

*à 3tia ad med: 5tam.* Studium privatum.

*à med: 5ta. ad 6tam.* Antecænium, Recreatio.

*à 6ta ad med: 8vam.* Studium privatum.

*à med: 8va ad 9nam.* Cæna &c: ut ſupra.

Si Hyeme Convictores prodeunt extra Collegium; exibunt hora 3tia ad mediam 5tam; cum redibunt antecænium ſument. Et deinde à quinta ad med: 8vã Studium privatum habebunt.

Æſtate vero cum prodeunt extra, med: 5ta antecænium ſument. Deinde exibunt extrà ad horam mediam 8vam, ut tamen ante mediam 8vam redeant. Jam ſi extra non exeunt ſuperior temporis diſpoſitio obſervabitur, tam hyeme, quam æſtate. Æſtate intelligitur a primis Apr: ad fere ultimos 8bris.

ORDO

http://rcin.org.pl

# ORDO TEMPORIS
## *Pro Dominicis & Feſtis.*

*Mane*

139. *Hora med: 7ma ad 8vam.* Surrectio, veſtitio, capillorum accommodatio &c.
*ab 8va ad 9nam.* Jntentio, preces, Conſideratio, Sacrum, jentaculum.
*à 9na ad 10mam.* Officium Beatæ, & Concio.
*à 10ma ad 11mam.* Studium privatum.
*ab 11ma ad 12mam.* Doctrina moralis.

*Poſt Meridiem.*

*à 12. ad 2dam.* Prandium. Recreatio.
*à 2da ad 3tiam.* Catechiſmus diebus Dominicis. Aliis Feſtis exercitia Corporis: qui vero iis non vacant, repetitio.
*à 3tia ad med: 5tam.* Studium privatum.

*Reliqua uti mox ſuperius pro diebus recreationum.*

Jam Diebus Dominicis Quadrageſimæ, à 3tia ad 4tam Litaniæ de Paſſione Chriſti, aliæque preces eò pertinentes recitabuntur, & Concio tempori accõmoda legetur. Quibus finitis, antecænium, ad horam 6tam. à 6ta ad med: 8vam ſtudium privatum.

## *Diebus Communionum generalium.*

140. Hora 6ta Surrectio Convictorum. Hora 7ma ad 11mam intentio, preces, conſideratio, Sacrum, Confeſſio, præparatio, Sacrum alterum cum Communione, gratiarum actio, jentaculum. Si quid ſupereſt temporis, Studium privatum. Ab 11ma ad 12mã Doctrina moralis. Cætera ut ſupra.

# ORDO TEMPORIS
## *Tempore Vacationum Generalium.*

*Mane.*

141. *Hora 8va.* Surrectio. &c:
*à 9na ad 10mam.* Devotiones ordinariæ & Sacrum ac jentaculum.
*à 10ma ad 12mam.* Lectio Gallica & Germanica. Feſtis vero & Dominicis diebus recreatio.
à 12. *ád 1mam.* Prandium.
*à 1ma ad 3tiam.* Exercitia Corporis, velitationes Militares, tympanum &c: ut ſupra.
*à 3tia ad 4tam.* Arithmetice.
*à 4ta ad Cænam.* Recreatio.

142. Singulis diebus ante Surrectionem Convictorum media hora primus pulſus pro famulis &c:

Feſta propria Collegii Nobilium ſunt: Dominica prima poſt Epiphaniam,

ubi legitur Evangelium de Jeſu Annorum 12. Beatæ V. Gratiarum, Beati Fundatoris Noſtri; in quibus duobus poſtremis feſtis in Eccleſia noſtra communicabunt.

Diebus Sancti Nicolai, Sancti Martini, S. Catharinæ, S. Agnetis, S. Margarithæ, Ordo temporis ut diebus Scholaſticis.

143. Officium pro Defunctis, mane ab hora 8va in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorũ, in Oratorio ab omnibus noſtris & ſimul Convictoribus, jam vero ſecundo die idem Officium hora 6ta, tantum à noſtris recitabitur.

Exercitia Spiritualia à die Lunæ poſt Dominicam Palmarum tribus diebus, & Communio Paſchalis die Jovis magno à Convictoribus omnibus, in noſtra Eccleſia abſolventur.

Tribus S. Hebdomadæ diebus Jovis, Veneris, & Sabbati mane devotionibus & Cæremoniis in Eccleſia noſtra aſſiſtent: poſt meridiem noſtram & alias Eccleſias viſitabunt. Reliquum tempus privatis ſtudiis & compoſitionibus, quæ illis die Sabbati ante Dominicam Palmarum pro feſtis à Magiſtris ſuis deſtinabuntur, vacabunt: & quibus tum eos exercitiis occupare Rectori Præfectoque libebit.

Pro Cæremonia Reſurrectionis, media nocte, uti item media nocte Natalis Domini adibunt Eccleſiam noſtram: resque Rectoris arbitrio relinquitur, ſive omnes mandare, ſive juniores puerulos, ne incommodo noctis & aeris exponantur, domi velit relinquere, Noſtri tamen, præter eos, qui ad cuſtodiam juvenum ſi aliqui remaneant, deſignabuntur, omnes pro his devotionibus Eccleſiam noſtram accedent.

Tempore quadraginta horarum in noſtra Eccleſia, Rector horam deliget, præſertim poſt Veſpertinas Scholas, qua Convictores ſimul omnes Eccleſiam noſtram devote adeant.

144. Tragædiæ & Comædiæ die Lunæ poſt Septuageſimam ſemper incipient; diebus, quibus ab illis vacatur, Scholæ frequentabuntur; Schola tamen matutina, quæ craſtino mox die Tragædiam conſequitur, omittetur. Partes Comædiæ ſemper in Adventu, partes Tragædiæ ſemper in Feſtis Natalis Domini, ad diſcendum diſtribuentur. Repræſentationes hæ, quoad fieri poteſt hora 3tia poſt meridiem vel inter 3tiam & quartam incipient. Uno eodemque die Tragædiam & brevem Comædiam repræſentandi, vel alternis Tragædiam, alternis Comædiam longiorem diebus, arbitrio Rectoris relinquitur.

145. Recreationes ita in perpetuum diſponuntur. Jn omni ſeptimana, in qua nullum feſtum occurrit, dentur duæ recreationes tantum pomeridianæ, totum autem tempus matutinum ut ſupra in diebus recreationis, impendatur. Si unum feſtum in quacunque anni hebdomade occurret, quocunque die, detur præterea una recreatio pomeridiana. Si duo Feſta occurrant in hebdomada, una pomeridiana recreatio tum detur, cum quatuor dies Scholaſtici eſſent conjuncti, tum vero nulla detur, dum duo feſta Scholaſticos quatuor dies interrumpunt, ne ſint conſequentes. Die Martis Recreatio nunquam detur, antecedente vel conſequente feſto. Die Jovis detur pomeridina recreatio, etiamſi Feſtũ unum die Mercurii præceſſerit. Si vero dies Veneris feſtus ſequitur, tùm in diem Martis recreatio transferatur.

146.

http://rcin.org.pl

146. Recreationes totis diebus dentur ſingulis Menſibus, Menſe Septembri ob mox finitas Vacationes & Quadrageſimæ tempore exceptis. Dies hi in menſibus arbitrio Rectoris deligentur, dum incidant in dies recreationum ordinariarũ. Jn Menſe Majo, ſi Rectori libuerit, dabit duos immediate ſe conſequentes recreationis dies, vel cum feſto ſi occurret tres. Jta tamen ut ſi aliquo extra Collegium juvenes conducere Rectori libebit, primo die mane Sacro audito egrediantur, altero die pro nocte omnino ad Collegium reducantur, vel tertio ſi Feſtum adjungetur, nunquam vero mane, ne Scholæ tempus depereat.

Nec Schola Rhetoricæ, nec Philoſophiæ, nec ulla ab hoc ordine excipitur, diesque hi recreationum, nec unquam augeantur, nec minuantur.

Omnes Scholæ incipient die 9na Septembris præmiſſa Communione die 8va, omnes ſimul finient, die 25. Julii, pariter cum Communione generali, & Hymno *Te DEUM Laudamus.*

## §. XIX.

## *Sequuntur ea, quæ ad Parentum, Convictorum, & Famulorum, notitiam ſpectant.*

# JNFORMACYA

## Względem oddawania Jch-Mciow Panow Młodych zacnego Urodzenia, do Kollegium *Nobilium* Warſzawſkiego, *Scholarum Piarum.*

DObrą Edukácyą dać młodym, y onych formować na zgodnych Kościołowi y Oyczyznie Ludzi, ieſt to náywiękſze dobrodzieyſtwo, ktore kochaiący Rodzice świadczyć Dzieciom ſwoim mogą. Ze zaś bardzo trudna rzecz ieſt, dobierać zdolne y ſpoſobne Subiekta do pilnowania, uczenia, y edukowania młodych Panow, przeto żeby łatwiey tey tak wielkiey koło nich zábawie y przyſłudze wyſtarczyć, ná to w Cudzoziemſkich Páńſtwach, ſą wynależione y wzbudzone Kollegia Prywatne, gdźie ſamych zacnego y godnego Urodzenia młodych kilkudzieſiąt, mniey lub więcey, Kawalerow zebrawſzy, onych w boiaźni Bożey, y naukach, Ludzie przyſtoyni y pilni edukuią. Nie ma y Kollegium *Nobilium* Warſzawſkie *Scholarum Piarum*, żadney inſzey intencyi, ani nie ſzuka żadnego Jntereſſu ſwego, tylko ſamey Chwały Bożey, y przyſługi potrzebney Oyczyźnie, á oraz y zacnym Rodzicom, kiedy dlá ich zácnych dzieci, mieyſce, dyrekcyą, y wſzelką dobrą ile można, edukacyą, ochotnie im ofiaruie: maiąc ſię we wſzyſtkim ſtoſować do przykładu, uſtaw, y zwyczaiow Cudzoziemſkich ta-

kowych

http://rcin.org.pl

kowych Kollegiow, á oſobliwie *Collegij Nazarzni* w Rzymie, pod dyrekcyą tychże Xięży *Scholarum Piarum* zoſtaiącego.

Z niżey położonego paragrafu II. o expenſie, każdy zważyc raczy iaką tu y na co potrzebna ieſt. Może że nad inſze takowe mieyſca iakim czerwonym złotym tu wyżſza ieſt penſya, ale ſprawiedliwie w to weyzreć trzeba, ze gdzie indziey Metr tańca, y ordynaryina zapłata Doktora w penſyą generalną nie wchodzą, w tym zaś Collegium Tancmiſtrza na wſzyſtkich y Doktora zapłata w penſyą ogolną wchodzi, ktory ieſt znaczny artykuł. Woli więc Kollegium, oczywiście y rázem całą expenſę położyć, niżeli mnieyſzym ſumptem niby zachęciwſzy, do większego potym pociągać. Tu ták ſą opiſane expenſa, że prawie nic więcey, procz odzienia y pościeli na rok, prowidować nie trzeba. Jako zaś żadna ná świecie rzecz bydż niemoże bez koſztu, tak y wygodna zacnie Urodzonych młodych Panow edukacya, bez proporcyonalney, na tylu ludzi impenſy, obeyść ſię niemoże. Podobno iednym mała, drugim przywielka zdawać ſię będzie ta penſya, ale Kollegium, według ſwoiego ułożenia, ani od tamtych więcey niepretenduie, ani od tych ani od nikogo mniey kontentować ſię nie może.

## §. I.

# M O B I L I A.

## *Każdemu z JchMćiow Młodych do Kollegium potrzebne.*

147. I. POrządki pewne, trzęba áby każdy z JchMćiow z Domu prowidowane, lub w Wárſzawie ſprawione, z ſobą, do Kollegium przywiozł, iako to: lubo iednakowego koloru y kroiu, ſukien wſzędzie po takowych Kollegiach Panięta zażywaią, co y z mnieyſzą expenſą Rodzicow dzieie ſię, y niepotrzebney emulacyi między młodemi umyka ſię okazya; iednak niżeli ten wygodny y potrzebny zwyczay od JchMćiow Rodzicow approbowany będzie, mogą bydź ſuknie iakie ſię komu podobaią. Bielizna znaczona, Pościel, Robdeſzan, Pończochy, Trzewiki, lub boty Polſkie, ktorych znaczney na rok cały trzeba prowizyi; kufer, albo ſkrzynia iedna na ſuknie y rzeczy, gdyż na więcey mieyſca niebędzie; ſztucieć ſrebrny ſtołowy, lichtarzyk ze ſzczypcami, miednica z nalewką ná ręce, ręczniki; ſerwet nowych dwanaście na dwie lecie. Obicie tylko nad łożkiem, Parawanik koło łożka, nie pawilon, ani kotarka. Nakrycie na ſtolik, grzebienie.

II. Karty Geograficzne, y Kſiążek kilkanaście, według każdego z JchMćiow Szkoły, ktorych rejeſtr oſobno każdemu poda ſię. Na ktore nikt nie ma mierney expenſy załować, gdyż bez Xiązek zadną miarą nie można ſię uczyć: do tego te Xiążki Collegium żadnemu nieodbiera, ani ich zatrzymuie dla ſiebie, ale ie iak własne JMc młodzi z ſobą na dalſze ſwoie używanie biorą, y na zawſze

ſłużyć

http://rcin.org.pl

ſłużyć im mogą, iako y wſzyſtkie *mobilia*, procz ſerwet, wyieżdżaiąc z Kollegium, każdy odbierze, onych *Collegio* niezoſtawuiąc.

III. Pierwſzy raz oddaiąc kogo do Kollegium ten raz ieden, od iednego *entrée* iak zowią, to ieſt *wniście*, na domowe w Kollegium dla każdego zoſobna y dla wſzyſtkich razem potrzebne *mobilia*, należy dać Czer: zło: 3.

IV. Z temi wſzyſtkiemi gotowemi porządkámi ma być każdy z JchMćiow do Kollegium oddany, ktore rzeczy od Xiędza Dyrektora, ktoremu zlecony będzie, pod rejeſtrem odebrane będą y lokaiowi oddane. Penſya oraz niżey wyrażona *anticipativé* na każdy rok cáły, ma być wyliczona, y każdego roku *anticipativè* przyſłana, a tak wſzelkiego mozołu, przykrzenia ſię y kłotni, zamiaſt przyſługi uniknie ſię okkazya.

## §. II.

## EXPENSA.

148. NA cały rok ordynaryina y nieuchybna od iednego z JchMćiow Panow Konwiktorow.

I. Na ſtoł ordynaryiny: to ieſt potraw dziewięć na dzień, na obiad potraw pięć lub ſześć, na wieczerzą cztery lub trzy, tudzież śniadanie y podwieczorek, także frukta y wino w niektore czaſy, iako y rekreácye extraordynaryine, naczynia kuchenne z zapłatą kuchennym ludziom.

Ná ſuſtentacyą Dyrektorow y kilkunaſtu w Kollegium Profeſſorow.
Na wikt y zapłacę Metrom Francuſkiego y Niemieckiego ięzyka.
Na Metra tańca Francuſkiego.
Ná lokaiowdomowych *Collegÿ* z drugiemi płacąc.
Nâ ſtancyą.
Ná drzewo do piecow y do kuchni z zapłatą ſtrożom.
Ná bieliznę ſtołową, półmiſki, talerze, farfurki, ſzkło, Kredencerza,
Ná świece, lampy na noc, mydło na ręce.
Ná papier, inkauſt, piora &c.
Ná Oratorium.
Nc Teatrum ordynaryine coroczne.
Na balwierza.
Ná Doktora ordynaryine wizyty: lecż nie na żadną extraordynaryiną długą chorobę.
Ná wygody w chorobach, herbatę, cukier, potrawy oſobne &c.
Ná gry do zabawy.
Ná gazety cotygodniowe Polſkie y Francuſkie.
Ná ſurtyana do drzwi, y na tego co godzin pilnuie. &c: &c: &c.

---

*Ná to wſzyſtko Czerwonych złotych* - - - - - 80.

II.

II. Uważaiąc co w ten rejeſtr wchodzi, w Kollegium bez żadney fundacyi, ták na Profeſſorow, iako y na konſerwacyą fabryki otwártym, nikomu ta penſya zdawać ſię nie będzie zbyteczna, gdyż z Dyrektorem y uſługą Panię iedno ná mieście wygodnie trzymaiąc, więcey dobrze expenſa wynieſie, Metrow y wielu nauk y rzeczy, ktore ſą wyżey nie rachuiąc.

III. Oprocz wzwyż wyrażoney expenſy, ná praczkę, náprawki chuſt y ſukien, ná boty, trzewiki, pończochy, ná puder y pomadę, na liſty z poczty &c. y tym podobne, nieuchronne expenſy, wolno JchMćiom Rodzicom zoſtawić pieniądze u kogo ſię podoba w mieście, lub też ieżeli im ſię zda, u X. Rektora á żadną miarą nie u Paniąt. Oſobliwie zaś ná ſprawowanie nowych ſukien, lub innych porządkow, nigdy JchMćiom młodym do rąk, nie maią bydź przyſyłane pieniądze, tak dla nie experyencyi, y zawſze ſzkody w ich kupnach, iako y dla nie potrzebnych im dyſtrakcyi y biegania.

IIII. Apteki oſobny rejeſtr ná końcu roku podany będzie, tym ktorzyby iey potrzebowali. Doktor także y Cyrulik, zá iáką extraordinaryiną długą ( waruy Boże ) chorobę, ma być oſobno płacony.

V. O karecie nic ſię w expenſie nie námieniło, ſą iednak takie okazye, gdzie kareta ieſt każdemu nieuchybnie potrzebna; Jako, raz y drugi iachać ná Pokoie, álbo prezentować ſię komu z Państwa, ná Seſſye podczas Seymow, po Doktora, y tym podobne. Zátym Kollegium *Nobilium*, ná niektore tákie uſługi, y intereſſa, muſi trzymac tym czaſem, przynáymniey iednę Karetę, na ktorą kto zoſtawi Czer: zło: 3. będzie miał w zwyż wyrażonych potrzebach wygodę, według proporcyi zapłaty.

## §. III.

## NAUKI.

149. WZględem náuk, to ſię krotko wyraża: uczyć ſię będą JchMość Młodzi zá pomocą Bożą, Sentymentow náprzod Jch Urodzenia godnych, do Religij y wſzyſtkich powinności, ku BOGU, y Oyczyznie należących; przy tym Łacińſkiego języka, Geografij, *Compendia* albo zebrania Hiſtoryi Uniwerſalney, Swiętey, y rożnych Kroleſtw, oſobliwie wieku teraźnieyſzego y Polſkiey; Języka Francuzkiego, Niemieckiego, Eloqwencyi w Mowach y Liſtach, explikacyi Autorow, zrozumienia, y zażycia rożnych Książek, Geometryi y inſzych części Matematyki, Filozofii, takiey, iaka Kawalerom ieſt potrzebna, pożyteczna, y ciekawa. Do Teologii, *Jus Patrium*, kto zechce, applikowany będzie. Naturalnie zaś, na to wſzyſtko czaſu potrzeba, áni po roku iednym, lub drugim, áni nad lata, y poiętność, doſkonałości po żadnym wyciągać nie można. JMć Rodzice, z ktorych wielu ſię ſkarżą, że nie wiedzą co z młodemi ze Szkoł ich wziąwſzy czynić kiedy zechcą, ábv ſię uczyli, *Jus Patrium Civile*, *Jus Gentium*, po Filozofii, nie mogą im pożyteczniey lat młodych ſtrawić, áni roku na to, lub drugiego, expenſy żałować.

II.

http://rcin.org.pl

II. Ktoby ſobie życzył inſzych Metrow, do ſwoich Synow, iáko to do Architektury *Civilem & Militarem*, do ryſunku, ktora zabawa ieſt godna Kawalerow, y potrzebna do Architektury y podobnych Sciencyi, do Języka Włoſkiego, do ieżdzenia na koniu, ſztuki ták Kawalerom potrzebney, á w cudzych Kráiach daleko koſztownieyſzey; do Munſtry, do Fektowania, do inſtrumentu iákiego, oſobno z takowemi Metrami godzić ſię ma, á na nich ugodzone pieniądze álbo w Kollegium, albo u kogo ſię podoba, byle nie u młodych, zoſtawić.

## §. IV.

## ZWYCZAIE

## Niektore *Collegij Nobilium* potrzebne do wiádomośći JchMćiom Rodzicom.

150. I. W Dni y godziny do nauk náznaczone JchMość Panowie Młodzi wyieżdzać nie będą. Wracać ſię záś záwſze maią lecie naydaley ná ſiodmą, zimie naydaley na piątą godzinę do Kollegium, áni *extra Collegium* ſpać, albo dłużey ſię w noc báwić, áni na żadne kompanie wieczorne, na Komedye, na wieczerze, &c. zoſtać nigdy nikomu pozwolono nie będzie. W ktorym to punkcie o dochowanie *Collegio* tego bardzo potrzebnego zwyczaiu, ſamych JchMciow zacnych Rodzicow upraſza Kollegium. Z ſtrony komedyi, oper, &c na Teatrum Krolewſkim przy przytomności Dworu, żadnemu z JchMośćiow Panow Konwiktorow, oſobno z nikim bydź ná nich Kollegium pozwolić nie może; bo to porządek wewnętrzny, y czas do rozłożonych lekcyi pſuie, y wielu Inkonweniencyi, czekania z bramą, ze ſtołem, nierychłego ſpania, á potym wſtawania, pomieſzania godzin, częſto y niezdrowia, zelozyi między młodemi &c. ieſt przyczyną. Do tego, iednym pozwoliwſzy, ieſt to zawſze dla drugich uſtawiczna z opuſzczeniem náuk tentacya, ktorzy iedni drugich przykłady widząc nietylko Rodzicow ale y Krewnych, lub przyiacioł proſić ſkrycie y naſadzać zwykli o tákie wyieżdżki, bawienia ſię nocne, z wielkim umartwieniem, y nieuſpokoieniem *Collegij*. Atoli iednák, że czaſem widzenie tych rzeczy nie ſzkodzi, y czas do tego potrzebny Kollegium uparrzyć może, Rektor ciekawośći młodych zadoſyć czyniąc, rázem wſzyſtkich JchMośćiow PP Konwikrorow ná dwie, czy trzy, czy więcey części podzieliwſzy, y o mieyſca dla nich poſtarawſzy ſię poſyłać będzie do Sáli Krolewſkiey, w czaſy od ſiebie naznaczone, y porządku domowego niepſuiące, y to záwſze z Dyrektorami, aby razem z niemi y wyieżdzali y powracali ſię.

II. Ná Swięta, lub kilkodzienne zá Warſzawę przeiażdzki, nie życzy ſobie Kollegium żadną miárą, áby JchMćiow Panow Młodych brano, gdyż to ieſt pewną okazyą łatwego od uſtaw *Collegij* odzwyczaienia ſię, oſtygnienia w applikacyi do náuk, y niepotrzebney wolności nábrania młodym Panom, ktorzy *in Collegio* doſyć ſwoich rozrywek, y rekreacyi mieć będą. A lubo dla tych dopiero



http://rcin.org.pl

wyrażonych przyczyn, ktore z dłuższych domowych dyſtrakcyi pochodzą, Kollegium nieſkończenie upraſza JchMćiow Rodzicow y krewnych, áby nie bráli y ná wakacye JchMćiow Panow Konwiktorow, co iuż wielu przykładnie y pożytecznie czynią, átoli ći ktorzy w tym wyperſwadować ſobie, y uproſić ſię niedadzą, mogą Jch wziąć ná wakacye, ále przynaymniey nie co rok, y to z ſłuſznym iákim człowiekiem, z domu włáſnego káżdemu od JchMćiow Rodzicow, nie od Kollegium przydanym. Czas záś wákacyi generalnych od Swiętego Jakuba *in Julio*, do pierwſzego, a naydaley do oſmego dnia Septembra, to ieſt do Národzenia Nayświętſzey PANNY náznaczony ieſt. Upraſza więc naprzod Kollegium wſzyſtkich JMciow, áby za złe mieć nie raczyli tey Jego proźby, żeby nieprzyſyłali po Synow, czy Braći, czy Krewnych tu ná Naukach zoſtaiących, áż ná dzień 25. Lipca; potym uprasza o wybaczenie y wyrozumienie, że chociaż by ktożkolwiek wcześniey przed dniem 25tym Lipca po JchMciow młodych przyſłał ná wákacye, chociażby y długim, czyli krotkim czaſem przed dopiero rzeczonym terminem, to okkázya przyſłana, álbo muśi czekać w Warſzawie do 25tego Lipca, albo ieżeli nie zechce czekać, prożno odiedzie. Jnáczey uczynić nie może Kollegium, áto dla nieznośnego na końcu roku nauk we wſzyſtkich inſzych nieporządku, y dla wielkiego pomieſzania młodych, gdy widzą wcześnie iednych wyieżdzaiących, á przeto náturalnie tęſknią, y do náuk w te dni y w ten czás guſt trácą, kiedy JchMość Młodzi naywiękſze ná końcu Szkoł dawać powinni proby, tego, czego ſię przez rok uczyli, y kiedy naypilniey oſtatnich tygodni y dni mieliby ſię ſtárać o zaſzczyt y pochwałę ná Szkolnych zwyczaynych przed wakacyami examinach, czymby nie mało y inſze opożnienia nádgrodzili. W tákich záś mieyſcach nie ná iednego przyſyłaiącego intereſs, czyli czaſem y niewczeſny áffekt Kollegium mieć wzgląd powinno, ále ná wſzyſtkich pożytek y dobro. Upraſza zátym wſzyſtkich JchMciow DD. aby raczyli ná ten bardzo potrzebny czaſu porządek mieć łáſkawy y ſprawiedliwy wzgląd, ile że od 25go Lipca, ieſt przeſzło 6. Niedziel Wakacyi, co ſamo doſyć y prawie nad to ieſt ták ná młodych rozrywkę, iako y na domową konſolacyą.

III. Lubo życzy ſobie Kollegium áby JchMość Rodzice, kogokolwiek z Przyiacioł, lub ludzi do ſwoich intereſſow należących w Warſzawie zawſze przytomnych mieli, ktorzyby o Dzieciach Jch w Kollegium będących wiedzieli, do ſpráwunkow, dla nich należeli, y ktorzy o wſzyſtkim ſprawiedliwą do kogo náleży, dawaliby informacyą; gdyż zwyczaynie młodzi nieukontentowania ſwoie, zkąd inąd pochodzące okryślać zwykli do Rodzicow, pod pretextem niewygod, lub złego tráktowania: więc w takich okkazyach, ráczey na Przyiacioł ſwoich relacyą zdać ſię trzeba. Ktoby iednák álbo nie miał tákich poufałych; ktorymby intereſſa Dzieći ſwoich zlecić mogł, lub inaczey zdałoby mu ſię dyſponowac, więc táka wſzyſtkim JchMćiom Rodzicom, y intereſſuiącym ſię do ktoregokolwiek z JchMćiow Konwiktorow, daie ſię Jnformacya: Ze kiedy co do odzienia należy, wſzyſtko według ſwoiey woli im ſprawią y uprowiduią, procz expens wyżey w Artykule drugim ſpecyfikowanych, żadnych tu ná żadne prywatne potrzeby JchMość Młodzi, pieniędzy nie potrzebuią, y owſzem poki ſą w tey edukacyi, mieć

ich

http://rcin.org.pl

ich nie powinni. Jeżeli iednak cále zdałoby ſię JchMćiom Rodzicom, lub ná iákie nieſpodziane małe potrzeby, lub ná probę geniuſzu, (iáko niektorzy Rodzice czaſem czynią) w expensie młodych, pieniędzy cokolwiek dla nich zoſtawić álbo przyſyłać, Kollegium tákie ná to uſtánowienie, we wſzyſtkich innych, nie tylko Kollegiach, ále y Akádemiach Káwalerſkich zwyczayne, czyni: żeby tákowe pieniądze, czy oddawane, czy przyſłane były, do rąk Rektora, u ktorego lub u Xiędza Prefekta, ſzafa z oſobnemi dla każdego ſchowaniami będzie: od ktorych ſamiż JchMość Panowie Konwiktorowie ſwe zamknięcia, y klucze mieć będą, y bez trudności, byle za wiedzą, bráć ſobie będą, rejeſtrzyk expenſy potrzebny záwſze zoſtawuiąc. Jnáczey wielkie inkonweniencye ztąd wynikać zwykły. Młodzi bowiem maiąc bez dependencyi pieniądze, y niemi, kiedy chcą, y iák chcą dyſponuiąc, expenſy, ná rzeczy mniey potrzebne, á czaſem y zdrowiu ſzkodzące, czynią, á włożywſzy ſię raz w expenſę, kiedy im nie ſtanie, w nádzieię przyſzłych pożyczaią, á przez to uczą ſię nierzetelności, y niepunktualności, niemaiąc częſto ſpoſobu do oddania: zkąd potym daremne ná zekania, o iákiś niedozor, kiedy tákich rzeczy upilnować, y dla okkazyi w ręku zabiec im niepodobna. Przeto trzeba, żeby albo zá wiedzą ſtárſzych JchMość Młodzi expendowali, álbo naylepiey żeby żadnych á żadnych, iáko im nigdy na nic eſſencyalnego niepotrzebnych, nie mieli pieniędzy.

IV. Gwoli Lokaia, dla domowego porządku niemożna inaczey, tylko żeby wſzyſcy JchMość kontentowali ſię uſługą *á Collegio* náznáczoną: ponieważ z oſobnym dla każdego Panięcia z Domu przydanym Lokaiem, nieznośna byłaby rzecz *Collegio*; gdyż naprzykład do pięddzieſiąt Paniąt, pięddzieſiąt Lokaiow mieścić niepodobna y wielka w rządzie takich ludzi y takowey liczby ciężkość, á ztąd wielki nieporządek w Domu. We wſzyſtkich Włoſkich, y Francuſkich tákowych prywatnych *pro Nobilitate* Kollegiach, wyſokiego Urodzenia, Pierwſzych Familij, y wielkich Fortun Pániętami napełnionych, żaden Pan młody, choćby naycelnieyſzego Domu, żadnego y iednego właſnego Lokaia, ſługi, áni chłopca niema, ále od Lokaiow *Collegij* proporcyonalnie do liczby Panow naznaczonych, wſzelką maią uſługę, czego świadkami ſą, ták wielu zácnych Panow, wPolſzcze ktorzy ſię *in Collegijs Privatis* we Włoſzech, lub Francyi edukowali, żadnego y oni *in Collegio* Lokaia niemaiąc. W Polſzcze ſamey Domow wielkich Damom młodym, po Kláſztorach żadney właſney niedopuzczaią ſłużebny, tym czaſem maią w uſługach wygodę, bez żadney z Domu aſſyſtencyi. Wſzakże młodemu Pánięciu, iakieykolwiek niech będzie godności, żadney w Szkołach niepotrzeba parady, uſługa zaś dla nich doſyć łatwa y máła. Tym czaſem od właſnych u Pániąt młodych ludzi ſłużących, wiele, y wielkich trafia ſię do złego okázyi, kiedy Panow młodych potaiemnie, czego y doſtrzedz niepodobna, roſkaz, w wielu rzeczach pełnią, kiedy Pan młody ma komu, y po co chce, ná Miaſto kryiomo, rozkazać: w ktorych inkonweniencyi wyliczanie nie wchodząc, to ieſt pewna, że te przymuſiły Cudzoziemſkie prywatne Kollegia, do tey Reguły, że żadnych właſnych do żadnego Panięcia ſług nie przypuſzczaią. Do pil-



http://rcin.org.pl

nowania młodych Pánow nie ſą potrzebni właśni Lokáie w Kollegium, kto bowiem Krew ſwoię oddaie y powierza ſtáraniu *Collegij*, godzi ſię ufać, że ná dozorze, y pilnowaniu onych, bez włáſnego domowego fideliſa, cale ſchodzić nie będzie: gdyż bezprzeſtannie pod oczyma Dyrektorow ſwoich Panowie młodzi zoſtawać będą. Rzeczy záś znaiomym y wiernie ſłużącym, *à Collegio* przydanym ludziom, oddane będą. *Zá*tym káždemu Pánięciu naznaczona będzie uſługa potrzebna, przez Lokaiow *Collegij*, inſzych Kollegium z nikim przyiąć ſobie nie życzy. Jeżeliby záś JchMość Rodzice, koniecznie życzyli ſobie człeka ſłużącego przydać, chociaż to ieſt z bardzo wielką ciężkością *Collegio*, tym czaſem ſię dyſſymuluie, áż do wprowadzenia lepſzego porządku; ále táki oſobny ſłużący, áni mieyſca, áni wiktu w Kollegium mieć żadną miarą nie może, lecż ſtrawne brać powinien. Ktore to pieniądze ná ſtrawne, iáko też ná ſuknie, lub ſuchedni takowemu ſłużącemu, máią bydź oddane oraz z pieniądzmi od Pánięcia, ná ręce Rektora, y człowiek takowy, od Rodzicow przydany, ma bydź płacony z rąk Rektora, y we wſzyſtkim od niego dependować. Táki záś człowiek przydany, bliſko gdzie w goſpodzie lokowany będzie: Ani ma bydź młody chłopiec, ani Pokoiowy, áni Páchołek, ále albo Kamerdyner, álbo Sługa ſłuſzny, álbo przynaymniey Lokay. Choćby záś kto miał ſwego człeka, cale *Collegio* niepotrzebnego, to iednak na Lokaia *Collegij* płacić będzie: ponieważ ieſt wielu inſzych w Kollegium ſłużących, bez ktorych uſługi żaden Konwiktor obeyść ſię nie może, á ći nie ſą w expenſach wzwyż ſpecyfikowanych wyrażeni.

V. Upraſza ieſzcze Kollegium o punktualność niezáwodną, w oddawaniu *anticipativè*, to ieſt przy záczęciu Roku, cáłey rázem penſyi; ktorey niepunktualność, iakiey niewygody byłaby zawſze ſpráwiedliwą exkuzą. Ani z ordynáryiney Penſyi ná Rok ugodzoney, niema bydź nic w płaceniu odtrącone, bo ponieważ záwſze przez Rok cáły, kilkunaſtu ludzi trzymać trzeba, ktorych, iako y Metrow, penſya na Rok cáły ugodzona będzie, ponieważ ſtancya ná Rok cáły oddana, ponieważ Kollegium, przez Rok cáły, każdą rzecz, iáko wyżey w reieſtrze ieſt, obrachowawſzy, niewyſtarczyłoby mnieyſzą penſyą temu, czego ſię podeymuie: zátym bez excepcyi świąt, wakácyi, wyiazdu z Kollegium y ná náydłużſzy czás, y iakieykolwiek rácyi, cała wzwyż obráchowana penſya, przy zaczęciu Roku ma bydź punktualnie y nieuchybnie oddana.

VI. Proſi naoſtatek toż Kollegium z ufnością w rozſądku y ſprawiedliwości każdego, ktoby ná to mieyſce Krew ſwoię oddał, żeby żadney odmiany, excepcyi y oſobliwości, ktora tu bydź niemoże, niepretendował: bo te dobremu porządkowi ſzkodzą; gdyż odmiana dla iednego pozwolona, pociągnęłaby zá ſobą y dla inſzych ſekwelę uſtawicznych odmian, z ktoremi y naylepſze uſtanowienia bydź trwałe niemogą. Jednakowe mieſzkania, (iákie teraz doſyć ſą ze wſzech miar przyſtoyne y wygodne, gdyż Kazdy ma oſobny pokoik, w alkowę.) iednakowa dyrekcya, ſtoł, uſługa, penſya, y zwyczaie dla wſzyſtkich, daią ſię kazdemu: á dyſtynkcya w Szkołach młodych Panow, przy urodzeniu, z ſamego poſtępku w cnocie y naukach bydź powinna.

Jnſze

Inſze obrządki prywatne, w zględem obyczaiow, exercytacyi rożnych, nauk, godzin, mieſzkania, y innych uſtaw, y zwyczaiow wewnętrznych *Collegij*, oſobno ſą opiſane, iako do wiadomości ſamych JchMćiow młodych należące.

## §. XX.
## Prawa y zwyczaie *Collegij Nobilium.*
## *Do czytania dwa razy na Rok JchMciom Panom Konwiktorom.*

151. I. (*Wſtawanie.*) Rano zá daniem znaku, máią JchMość budźić ſię, z Krzyża Swiętego znákiem, z podnieśieniem myśli do Boga, przez krotkie Akty Chrześćiańſkie, z milczenie y ſpokoynie ſię ubierać, myć, czeſać, y nic czaſu nie trawić, ſami ſię ubierać, w czym zaś Lokaie ſą im do uſługi potrzebni ich zażyć, y poſłuchać. Jeżeliby od ubierania co zbyło czaſu przed powſzechną modlitwą, pożytecznie go trawić.

II. (*Punktualność na znáki.*) Na wſzyſtkie przez cáły dzień znáki, iáko naypunktualniey maią iść, nie ſię nie opożniać, nie zoſtawać, nie odłączać ſię od drugich, bydź ná wſzyſtkich, ile ich ieſt przez dzień, rowno zawſze z drugiemi modlitwach, náukach, exercycyach, rekreacyach, obiadach, wieczerzach, áni ſię od nich odrywać, ani wybiegać.

III. (*Religia*) Akty religii wſzyſtkie codzienne, ordynaryine y *extra* ordynaryine, y Chrześćiańſkie powinności z wielką modeſtyą, cichością, uwagą, nabożeńſtwem, y gorącością ku Bogu Stworzycielowi máią JchMość odprawować, iáko to ſą: ranna intencya y pacierze, ſłuchanie czytaney Konſyderacyi Chrześćiańſkiey, ſłuchanie Mſzy S. y do niey ſłużenie, wzywanie Ducha Swiętego przed naukami, dziękczynienie Bogu po náukach, Benedykcye do ſtołu, y dziękczynienia, modlitwy po Szkołach wieczornych, modlitwy przed ſpaniem, Spowiedzi y Kommunie, preparacye y dziękczynienia po nich, *Officium Beatæ* we Swięta. Nawiedzanie Kościołow podczas uroczyſtości, y wſzyſtkie inſze tym podobne.

IV. (*Duchowne náuki.*) Nauki wſzyſtkie Duchowne, Moralne, do wiary y życia Chrześciańſkiego należące, maią iáko naypilniey, iáko naycíſzey, y iáko nayſkromniey ſłuchać, iáko to ſą Kazania, Katechizmy, náuki we Swięta, Chrześćiańſkie, y moralne, y tym podobne.

V. (*Prywatne Studia.*) Pod czas godzin prywatnego ſię uczenia, máią przy ſwoich ſtolikach káżdy w ſwoięy Alkowie y mieyſcu, cicho y ſpokoynie ſiedzieć, co máią naznaczonego czytać, piſać, komponować, ná pámięć ſię uczyć, przepiſywać, do Szkoły ſię dobrze gotować, y żadney ták náznaczoney ná pamięć, iako y ná piſanie powinności nigdy nie opuścić: á co czaſu od powinności zbędzie, ná czytaniu trawić, ponieważ maią doſyć inſzych codzień czaſow y rekreacyi ná rozrywkę, toć więc naznaczonego na náukę prywatną czaſu, iák naypożyteczniey záwſze y naypilniey záżywać powinni.



http://rcin.org.pl

VI. (*Jzby y z nich wychodzenie*,) Do cudzey Alkowy czyli Jzdebki wchodzić, bárdzo rzecz zakazana ieſt, y umartwienie zá przeſtępſtwo nigdy żadnego nie minie. Czego Xiądz Prefekt, y Xięża Subprefektowie mocno dopilnuią, áby JchMość tego zwyczaiu nie przeſtępowali nigdy, áni przed Alkowami, żeby z ſobą gadaiąc czaſu żadnego nie trawili. Z izby żadney, czy to z właſnych Jzb, lub z rekreacyi, czy to z ſtołowey Jzby, czy z Oratorium, czy z mieyſca rekreacyi *extra Collegium*, nigdy ſię nikomu z JchMciow wychodzić y abſentować nie godzi, bez opowiedzenia ſię Xiędzu, SubPrefektowi, lub przytomnemu; áni opowiedziawſzy ſię nád ſłuſzność y potrzebę nigdzie bawić ſię nie godzi. Do żadnych Officyn, iáko do ſtołowey, gościnney, do chorych Jzby, kuchni, áni na doł &c: ſchodzić, áni po Jzbach inſzych lub Xięży biegać nie trzeba.

VII. (*Szkoły*.) W Szkołach ktorychkolwiek, pod ktoremikolwiek czy Profeſſorami, czy Metrami, ze wſzelką ſkromnością, pilnością, attencyą, milczeniem, uſzanowaniem, tak Profeſſorow iáko y Metrow ſłuchać maią uczących. Strzedz ſię wſzelkich płochośći, ſzeptania, gadania, dziecinnych ręcznych igrzyſk, nieprzyſtoynego ſiedzenia, y tym podobnych. Strzedz ſię tudzież dyſtrákcyi umyſłu, rozerwania, y do czego inſzego od náuk myśli oderwania: gdyż wyperſwadować ſobie to trzeba że bez właſney applikacyi, bez pilney uwagi niepodobna rzecz ieſt, áby ſię czego dobrze náuczyc, a za podobne defekta, nie podobna żeby nie martwiono y nie karano. Co záś do nauk y Szkoł każdego y wſzyſtkich należy, gdzie indziey ieſt obſzerniey opiſano. Na examina wſzyſtkie y ákty Szkolne, ták prywatne iák publiczne doſkonale maią ſię gotować, y ná pámięć uczyć dla honoru właſnego á nágany y wſtydu chroniąc ſię. Co maią do przepiſywania, nieodwłocznie, y pilnie, y czyſto záwſze przepiſywać, y codziennie charaktery formować.

VIII. (*Język Francuſki y Niemiecki*.) Z Strony językow Francuſkiego y Niemieckiego, ponieważ tu początki dobre tych językow JchMość założyc popowinni; áby wyſzedłſzy z Kollegium łátwiey ſię wnich czytaniem y zwyczaiem wydoſkonalić mogli, záwſze tu więc po Francuſku między ſobą do Metrow y do Xięży gadać będą, tákże podczas obiádow, wieczerzy, rekreacyi; czego pilnuiący ich bardzo doſtrzegać będą. Po Niemiecku záś we dni y czaſy naznaczone mowić będą. Hiſtoryiki tudzież w tych językach, ktore im ſię codzień náznaczaią punktualnie podczas wieczerzy recytować będą: á komu każą y po łáci. nie też ſame wywroci: Powinności do tych Szkoł náznaczonych nigdy nieopuſzczą, iáko y do wſzyſtkich inſzych. Niechay záś JchMość maią oſobliwą ná to attencyą, żeby nie tylko po Francuſku gadali, ále żeby ſtáráli ſię, co raz lepiey y poprawnie gadać, á oſtrzeżeni o błędy w mowieniu, żeby ich ſię pilnie drugiemi razami wyſtrzegali. Nota ma bydź zawſze pilnie examinowana.

IX (*Ciała powierzchowne ułożenie*.) Z Strony powierzchownego ciała ułożenia, ná to JchMość pilnie báczyć powinni, że z powierzchowney poſtáći człowieka młodego, naprzod ludzie rozſądni miárkuią czy dobrze, czy źle edukowany ieſt. Wſzelką więc ná ſiebie trzeba mieć attencyą, áby ſzyię y głowę proſto

ſto záwſze trzymać, nie garbić ſię, nogi iak należy w chodzeniu ſtawiać, chodząc rękami nie kiwać, ſtoiąc nie opierać ſię, ſiedząc nie rozwalać ſię, śmiciąc ſię śmieſznych y nieprzyſtoynych grymaſow nie czynić, głową, uſtámi, rękami. Gadaiąc nie krzyczeć, ále wolnym záwſze głoſem mowić. Jdąc nigdy nie biegać, nie ſkakać, oſobliwie po ſchodach; ále rownym iść zawſze krokiem, ták w domu iák y wſzędzie. Z niepotrzebney ciekawości do okien nie wybiegać. Wſzędzie ſtátek, ſkromność, uwagę y powagę od naymnieyſzego záchowywać wieku.

X. (*Ochędoſtwo około ſiebie.*) Powierzchowne ochędoſtwo niezmiernie ſię zaleca JchMćiom Konwiktorom: twarzy, ręku, ſzyi, uſzu codzienne umycie, włoſow zczeſanie, páznokciew oberznięcie, Kráwaeiki dobrze opięte, koſzule białe, Mánkietow ochrona, kołnierzy białych w Polſkim ſtroiu dobre zapięcie, pończochy dobrze wyciągnione y podwiązane, trzewiki y boty czyſte, ſuknie wſzyſtkie wychędożone y bez plam, Czapek y Kapeluſzow ochrona, łożka ochędożnie poſłane, ſtolik czyſty y ułożony, rzeczy na ſwoich mieyſcach, oſtrożność z inkauſtem, oſtrożność ze świecami, ſtoczka nikomu mieć ſię nie godzi.

XI. (*Pod czas iedzenia iak ſię zachować*) Podczas iedzenia oſobliwie, trzeba mieć pilne zawſze ná ſiebie oko y pámięć, żeby wſzelkiego by naymnieyſzego ſtrzedz ſię grubiiańſtwa. Przyſtoynie ſiedzieć, rąk ná ſtoł nie kładąc, áni ſię garbiąc, z pułmiſkow záwſze ná tálerz brać potrawy, á nigdy z pułmiſka nie ieść áni ſwoiey łyżki w pułmiſku nie maczać: gdzie rozdaią u ſtołu, czekać áż dádzą, álbo ſamemu czyſtą, y oſobną ná to łyżką potrawy przed ſobą położone, ze wſzelką oſtrożnością rozdawać. Strzedz ſię bardzo oſtrożnie, żeby ſtołu nie ſkalać: chleba przed ſobą nie kruſzyć. Łyżki, noża, widelcow záwſze zażywać. Widelcami wſzyſtko kraiąc trzymać, y niemi, nie palcami, do gęby noſić, pálcow nie oblizywać: noża, łyżki, widelec, chleba, gadaiąc przez dyſtrakcyą w ręku nie trzymać, na ſtołku ſię nie kręcić, y ani pod czas iedzenia, áni nigdzie nogami ſiedząc nie kiwać, áni ich zbyt nie wyciągać, prędko nie ieść, gęby nie napychać, uſta y nos czyſto trzymać y ręce. Nigdzie cale, dopieroż u ſtołu noſa ręką, ſerwetą, obruſem, połą nie ucierać, ále zawſze chuſtką, w oczach ludzi nie pluć, ále ną ſtronę, y uſta zakrywſzy. W pokoiach zaś Pańſkich w chuſtkę, ile gdzie czyſtſze podłogi lub ſukno. U ſtołow gdzie ta ieſt wygoda, ze ſwego ſzkła pić. Jeżli ſię z powſzechney ſzklanki lub kielicha piie, kropli nie zoſtawować, ále ná ſwoy tálerz wyſączyć. Kielicha brzegi przynaymniey ſerwetą wyczyścić, albo dać wypłokać, y czyſty drugiemu oddać. Sukni od wſzelkiey mákuły pilnie ſtrzedz, ſerwetą záwſze ſię zaſłonić. Z pułmiſka ták bráć, żeby pámiętać, że nie ieden u ſtołu ſiedziſz. Niektorych zle edukowanych tá czaſem bywa exkuza, że to co inſzego ieſt, u Panow, lub Rodzicow iedząc z temi ſię oſtrożnościami ſpráwować, co inſzego tu w domu: ale tey mniey rozumney exkuzy niechay JchMość nie używaią: bo y tu między godnemi iedzą, y w domu ſię zle wzwyczaiwſzy, ták będą y gdźie indziey nie oſtrożni. Jeżeli gdzie, to u ſtołu ſtrzedz ſię złego humoru, niecierpliwości, dziecinnego zmarſzczenia y záſępienia

czoła,

http://rcin.org.pl

czoła, odpowiedzi nieuważnych, krnąbrnych, niedyſkretnie odćinaiących, upartego ſię przy czym utrzymywania, pedantyzmu, to ieſt: abyś inſzych chciał uczyć, y gniewał ſię, że nie ſą twoiey opinii: nieprzyſtoynego podnoſzenia y wrzaſkliwości głoſu.

XII. (*Rekreacya.*) Jeżeli gdzie, to ná rekreacyach JchMćiow między ſobą moderacyą, y uſkromienie paſſyi zachować potrzeba. Dopieroż waruy Boże ſwarow, kłotni, niezgod, złych ſłow, plugawych przezwiſk, y iákieykolwiek zelżywości, y obelgi drugiego. Zá to maią wiedzieć, że ſurowa y żadnemu nieodpuſzczona czeka káżdego kara. Tákie bowiem łżące názwiſka, ſą y Boſką obrazą, ták oſtro od Chryſtuſa zakazaną, y pokazuią częśćią złą domową edukacyą, częśćią coś niegodziwego Szlachetney Krwi y urodzenia; ponieważ więkſzey podłości y lichości, między oſtatnim ſtekiem ludu y w chłopſkiey kondycyi niemaſz, iáko gdy ſię tákiemi potwarzawi częſtuią. Niechże tedy nic podobnego w ták zacney JchMćiow młodych Kompanii nigdy ſię nie znayduie. Procz tego ná rekreacyach oſobliwie maią ſię ſtrzedz biegania zbytecznego, ſzamotania, álbo paſſowania ſię naymnieyſzego, popychania, choćby naylekſzego, uderzenia y żartem, iednym ſłowem tego wſzyſtkiego co ſię w tym zamyka przyſłowiu, *jeux des mains, jeux des vilains.* Tarzania po ziemi, ſkakania po ſtołkach, ławach, drzewach, &c: y tym podobne plugawe igraſzki, chłopcom y hołocie zoſtawić trzeba. Oſobliwą attencyą mieć trzeba, ſtrzedz ſię tego wſzyſtkiego, coby naymniey zdrowiu ſzkodziło, ále też y ſukniom y wſzelkiemu odzieniu. W domu z mieyſca rekreacyi żaden, iák ſię generalnie wyżey namieniło, bez opowiedzi nie ma wychodzić, y zaraz ſię wracać, áni nigdzie nie biegać: idąc tákże *extra* ná rekreacye, nikt ſię naymniey od inſzych oddalać nie powinien nigdy, áni inſzych uprzedzać, áni pozoſtawać zá inſzemi, ále rázem iść ze wſzyſtkiemi, po ulicach, ze wſzelką ſkromnośćią y bez naymnieyſzych hałaſow, Powagę we wſzyſtkim iak ná zacne Panięta należy zachowuiąc. Z mieyſc rekreacyi gdziekolwiek ſą, nikomu áni we dwoch, áni w kilku, áni ſamemu oddalać ſię nie należy, áni tego Xięża pilnuiący nikomu nie dozwolą: dopieroż nigdy, żeby mieli JchMość Konwiktorowie od Kompanii gdzie dáley odchodzić, álbo pod pretextem wizyty, lub ſprawunku iákiego, lub w iákimkolwiek inſzym intereſſie, tego żaden bez wiedzy Xięży Rektora y Prefekta uczynić, áni dozwolić nie może. W izbie właſney czy gdziekolwiek indziey, procz mieyſca naznaczonego ná rekreacyą, żaden z JchMćiow zoſtać nie może, bez wyraźnego, nà ktore ſłuſzney racyi trzeba, pozwolenia, co ſię zbyt rzadko tráfić może. Ktorzy zechcą JchMość podczas rekreacyi mogą ſię muzyką, lub czytaniem kśiążki pożytecznie, chwalebnie y przykładnie zabawić. W nocy zaś dla nauk, lub czytania maiąc ná nie tyle w dzień godzin, Xiądz Prefekt nikomu, chyba z extraordynaryiney cale rácyi, dłużey nád inſzych ſiedzieć nie pozwoli, á nigdy więcey nád godzinę. W nocy tákże nikt nie ma wſtawać do czytania, czy uczenia ſię, áni raniey niż drudzy. Swiece razem od Lokaiow máią bydź gaſzone.

XIII. (*Skromność w wychodzeniu.*) Za znákami zegaru czy dzwonka, w Do-

Domu JchMość idąc, wſzelką ſkromność y milczenie zachować maią, po ſchodach, galeryach, &c: trzaſkow wſzelkich y przebiegania wyſtrzegać ſię, według porządku iáki każdey Jzbie naznaczony ieſt, wychodzić y wracać ſię. Łatwo JMość regularność tę ſobie wyperſwaduią, gdy ſobie przypomnią, w iákiey ſkromnośći milczeniu y porządku, parami, lub iák ſą zordynowani, iák rownym y prawie ráchowanym krokiem idą ludzie woyſkowi, y ich Officyerowie, więc tá reguła y przykład, cále nie ieſt taka, żeby JchMćiow ráczey zdobić nie miała.

XIV. (*Wizyty.*) Do Rodzicow, Krewnych, czy iakiego Państwa wyieżdzaiąc, lub na pokoie Krolewſkie; niech záwſze pomnią JchMość żeby ſobie, Rodzicom, y edukacyi ſwoiey honor uczynili, gdziekolwiek ſą. Lubo wſzelką ſkromność y ſtátek ale razem y owę wſpaniałą śmiałość do ludzi, z reſpektem káżdemu według dyſtynkcyi oſob należącym, pokazać powinni, ktora Krwi ich zacney powinna bydź przyrodzona. Nieśmiałość bowiem pokazuie, álbo podłe urodzenie, albo nieprzyſtoyną edukacyą, álbo że kto y z urodzenia y edukacyi ſwoiey bydź ſię czuie niegodnym. Niemaſz nic nieprzyſtoynieyſzego, iáko młody zacny, á niemy, boiaźliwy, y zadumiały przy ludziach: Nie trzeba ſię bać, żeby ſię grzecznym wſzędzie pokazać. Rodzicom, Krewnym, Starſzym, Państwu znacznemu, według rożnośći godnych oſob, czyli iednym ręce pocałowawſzy, czyli inſzych ukłonem uſzanowawſzy, odpowiedzieć należy z dobrą rezolucyą, y wyraźnym záwſze głoſem ná wſzyſtko: Kłaniać ſię zás odpowiadaiąc rzecz dziecinna ieſt, chyba że za co dziękuieſz, álbo o co prośiſz, albo że cię chwalą. W czym znowu drugi defekt dziecinny, ktorego ſię ſtrzedz trzeba, żeby kiedy kogo chwalą, lub mu dobre ſłowo daią, ſtać iákby nie ſłyſzał, lub wdzięczności nie czuł; więc w ten czas y ſłowami choć naykrotſzemi dzięki trzeba oddać, y powierzchowną ſkłonieniem ſię rekognicyą uczynić. Brania zá kolana, kłaniaiąc ſię, lub śćiągania rąk do nog, wyſtrzegać ſię potrzeba, bo to ieſt rzecz podła, y cale niewolnicza, lub ſłużebna. W kłanianiu ſię nogi rowno trzymać trzeba, głowę z pierśiami nachylić miernie, im iednak rzadſzey y wyżſzey godności ludziom, dopieroż Rodzicom, tym uniżeniey: nikomu niżey iák do ſwoiey połowy ſtatury. Ręce przyſtoynie trzymać trzeba, iák ſię widzi u inſzych dobrze ułożonych. Jeżeli záś w domu záwſze, to pewnie y u inſzych ſtołow, tę wſzyſtkę ktora wyżey opiſana ieſt, przyſtoyność zachować potrzeba. Chwalebna tudzież ieſt młodemu, ſtarać ſię inſynuować káżdemu, ktorzy ſię znayduią w Kompanii, czy u ſtołu, y ſzukać okkazyi poznania ſię y mowienia z każdym, choćby też uprzedzić obliguiącemi ſłowami, ktorzy zaś wſtydzą ſię mowić, ráczey powinni ſię wſtydzić że nic nie mowią, bo ich z tąd za dziecka, dobrego rozumu niemaiące, wſzyſcy ſądzą. Gdy ſię záś pobudza JchMćiow do rezolucyi między ludźmi, rozumie ſię że do rezolucyi dyſkretney, rozumney, y ſkromney áby ſię ta naoſtatek płochośćiami, y lekkośćiami dziecinnemi nie kończyła. Damom oſobliwie godnym wſzelką attencyą y reſpekt powinni, y o ich ſtarać ſię eſtymacyą y dobre ſłowo, á ták Jch napomnienia, iáko y ludzi rozſądnych przeſtrogi mile przyimować. Strzedz ſię zaś maią JchMość Konwiktorowie, żeby pod pretextem wizyt, nigdzie nie wy-



http://rcin.org.pl

boczali, ale tylko tam gdzie pozwolenie maią, bo inaczey to wyboczanie gdziekolwiek indziey im kredyt na zawſze tracić powinno, y ciężkiey nagany uniknąć nie może. Wracać ſię także maią punktualnie, w zimie na ſzoſtą, w lecie ná ſiodmą naydaley godzinę, ani nigdzie ieść wieczerzy nie mogą, áni bawić ſię na wieczornych kompaniach, áni na obcych ktorychkolwiek teatrach, ktore prawo ná tym mieyſcu ták ma bydź nieprzeſtępne, że ktobygokolwiek y ziákieykolwiek rácyi ważył ſię go złamać, choćby niewiedzieć czyie inſtancye, y exkuzy zachodziły, muſi karę ponieść, y każdy powinien ſię tym prawem y zwyczaiem *Collegij* uſilnie exkuzować, czego mu nikt za złe mieć nie może, y owſzem káżdy pochwali. Mowi ſię oſobliwie w przypadkach, kiedy JchMość ſą bez Xięży, co nigdy inaczey trafiać ſię nie powinno, tylko chyba kiedy Rodzice człeka ſłuſznego po ktorego z JchMćiow z ſwoiey woli poſzlą, ále zawſze wſzyſcy z Xiędzami, albo z domowemi Dyrektorami, takowe wizyty oddawać maią, y bez Xięży nikt nie wynidzie, ktorzy dopilnuią na czas ſię wrocenia. Z obiadow tákże ná drugą godzinę naydaley koło trzeciey wracać ſię potrzeba, áby tańca, lekcyi, y innych podobnych, á w Swięto Chrześciańſkiey nauki, nigdy nie opuścić. Ná koniu po mieście na obiady, czy z inſzych rácyi iezdzić tu nie pozwolą: á to dla tego, aby ſami JchMość nie wyieżdzali bez dozoru: dla ćwiczenia ſię ná koniu, maią *manege*, ieżeli Rodzice zechcą.

XV. (*Goście y przychodzący.*) Gośći do ſiebie żádnych iáko y ludzi do ſiebie od Rodzicow czy kogo przyſłanych ná gorę nie maią prowadzić, ále kiedy ſą do nich wokowani, zá pozwoleniem Xiędza Prefekta ſchodzić, do Jzb w forcie ná to naznaczonych, z Xiędzem álbo z lokaiem według dyſpozycyi.

XVI. (*Bronie.*) Bronie ſwoie maią JchMość w Jzbie przy forcie w ſzafie ná to zrobioney wſzyſcy zoſtawować, á wychodząc czy wyieżdzaiąc oneż z tamtąd brać, wracaiąc ſię záś tamże ie oddawać.

XVII. (*Rowność bez excepcyi*) Wczym ieſzcze JchMćiow tu ſię edukuiących należy oſtrzedz, żeby na tym mieyſcu, gdzie wſzyſcy ſą rowni, ani z lat, áni z żadney rácyi, żadney nie ſpodziewali ſię od drugich dyſtynkcyi y excepcyi, od uſtaw y zwyczaiow tuteyſzych: w mieſzkaniu, tudzież w Salach, w Szkołach. Przeto ktorzy w wyżſzych podobno przychodzą tu latach, niechay cale wyperſwaduią ſobie, że humory, fantazye, y pretenſye wſzyſtkie trzeba cale zá *Collegium* zoſtawić y tu o nich zapomnieć.

XVIII. (*Strzeżenie ſię wymyſłow.*) Nowych mod między młodemi lub płochemi ludźmi obſerwowanych w ſukniach Polſkich, w opaſywaniu ſię, w czapkach, w goleniu ſię, we włoſach, y tym podobnych, kozaczyzn, tatarſzczyzn, tureczczyzn, haydamaczyzn, JchMość tu nigdy wnośić nie będą: ále iák im kążą golić ſię, opaſywać, &c: ták czynić będą według dobrego y prawdziwego Polſkiego ſtroiu. Głow gołych kozackich, co znaczy cale niewolniczy ſtan, z ſeledcami żadnemu tu nosić nie dozwolą. Kiedy uniform y w Polſkim y w Francuſkim ſtroiu wprowadzony będzie, wſzyſcy JchMość bez naymnieyſzey rożności od inſzych, zwyczaiowi akkommodować ſię będą.

XIX.

http://rcin.org.pl

XIX. (*Piſanie do Rodzicow:*) Do Rodzicow y kogo im należy maią JchMość naydaley co Mieſiąc piſać, á ſtarać ſię iák naypilniey y rozumnie piſać: liſty dać do poprawy: inſzych mniey potrzebnych korreſpondencyi ſtrzedz ſię: á pocztę punktualnie płacić. Biletow zás y poſyłania po mieſcie, cale ſurowo to mieyſce zakazuie: y takie kontrabandy zawſze muſzą być ciężko naganione.

XX. (*Wakacye.*) Lubo zás tego wielu JchMćiow poiąć doſyć nie mogą że przeiażdzki na wakacye profitowaniu ich ſzkodzą, y że Collegium życzy áby gdyby można y żaden na Wakacye nie iachał, przeto tákie im rozrywki, w ten czas czyni, że przy kompanii nie wątpliwie zábawniey niż w domu ten czas mogą przepędzić: atoli kiedy niektorym ta rzecz niewyperſwadowana ieſt, niechże to JchMość wiedzą, że kiedy piſzą do Domow o przyſłanie ná wakacye, nie będą mogli z tąd wyiachać, áże 25. *Julii*, choćby y naywcześniey po nich przyſłano, y że powozy zatrzymać ſię muſzą gdyby y naydłużſzy czas, zatym niech w domu nie zawodzą, ále ieżeli o to piſzą, aby o przyſłanie ná dzień dopiero rzeczony nie wcześniey proſili. Maią y ták przez to 6. Niedziel Wakacyi, po ktorych ieżeli ſwoie dobro kochaią, y Rodzicom podobać ſię zechcą, pilnie ſię wypraſzać będą,áby ná czas to ieſt pierwſzego Septembra ſtánęli.

XXI. (*Pieniądze prywatne.*) Ci ktorym oſobne iakie pieniądze z domu naznaczaią, powinni ie złożyć u naznaczonego ná to Xiędza, y ná regeſtrzyku piſać, wiele z nich biorą, y potym ná co wydali nanotować, y temuż Xiędzu oddać. Żadnego trunku pod wielką kárą kupować ſię nie godzi. Żadnych expens na wiązania albo wywiązywania ſię lub podobnych czynić, bynaymnieyſzych nie godzi ſię.Nie powinni ſobie JchMść nic ſami kupować bez rády y donieſienia ſię, bo inaczey bez wątpienia záwſze będą zwiedzieni. Rzeczy mniey potrzebnych cále kupować nie maią, y ieźli nie dziecka ſą,uſpokoić ſię powinni ná radzie, á darmo nie tracić. Groſz ten prywatny naylepiey bydź może zázyty na książki, ná jałmużnę ubogim, do ktorey przez wſzelkie Chrześćiańſkie maxymy y powinności, y przez wrodzoną ſerca dobroć, y nad mizernemi ludźmi litość bydź iák nayſkłonnieyśi powinni, tudzież ná naiem w potrzebie kárety, &c: &c! Pożyczać pieniędzy u inſzych, ile w młodym wieku, cále ieſt rzecz plugawa, haniebna, y nagany godna, y pokazuie, iak w przyſzłe czaſy takowi marnotrawnikami y mataczami będą. Niech ſię tedy wſzyſcy niegodziwego ile w młodym wieku tego zwyczaiu wyſtrzegaią. Kiedy pieniędzy nie maią, nikt ich tu cale y nie do expenſy nie przymuſza, y zupełnie bez niey obeyść ſię mogą y powinni. Honoru w tym ſobie prawdziwie dziecięcego y nierozumnego niech nie zakładaią, áby kiedy inſzych expenduiących widzą, y oni koniecznie expendowali: bo Rodzice y Krewni ich wiedzą lepiey,co to ieſt honor, ktorzy im na expenſy nie daią: nie tedy tu niemaſz, áni przeciwko ich urodzeniu, áni honorowi, tylko cale dziecinna emulacya. W ſamey zás rzeczy, ſzpetniey y plugawiey ieſt pożyczać, niżeli nie maiąc od Rodzicow,mniey potrzebnie nie expenſować.!Niech także JchMość wiedzą, że tu żadnemu z nich nie godzi ſię naymnieyſzey rzeczy nikomu, áni z Xięży, áni z ludzi obcych,czy ſwoich , czy cudzych ſłużących dárować, nawet żadney

Bb 2

http://rcin.org.pl

dney ſtarzyzny, aż do czapek, koſzul, y botow, dopieroż ſukien, ſzabel, ſzpad, ſuter, zegarkow, ſzpinek, kleynocikow, książek, y ſetnych tym podobnych rzeczy, ktore wſzyſtkie według regeſtru tym co ie ſprawili, álbo na ſprawunek dali, prezentować y oddać potrzeba. Toż ſię ma cále rozumieć o zamianach, ſzacherſtwach plugawych, y podłych. Za czego przeſtępſtwo żaden znacznego umartwienia nie uydzie.

XXII. (*Jałmużna.*) Zeby JchMość Młodzi dobrze poięli prawdziwą y pod grzechem obowiązuiącą Chrześćianina każdego obligacyą dawania ubogim jałmużny, żeby ſię w ten uczynek pobożny wzwyczaili, żeby ſię do kommizeracyi nad nędzą ludzi, tak iak oni ſtworzonych, z młodu zaraz włożyli, codzień dwoch JchMćiow Konwiktorow, pieniądze ná to od Xiędza Prefekta wziąwſzy z Lokaiem do bramy o ſamey dwunaſtey, co raz inśi poydą, y ſwemi rękami iáłmużnę wyznaczonym ubogim rozdawać będą: á ieżeli y ze ſwego, lub od inſzych Kollegow będą mogli cokolwiek dołożyć, áby to czynili przez wſzelkie Chrześciańſkie rácye JchMćiom ſię rádzi.

XXIII, (*Poſłuſzeńſtwo.*) W teraźnieyſzym záś ich wieku, za nayprzyncypalnieyſzą cnotę, niech ſobie obiorą powolność, y poſłuſzeńſtwo, wiedząc, że rząd całego narodu ludzkiego przez ſubordynacyą ſtoi, to ieſt, że iedni rządzą, drudzy ſą rządowi poddani y pełnią rozkazy. Nigdy w Kollegium ták ciężkiego poſłuſzeńſtwa niedoznaią, iákiego doznawaią woyſkowi wſzędzie ludzie, gdzie dla poſłuſzeńſtwa wſzelkie wygody ſakryfikować, naywiękſze niewygody ponośić, głod y nieznośne práce cierpieć, fortuny, wolność, y życie trącić, w moment naznaczony, by nayhazardownieyſze rozkazy wypełnić muſzą, y nigdy ſię z niczego exkuzować nie mogą. Alec y w każdym ná świecie ſtanie ſwoia ieſt ſubordynacya. Do niey więc wſpołeczności ludzkiey zachowania, z młodego wieku naybardziey przyzwyczaiać ſię potrzeba. W oſtatnie w dalſzym życiu nieſzczęścia, ludzie wpadaią, ktorzy ſwoiey woli z młodu, pod wolą ſtarſzych nie przyzwyczaili ſię poddawać. Záczym ták wſzelkiego niepoſłuſzeńſtwa, iáko dopieroż zmowek, ſpiſkow, poduſzczania inſzych, y nieiakich niby buntow tu ſię ſtrzedz potrzeba, ktore tu iáko naywiękſze w młodym wieku kryminały, muſzą bydź naganione y zgromione.

XXIV. (*Strzeżenie ſię uporu.*) Wáruy Boże złośći, uporu, hardego odpowiedzenia, zacięcia ſię, geſtem, kiwaniem, twarzą, czołem, oczami, podnieſieniem głoſu, krnąbrności pokazania, czy to uczącym Profeſſorom, czy Metrom, czy pilnuiącym y rządzącym: bo nie można nigdy rzecz ieſt, áby to ſtárśi dyſſymulowali, zcierpieli, y znieśli. Tá ieſt roſtropna z młodemi maxyma, żeby ich poty łamać y przekonywać, poki woli ſtárſzych nie uczynią: nie dadzą im nigdy, prędzey czy nierychłey, ná ſwoim poſtawić, czy dobrowolnie, czy poniewolnie muſzą bydź poſłuſzni: bo od zwyciężenia uporu w młodych latach, dalſzego życia pokoy y ſzczęśćie dependuie. A do tego piekło by było w Kollegium, gdyby komu, czy ſtárſzemu, czy młodſzemu, krnąbrność, złość y zuchwałość iego rządzący dyſſymulować y przebaczać mieli. Lepiey tedy, rozumniey, y chwalebniey

ieſt,

http://rcin.org.pl

ieſt, zwyciężyć w ſobie impet, y paſſyą, à dobrowolnie co każą, niż poniewolnie y z muſu czynić.

XXV. (*Wyſtrzeganie ſię kłamſtwa.*) Jáko naywiękſzey ochydy, ſproſney hańby, plugawey podłości ſtrzedz ſię JchMość zacnie Urodzeni maią, oſobliwie kłamſtwa, do ktorego młode lata ſą ták bárdzo ſkłonne, ile że to ieſt znákiem fałſzywego, niegodziwego y niepoczciwego chárakteru. Kto z młodu w ten obmierzły nałog nieprawdy mowienia wda ſię, ſtrácił na całe życie reputacyą, bo nigdy od ták obmierzłego kłamania zwyczaiu nieodwyknie, y w ſzkołach naylepiey znać, kto oſzuſtem, ſzalbierzem, mataczem, kłamcą, niedotrzymuiącym ſłowa, dla przyiacioł niewiernym, y zdraycą będzie. Jako też z młodych lat znać, kto rośnie ná rzetelnego y poczciwego człowieka, ktora ieſt naywiękſza u ludzi chwała y ſława. Dobrego charakteru y piękney duſzy młody, choćby ſię w boiaźni prawdę zawsze zezna: boc więcey ieſt u niego ſkłamać, niż honor ſtrácić, woli y przycierpieć, a Pana BOGA, poczciwości, y honoru ſwego nieprawdą nie obrażać.

XXVI. (*Przyiaźni zabieranie,*) A że roſną do wſpołeczności ludzkiey, do tego więc co nayſzacownieyſzego w niey ieſt, z młodych lat maią ſię ſpoſobić, to ieſt do prawdziwey zachowania przyiaźni, nie ze złemi, niecnotliwemi ludźmi, deboſznikami, y libertynami, bo tych przyiaźni iak ognia, trucizny, ſy powietrza, ſtrzedz ſię rozum każe; ponieważ z iákim przeſtaieſz, tákim ſię ſam ſtáieſz: y gdy ludzie roziądni widzą, że kto młody z roſpuſtnym, bezbożnym, lubieżnym człekiem, z koſterą, z piiakiem, z awanturyerem, z ſzalbierzem, z graczem, że kto młody z człekiem bez Religii y obyczaiow dobrych, gada, wiąże ſię, chodzi, konwerſuie, przeſtaie, iezdzi, iada, grywa, bawi ſię, o tákim naturalnie wſzyſcy rozumieią, y rozumieć maią, że y on ieſt takim, iák ten ieſt, z ktorym obcuie: bo cnotliwy z cnotliwym, niecnota, z niecnotą, łatwo ſię zpąchaią, y pokochaią: charaktery bowiem w nich podobne łatwo ſię zgodzą; więc gdy ſię mowi o przyiaźni, mowi ſię o przyiaźni z ludźmi poczciwemi, cnotliwemi, bogoboynemi, rzetelnemi, uczonemi, ſkromnemi, trzeźwemi, dobrze ſię w domu rządzącemi, żadnym kryminałem, oſzuſtoſtwem, grą, filuteryą, niewſtydem nie notowanemi, z ludźmi ktorych cnota wſzyſtkim ieſt wiadoma, znaioma, y niezawodna. Tákich tedy przyiacioł trzeba całe życie ſzukać, y z niemi przyiaźń zawierać, y trzymać ſtátecznie, nigdy ich w naymnieyſzey rzeczy nie zdradzać, wiernemi im być, nigdy im nie kłamać, kochać ich, dopomagać im przyſługuiąc ſię im w czym można; rzeczą ſamą nie ſłowy tylko, áffekt im oświadczać, w potrzebie ich rátować: fatygi w intereſſach ich nie żałować, oſtrzegać ich w tym wſzyſtkim, co by im ſzkodziło: nie gadać zle nigdy o nich: bronić ich y ich dobrego imienia: nie pretendować od nich żadney rzeczy przeciw cnocie y ſprawiedliwości: nie ciągnąć ich w żadne ſpiſki, y ázardy, wybaczać im ich defekty, y one u ſiebie y inſzych wymawiać, uraz okazyi zniemi unikać, urázy im darować łatwo, napominania ich y oſtrzeżenia mile przyimować, rády ich ſzukać, y oney ſłuchać, poufale ále przyſtoynie záwſze bez zbyteczney poufałości, y bez żadnego grubiáńſtwa

ańſtwa w ſłowach, geſtach, żartach z niemi ſię obchodzić: kommunikować z niemi ſzczerze lub zawſze roſtropnie ſwoie intereſſa, zamyſły, proiekty: ſekretu we wſzyſtkim w czym obliguią świątobliwie im dochować, rzetelnie im radzić: ich intereſſa za ſwoie wziąć: nie być zaś intereſſowanym w przyiaźni, to ieſt nie dla wziątku y własnego zyſku przyiaciela kochać, y dobrze mu czynić, lub dla ſamey zobopolney przyſługi, wygody, y odſłużenia, ále dla iego cnoty y eſtymacyi, á wyciągania po nim wdzięczności y odſług, iego ſerca wſpaniałości zoſtawić. Te ſą krotko namienione y tym podobne prawdziwey przyiaźni kondycye. Do ktorych doſkonałości tu ſię z młodu JchMość przygotowywać y do niey przyzwyczaiać maią. Na to tu ſą dani między tylu rownych kompanow, áby ſię z niemi poprzyiaźnili, y ná całe życie ſobie niby zamowili przyiacioł, ktorzy im y w prywatnym y w publicznym życiu potym bydź mogą podporą, y zaſzczytem. Więc kto na tym mieyſcu o przyiaźń y ſerce dobre drugich ſię nie ſtara, kogo nie lubią, ktory z inſzemi ſię kłoći, y ieſt łatwy do każdego obrazy, nie dobry znak ieſt, że ten nie będzie miał, y niegodzien ieſt mieć dobrych przyiacioł. Nie mowi ſię tu więc żeby widząc tego potrzebę (co niech JchMość dobrze zważą) y dla poprawy drugiego, nie donieść komu należy, gdy ſię co złego widzi, bo y owſzem byle ſię to działo dobrą, ſamą y ſzczerą poprawy intencyą, ieſt to prawdziwa przyiacielſka przyſługa, zábiec ile można złemu, y zgorſzeniu; y ta nawet pod grzechem Chrześćiańſka obligacya ieſt: ále ſię mowi, żeby áni ze złości, áni z zemſty, ani z płochości, áni ze ſzczebietliwości, ani z podchlebſtwa, ná drugiego nie ſkarżyć, nie zwalać winy ná inſzego nigdy, iako ſię to w dziecięcym wieku uſtawicznie, á płocho y niegodziwie trafia, nie ſzukać umartwienia y łaiania drugiego, nie cieſzyć ſię, bo to ſkutek nád to plugawego ſerca, z nagány lub káry inſzych, nie urągać ſię z nikogo, nie zmawiać ſię na nikogo, nie przycinać żártami nikomu, nie obmawiać nikogo, nie odcinać ſię nikomu z gniewem y z paſſyą, nie czynić áni mowić nikomu żadnego grubiańſtwa. Nie zachowywać w ſercu do nikogo rankoru o iákiey urázy, ktorą trzeba zawſze wſpaniale darować y wybaczyć. Kto te defekta ze złego ma wychowania, lub z ſkłonney do złego nátury, á poprawiać w nich ſię, albo ich w ſobie y poznać y uznać nie chce, nie dziw, że taki áffektu nie ma, y w dalſze życie mieć u nikogo nie będzie, chyba u potrzebuiących łaſki y pieniędzy iego. W mnieyſzych tu więc rzeczach doſkonale ſerce każdego iák na dłoni widzieć ſię może, y co ma zá charakter wewnętrzny: w mnieyſzych tych tudzież w młodym wieku rzeczach każdy nauczyć ſię może, co przyiaźń pſuie, iáki ieſt fundament y kondycye prawdziwey cnotliwey y ſtateczney przyiaźni.

XXVII. (*Strzeżenie ſię złego humoru y niecierpliwośći.*) Tá Przeſtroga ma mieyſce w Szkołach, u ſtołu, na rekreacyach, w izbach, iednym ſłowem y wſzędzie y záwſze. Gdyż nic nieznośnieyſzego w młodym, iako widzieć y cierpieć iego złe humory. Nic zás prawie zwyczaynieyſzego młodym, iáko bez naymnieyſzey y rownych y ſtarſzych ſubiekcyi, porywczość do gniewu y zapalenie, ieżeli nie w ſłowach to w twarzy, w poſępionym czole, w zmarſzczonych uſtach, albo nieprzyſtoynym ręki geſtem pokazać. Strzedz ſię tego wſzelkiemi ſpoſobami po-

http://rcin.org.pl

potrzeba ile w młodym wieku, ták z rowiennikami, áby ſię z młodu w tak pługawy nałog nie wzwyczaić, bo y z rowiennikami ſwemi wſzelką przyſtoyność y uczciwość zachować potrzeba, ieżeli zobopolnie bydź traktowani chcemy, ieżeli kochani bydź chcemy, dopieroż ze ſtarſzemi, ktorym powinniśmy reſpekt, á ten im ſię niczym bárdziey nie traci, iáko ták lekkomyślną cholery w młodych porywczością, y iey powierzchownemi znákami, y tym, iák mowią, plugawym ná czole kozłem. Trzeba tedy żeby JchMość młodzi uczyli ſię Paſſye ſwoie na wodzy trzymać, zwyciężać ſię, miarkować ſię, y nieiaki gwałt ſwoim námiętnościom czynić, áby ſię coraz bárdziey z młodu nie wkorzeniáły. Niechay poznawaią co to ieſt moderacya umyſłu, y niech ią práktykuią. Więc niech ſię nie dziwuią, że uczący ich, y niemi rządzący, cale im nigdy tych przeciw moderacyi defektow dyſſymulować nie mogą.

XXVIII. (*Do ſprawiedliwości wzwyczaienie ſię.*) Niechay záś JchMość młodzi z ſamych życia początkow zá naycelnieyſzą y naypierwſzą to ſobie wezmą maxymę, áby chcieli, áby uczyli ſię, áby ſtárali ſię bydź we wſzyſtkim ſprawiedliwemi. Tę bowiem cnotę iednę maiąc, *quæ reddit unicuique, quod ſuum eſt*, wſzyſtkie do pożycia między ludźmi potrzebne cnoty wraz z nią mieć będą; ták będą mieli miłość y wdzięczność przeciw Rodzicom, áffekt ku krewnym, wierność ku Monarſze, uſzanowanie y poſłuſzeńſtwo ku ſtarſzym y rządzącym, bo to wſzyſtko ſprawiedliwość każe, żeby odddawać co komu należy. Będą ſprawiedliwi w płaceniu ſłużącym y rzemieślnikom, w dobrym y łaſkawym poddanych tráktowaniu, w nagradzaniu przyſług przyiaciołom, w oddawaniu długow y rzeczy pożyczonych, w wypłaceniu, co Kościołom, co kredytorom należy, bo to wſzyſtko ſprawiedliwość wymaga. Sentyment ten za regułę całego niech ſobie poſtanowią życia. *Quod tibi non vis, alteri nè feceris.* Ták kłamać nikomu, áni oſzukiwać nikogo, ſzkalować y obmawiać nikogo nie będą, zabierać nic cudzego, áni wydzierać nikomu nie będą, prawować ſię nieſprawiedliwie nie będą, iednym ſłowem krzywdy nikomu naymnieyſzey nie uczynią, ktoreyby ſami cierpieć od drugiego nie chcieli. Niechże ſobie z młodych lat, nadewſzyſtkie pochwały, tę iednę ſmakuią, *Człowiek ſprawiedliwy.*

XXIX. (*Traktowanie ſłużących.*) Ludzi ſłużących nigdy zle traktować nie trzeba, áni żadnym ſłowem nieprzyſtoynym, áni dopieroż żadnym y naymnieyſzym uderzeniem. Gwoli czego, wielka muſi bydź na tym mieyſcu piecza, y ſurowe tego oſtrzeganie, áby ſię młodzi JchMość nie wzwyczaili w złe tráktowanie ludzi, ktorzy ſą rowne iák oni Pana Boga Stworzenia. Do tego naywiękſzy znák, ile w młodym, áleć y w każdym wieku, złego y okrutnego ſerca ieſt, kiedy kogo właśni ludzie iego nie kochaią, kiedy ſię Pan ſłużącym obmierzłym ſtaie. Nie tyrany y zdzierce, ale Oycami maią bydź ſwych ludzi y poddanych.

XXX (*Wſtydliwość wrodzona.*) We wſzyſtkich całego dnia y życia akcyach y mieyſcach, niech JMć pamiętaią ná przytomnego wſzędzie Boga, żeby nic nigdy áni przy drugich, ani przy ſamym ſobie wſtydowi przyrodzonemu y cnocie, bynamniey przeciwnego nie czynić, ále wſzędzie, (iáko choć nie Chrześciáńſki Filozof Seneka

mło-

http://rcin.org.pl

młodemu Lucyliuſzowi radzi) ták ſię ſkromnie y przyſtoynie ſprawować, iákbyśmy uſtawicznie, w oczach Rodzicow, Preceptorow, lub iakiego godnego y reſpektowanego Człowieka zoſtawali.

XXXI. (*Czytanie. Książek*) Między naywiękſzemi tuteyſzey edukacyi pożytkami ten ſię ieden kładzie, żeby JchMość młodzi wuczyli ſię y wzwyczaili w czytanie prywatne dobrych Książek, y żeby do czytania onychże ochoty y ſkłonności nabrali, nie do ladaiakich Książek, iákich ieſt podły rodzay Romanſe, albo inſze bezbożne y cnocie y religii przeciwne Xiążki, ktorych przez ſumnienie czytać ſię niegodzi, ktore wiárę y obyczaie pſuią: ále Książek moralnych, politycznych, hiſtorycznych, do literatury y wſzelkich ſcyencyi należących, ktorych tu JchMćiom daią doſtateczną wiadomość. Lubo záś káżdy dla ſwego właſnego dobra, tę naypożytecznieyſzą zabawę, bez żadnych inſzych ponęt wziąć przed ſię powinien, wyperſwadowanym będąc, że iedno czytanie Książek, ludzi uczonemi y wielkiemi w Oyczyznie czyni, y ten cale Preceptora żadnego nie potrzebuie, kto ſobie Książki za Preceptorow bierze: tudzież, że bardzobyśmy mało umieli, gdybyśmy tylko tyle umieli, co ſię w iakichkolwiek Szkołach nauczyć możemy, cáleby mądrość naſza dziecinna, błacha, y nikczemna była, gdybyśmy ſię Książek czytaniem przez całe życie nie doſkonalili: do tego y to pewna, że wyſzedłſzy ze Szkoł, niedbale w Szkołach czas ſtrawiony, iednym Książek czytaniem doſtatecznie ſobie nadgrodzić możemy: więc do nich z młodu zaraz wzwyczaiać nam ſię trzeba, bo kto w Collegium do Książki ochoty nie weźmie, czy można ſpodziewać ſię, żeby wyſzedłſzy ná wolność, y tyle inſzych rozrywek, miał ſię chcieć Książką bawić? Kto zaś z młodu do tey guſt weźmie zabawy, to od niey pewnie całe nie odwyknie życie: lubo tedy te przyczyny do czytania w Collegium Książek nas ſkutecznie pociągnąć powinny, átoli ktokolwiek z JchMćiow Książkę ſobie obraną, lub daną od Xiędza Prefekta całą przeczyta, y Rektorowi z cáłey przeczytaney da ſprawę, álbo temu ktorego Rektor naznaczy, mieć będzie należytą y przed kompanami wſzyſtkiemi pod czas ſtołu czytaną, á potym przed Rodzićami y przed Państwem pochwałę.

XXXII. (*Napominania.*) Niech to ſobie rozumnie wyperſwaduią, że w młodych latach nie ſą bez defektu, y że ſą wſzelkich niedoſkonałości pełni, że nie ſą áni uczeni, áni doſkonali, áni ſwięci, że roſtropności ſwoiey y rozſądku zupełnego nie maią, bo te rzeczy z latami przychodzą, y przez długą życia experyencyą, ktorey oni żadney ieſzcze, álbo zbyt małą maią. Ze więc potrzebuią koniecznie tákich ludzi, ktorzyby ich iák nayczęściey we wſzyſtkim napominali, y do dobrego, do cnoty, do rozumu prowadzili, tákich więc ktorzy ich oſtrzegaią, nie powinni mieć nigdy w nienawiśći, choćby też y przykrzey według okkazyi ſobie poſtępowali. Wſzák to Rodzicow táka wola ieſt: y trzeba, áby powagę Rodzicow w tych ſzanowali, ktorzy na mieyſcu ich niemi rządzą: Oycu záś y Matce cale wolno by nayczęściey ſtrofować, y zá ſtrofowanie ich żaden Syn cnotliwy gniewać ſię nie może. Między ſobą tákże kiedy z przyiaźni ieden drugiego napomina, o to cále gniewać ſię nie trzeba, y owſzem być obligowanym: bo to ieſt nay-

wię-

http://rcin.org.pl

większey y naypoduſalſzey dowod przyiaźni y affektu, kiedy kto kogo oſtrzega, lub y ſprawiedliwie komu należy doniesie.

XXXIII. (*Konkluzya.*) Że záś naoſtatek w tym Collegium perſwazyami bárdziey niż inſzemi ſpoſobami wſzyſtkich do dobrego prowadzić ſzczegulna ieſt intencya, napomina ſię, y zawſze ſię napominać będzie zácnie Urodzonych JchMćiow PP. Konwiktorow, áby tych, ktorzy o nich zleconą pieczą maią, ludzkością dali ſię rządzić, á do martwiących ták ſiebie, iáko y rządzących ſobą nie przymuſzali ſpoſobow, y wyperſwadowani byli, że te nie mnieyſzą przełożonym ich, iáko im ſamym zwykły przynosić moleſtyą: ále ráczey áby grzecznością własną, y wyſokim owym, ktory im od zacnych Przodkow ze krwią wlany ieſt geniuſzem do dobrego ſię mieli: *& peccare oderint virtutis amore, non formidine pœnæ.* Aby częſto tę, dla ktorey zrodzeni ſą ſobie na pámięć przywodzili Oyczyznę, oney miłością z młodych lat pałać poczynali, á icy nadziei o ſobie powziętey korreſpondnąc, dobrowolnie do pięknych obyczaiow, y do godnego wielkich Oyczyzny Synow ſpoſobili ſię życia: naukami tudzież áby ná pożytecznych Rzeczypoſpolity formowali ſię obrońcow y podpory: áby iak nayczęściey przed oczyma mieli godność, y zaſzczyty ſwoich właſnych Familii, na ktorych ozdobę y rozſzerzenie roſną, żeby od Anteceſſorow ſwoich ſławy y chwalebnych nieodrodzili ſię Jmion. Aby pryncypalnie gruntowali ſię w miłość wiary Swiętey, zá ktorą ich Przodkowie krew lali, w boiaźni Bożey y Chrześciańſkich powinnościach y cnotach, z ktorych kto ieſt ogołoconym, y ſobie ſamemu, zátym y Rzepltey bydź dobrym nie może. Aby punktem honoru właſnego naybardziey rządzić ſię, y do dobrego y náuk bráć chcieli, dla reputacyi właſney, ktorey kto nie ſzuka, álbo o nię niedba, wielce ieſt liche, nikczemny, y podły: y z tákim ktory honoru nie kocha, nie maſz co czynić, chyba go gwałtownie y poniewolnie niewolniczemi kárami pchać y żgać do czego dobrego trzeba, lubo z tákiego y nic nigdy nie zrobi dobrego y naypilnieyſza edukacya. Aby ta w Kollegium prywatna inſtytucya ciężka ſię JchMćiom nie zdawała y oſtra, gdyż tu nic nie maſz, coby ſię do ich nie ſtoſowało pożytku, y coby nad siły bydź miało. Wſzák nic ták trudnego nie maſz, żeby ſię włożywſzy bydź ſię łatwym nie zdało. Pomniąc oſobliwie, że to mało lat krotkich, przez ktore iákążkolwiek ieżeli ſię trafi przykrość y ſubjekcyą potrzeba ſtrawić, bez ktorych przykrości y daleko cięższych żaden wiek y ſtan na świecie nie ieſt, ktore potym miłe będą, gdy ná cáłe życie piękney edukacyi cieſzyć ſię pożytkami będziemy. Aby naoſtatek JchMość tym mniey ſobie na tym mieyſcu tęſknili, im lepiey to ſobie wyperſwaduią, y w tym ſię ſkonwinkuią, że młodzi (ile dobrze urodzeni) muſzą koniecznie żyć y lat dorastać, pod dozorem w ſubjekcyi, y pod rządem. Muſzą bydź pilnowani, nauczani, napominani, y wſzelkiemi ſpoſobami prowadzeni do cnoty, inaczey wſzyſtkoby ſię obrociło wdziczyznę. Te tedy maxymy, te rozſądne myśli, y reflexye, uczynią JchMćiom wdzięczny ten tu ſpoſob edukacyi, y te wſzyſtkie dotąd namienione obyczaie, prawa mieyſca tego, y zwyczaie, z ktorych áby iáko naywiękſzy pożytek ná cáłe życie dla ſiebie, Familii, y Oyczyzny odnieśli, niechay da BOG w Troycy Jedyny.

§. XXI.

# POWINNOSCI

## Ludzi ſłużących *w Kollegium* JchMćiow KONWIKTOROW *Scholarum Piarum*, ták tych, ktorzy od JchMćiow Rodzicow, iáko y tych, ktorzy od *Kollegium* przyięći ſą.

151. LUdzie do uſług ná tym mieyſcu przybrani powinni bydź ſtáteczni, Bogoboyni, poczciwi, trzeźwi, pilni, wierni, cnotliwi, żeby we wſzyſtkim ſkromnie, y przykładnie między młodemi Panami ſprawowali ſię.

II. Puł godziną lub wcześniey wſtawać powinni przed Panięty, wody przynieść, boty lub trzewiki wychędożyć, koſzulę ſuknie nagotować, ſiebie ſamych ubrać, y ſzczeſać, áby byli gotowi do ubierania y fryzowania Pániąt, y zá niemi na Mſzą, potym ná śniadanie iść, na naykrotſzy czas nie zátrzymuiąc ſię w ſtancyach; potym ná Sniadaniu wſzyſcy Paniętom ſłużyć, y aſſyſtować będą, żaden ná gorę iść nie ma, áż razem za Panami.

III. W dni powſzednie pod czas Szkoł, w Swięta pod czas Kongregacyi maią dopiero łożka ſłać, Pokoie czyścić, ſuknie chędożyć, y ſkładać, ſtoliki, y ſtołki umietać, okna ocierać, á nigdy przy Panach.

IV. Ná tańcu, y ſektowaniu ieden zawſze z ſłużących znaydować ſię będzie, z tych, ktorych Panowie táńcuią, y ſektuią. Ná lekcyach, ktore co dzień trwáią godzin dwie, z rána od dzieśiątey do dwunaſtey, w wieczor od piątey do w puł oſmy, ieden tákże przynaymniey z ſłużących zawſzo, y nieuchybnie bydź powinien.

V. Do Szkoły ták z rána, iák y po południu zá Panami iść záraz maią: Książki im zanieść, áby Panowie Kśiążek w Szkołach nie czekali, po ktore przed wyiściem Pánow ze Szkoł punktualnie iść powinni.

VI. Czas obiadu wſzyſtkim ſłużącym náznaczony ieſt, iednym od 10. do 11., drugim, od 11. do 12. Wieczerzy tymże ſpoſobem: iednym od 5. do 6., drugim od 6, do 7. (Pomiárkowani będą, ktorzy ktorey godziny ieść iść maią) y w godzinę iáko nayprędzey wracać ſię powinni, áby záwſze do pilnowania Paniąt y uſług pod czas tych dwoch godzin przynaymniey ieden w każdey ſtancyi znaydował ſię. Kto ſię punktualnie niewroci. Tynſa ná ſtrof utraci z zapłaty.

VII. O. 12. godzinie do Sali zá Panami zaraz iść maią, ktorych odprowadziwſzy, ieść nośić, do ſtołu Panom ſłużyć, po ſtole tam gdzie Panięta będą Jm aſſyſtować, czyli pod czas Rekreacyi, czyli pod czas Kawalerſkich zabaw. Tákże kiedy Panięta ná Wieczerzą ſchodzą, wſzyſcy rázem iść zá niemi ze świátłem maią, y ze światłem razem Jch po wieczerzy do Sal Rekreacyi odprowadzić,

y tam

y tam przynaymniey ieden w káżdey Sáli ná záwołaniu znaydowáć ſię powinien. O dziewiątey przed ſpaniem wſzyſcy ſię znidą, do rozbierania Paniąt, y świece im pogaſzą.

VIII. Náoſtátek ná iákąkolwiek Panięta potrzebę wychodzą, czy ze Szkoły, czy z Sáli, ná lekcyą iáką, czyli ná gorę idą, czyli na doł do kogo ſchodzą, záwſze ſłużący iść powinni zá niemi. Słowem wſzędzie y uſtawicznie z Pánami bydź, Jch usługi bez przeſtannie pilnować, áni Jch krokiem ile można odſtępować nie maią.

IX. Do ſłużących należy mieć ſtaranie w Salach, wolantow, warcabow, billara *&c:* y te Jnſtrumenta ſprzątać zawſze pod zamknięcie. Tákże okna ná kurytarzach zámykać, lampy záświecać, y gaśić; Wyznaczeni będą, czego ktory ma pilnować.

X. Ná rekreacyą po Obiedzie, kiedy Panięta wychodzą, czyli do Ogrodu, czyli w pole, wſzyſcy punktualnie znaydować ſię y iść zá Panami powinni, od czego żaden pretext, czyli pártykularny iáki Panięcia intereſs, lub ſprawunek w Mieście exkuzować nikogo niebędzie. Ktoby ſię nieznaydował ná czas, ſtráwne dnia iednego ſtráći.

XI. Kiedy ktory z Paniąt z Domu wyieżdza, lub wychodzi, kroku iednego odſtępować Jch w drodze nie maią. Gdzie iść, lub iachać wyráźnego pozwolenia niemaſz, Pana z reſpektem oſtrzedz, áby tam nie chodził, y coby ſię podobnego tráfiło, wiernie donieść Rządzącym powinni, ináczey cała wina na ſłużącego ſpadnie.

XII. Posłani w iákimkolwiek intereſsie ná Miáſto od Paniąt, Xiędzu Dyrektorowi ſtancyi opowiedzieć ſię maią, y intereſs cały wyrázić, ſpráwować záś, y kupować dla Paniąt y naymnieyſzey bágateli bez wiedzy Rządzących pod ſurową kárą nie powinni. Tákże fruktow, y nic á nic do iedzenia y picia.

XIII. Wychodzący tákże w ſwoim intereſsie (á to bárdzo rzadko w Mieśiąc) bez wiedzy X. Dyrektora ſtancyi, do ktorego należy, wychodzic nie powinien; Kto bez Jch wiádomości wynidzie, Tynfa ſtráci z zapłaty. A ktoby śmiał kiedy nierychło w nocy przyiść, laſę iednego tygodnia zgubi. Ktoby záś ważył ſię gdzie indziey nocować, bez żadney zapłaty záraz odprawiony będzie.

XIV. Regeſtr rzeczy wſzyſtkich każdego Panięcia ſobie zleconego ſpiſany káżdy mieć powinien, bieliznę do prania pod rachunkiem dawać, y odbierać, ſuknie Pańſkie zawſze wychędożone, y dobrze złożone, tudzież ułożone mieć. Przewlekania przynaymniey trzy rázy w tydzień doglądać będą, iáko y czeſania przynaymniey co trzeci dzień, oſobliwie młodſzych, y wſzelkiego ták około łożka, iáko y około ſukien ochędoſtwa. Smieci nigdy ná kurytarz niech niewyrzucaią, ále w koſz ná mieyſce na to naznaczone.

XV. Między naywiękſzemi, y wielkiey káry godnemi kryminałami to ſłużącym poczytano będzie, czyli tym, ktorym Kollegium płáći, czyli wſzyſtkim innym; ieżeli kiedy odważą ſię trunki iákie Paniętom, álbo liſty, lub kártki od Paniąt ná Miáſto, czyli ná Pocztę nośić, lub Paniętom oddawać bez wyraźney



http://rcin.org.pl

wiedzy y woli X. Prefekta, zá co naypierwey więzieniem, á potym ſromotną odpráwą kárani będą. Liſty do Rodzicow lub Krewnych w ſkrzynkę ná to ſporządzoną kłáść powinni, ktore ieden do tego wyznaczony wſzyſtkie zebrawſzy, razem ná pocztę zanieſie.

XVI. Upiianie ſię iákimkolwiek trunkiem ieſt zákazáne ludziom tu ſłużącym, iako pierwſzy kryminał. Także nocne wychodzenie, kompanie, choway Boże bicia ſię, y hałaſy w Mieście, za co ſtrátą usług, lub innym ſpoſobem záwſze karani będą, y z tą kondycyą kto przyſtać nie chce, mieyſca tu mieć nie może.

XVII. Zadney dárowizny czyli z chuſt, czyli z ſukien, czyli z inney iákieykolwiek rzeczy bráć od Paniąt ſłużącym w tym Kollegium nie godzi ſię, gdyż używanie tylko, á nie dyſpozycya tych rzeczy Panięꞇom pozwolona ieſt, ktore iák pod Rejeſtrem ſłużący odbieraią, tak tymże ſpoſobem oddać wſzyſtko zupełnie powinni. Ktoby ſię ważył cokolwiek, choćby naymnieyſzego, wziąć od Panięcia, zaſługi wſzyſtkie utráci Toż ſię y o ſtarzyznach rozumie.

XVIII. Zadnych Kámradow ſwoich, żadnych ſtudentow, żadnych ludzi nigdy do żadnych Pokoiow, áni do Sal, áni ná kurytarze prowadzic nie maią, y owſzem przeſtrzegać, áby ná tych mieyſcach nigdzie ſię nieznaydowali obcy.

XIX. O Reſpekcie należytym przeciw Paniętom niech pamiętaią, odpowiedzi hardych y niecierpliwych ſtrzegąc ſię, Paniąt nigdy nie łaiąc, ale gdy co widzą w Paniętach poprawy godnego, niech rządzącym donioſą. Przy Pániętach áni w Sálach, ani w Pokoiach, áni u ich ſtolikow niech nigdy nie ſiedzą, nie iedzą, choway Boże iakiego hałaſu, lub ladaiakiego ſłowa. Niech pomną, że lubo ſą młodzi, záwſze ich ſą Panami.

XX. Polſkim Językiem do Paniąt mowić nigdy niemaią, y choćby ktory z Paniąt roſkazował, lub pytał ſię po Polſku, ſłużący po Niemiecku, lub po Francuſku odpowiadać powinni. Nieumieiący iednego z tych Języka, przyięci do uſług nie będą.

XXI. Płacą punktualnie po Kwartale ſkończonym brać będą, áni przed tym czaſem przykrzyć ſię o nią niemaią; Ani przed ſkończonym rokiem odprawić ſię mogą, gdyż kontrakt ná rok im ſię dáie, y zapłata zá Rok im ſię obiecuie, chyba żeby ktory nieſpoſobny był do uſług, álbo źle ſię ſprawował, táki każdego czaſu oddalony bydź może, náwet y z tych, ktorzyby od JchMCiow Rodzicow przyięci byli. Starać ſię zás maią áby czyſto y ochędoznie chodzili.

*Ad M. D. Gloriam.*

http://rcin.org.pl

# ORDINATIO.
## De Noſtris mittendis ad exteros.

153. I. PRo juvenibus Noſtræ Congregationis & Provinciæ ad exteras Nationes ſtudiorum cauſa mittendis, ſemper duobus, laudabilem commodamque fundationem à PP. Antonio Konarſki à B. Cunegunde, & Samuele Wyſocki à S. Floriano è pecunia cum facultate Superiorum collecta, amore Provinciæ Patriæque in perpetuum factam, jam alias Anno Dni 1753. Die 4. Octobris Łovicii cum omnibus ejus punctis & clauſulis approbavimus. & confirmavimus, ac pro perpetuis temporibus ratam habuimus, nuncque actis Viſitationis Apoſtolicæ, conditiones, quæ in eadem primo præſcriptæ, dein auctæ fuerunt, pro meliore rei tam utilis obſervatione & conſervatione inſerimus.

II. Summæ duæ, ſingulæ mille ducentorum aureorum, *Pro duobus Capitalibus*, in beneficium duorum noſtrorum juvenum, locatæ ſunt ſuper Capſa Provinciæ, ad Reſidentiam noſtram Opolienſem erectæ, cum perpetua obligatione ſolvendi quotannis quatuor à centum. Cum vero utraque hæc capitalis Summa nondum integrè completa ſit, quamvis jam non multum utrique deſit, dicti PP. Aſſiſtentes cenſum quem nunc ex ea cum facultate noſtra percipiunt ad complēdas has Capitales ſummas ſe converſuros promittunt & ſpondent, uti jam id ultro faciunt. Præterea caſu obitus eorum ante Summam prædictorum Capitalium completam, quidquid rerum cujuscunque ſpeciei, & generis, & quidquid pecuniæ ab iis relinqueretur, eo caſu è rebus divenditis & pecunia tam parata quam inde collecta, capitales hæ ſummæ ſingulæ ad mille ducentos aureos compleri debebunt: neque ullus Provincialis pro tempore aliter ullo modo de rebus & pecuniis poſt dictos PP. relictis diſponet, niſi priùs Capitalia prædictarum Summarum compleantur, cui rei ut invigilent eamque executioni demandent, PP. Provinciales pro tempore, Rectoresque locorum, ubi dicti PP. manerent, majorem in modum obligantur: juxta Decretum Viſitationis Apoſtolicæ hac de re Anno 1753. 4. Octobris confectum.

III. Cenſus *triennalis* ab una quaque ſeparatim ſumma conficit aureos 144. itaque ex his *ſexaginta* pro itu, & reditu, numerantur, jam ſingulis annis, Romæ, (ut moris nunc eſt, ſolvendo pro victu unius aureos 18. præter Sacra) pro triennio 54. Aurei; denique 30. aurei pro veſtitu & medicinalibus, pro triennio, pro una perſona, computantur.

IV. Si jam in Jtalia conſvetudo hæc, medietatem pecunia, medietatem Sacris ſolvendi, ut nunc è deciſione Capituli Generalis uſus eſt, unquam mutaretur, nec Sacra pro medietate ſuſciperentur, tū PP. Provinciales pro bono Provinciæ ex ſuis reditibus annuos hos 18. Aureos non gravatim prout laudabiliter antea Provinciales fecerunt pro ſingulis juvenibus, adderent, donec ſummæ capitales



http://rcin.org.pl

prædictæ Providentia Divina, eo fine adaugerentur. Aut vero, ſi ob paupertatem id fieri omnino nequiret, tum unus duntaxat è Noſtris juvenibus ſingulis trienniis ſuper cenſu utriusque Capitalis Summæ mandaretur.

V. Cum vero ſuppoſito mox dicto caſu, *Centum Nonaginta Octo Aurei* pro una perſona pro *triennio* neceſſarii eſſent, ex eodem vero *triennio*, *nonaginta Aurei* cenſus ſemper remanerent: hi mox dicti 90. Aurei, ſeu 30. Aurei in ſingulos annos, eo usque Capitali Summæ apponerentur, donec Summa iterum Capitalis Nongentorum Aureorum excreſceret, & conflaretur.

VI. Si vero hoc ipſo de quo agitur caſu tales juvenes in Jtaliam pro triennio profecturi reperirentur, qui ipſimet poſſent pro ſe impendere ſingulis annis aureos 18., tum etiamſi Romæ Sacra reſcinderentur, mittendi ſunt duo: ſed 54. Aureos apud P. Procuratorē Capſæ Provinciæ paratos ſinguli relinquant, ut quovis anno, certo pro illis ſolvi poſſit, vel ſaltem indubitatam pro ſe ſuorum Parentum aliorumvè pro ſolvendis per triennium quovis anno 18. Aureis eidem Procuratori Provinciæ cautionem faciant: aliter pro incerta re duo non mittentur.

VII. Si in Galliam vel alio, mittendus aliquis judicaretur ſuper hoc cenſu: Cum hic ſufficere non poſſet, Juvenes ipſi ad hoc inſigne à Provincia ſubſidium, modum apud Parentes ſuosque quærent, ſique illum certum & indubitatum repererint, eo proficiſci permittentur. Si vero libebit Patri Provinciali ejusque Conſiſtorio ſuper una ex his duobus Capitalibus Summa, aliquem in Galliam vel alio, ubi plus ſolvendum eſt mittere, tum loco triennii, in unum, vel in unū & dimidium annum peregrinatio, contrahi & durare poſſet, ut cenſus triennalis pro ea ſufficere valeat. Quo caſu, vel pecunia neceſſaria ubicunque concedetur, debito, prout cenſus ſolvendus erit, tempore, per P. Procuratorem Capſæ reſtituenda, vel ne Capſa Provinciæ gravetur, annus ſeu plus cū mittendo expectabitur donec competens pecunia è cenſu maturato colligatur. Jd vero in perpetuum prohibetur, ne propter aliquem unum in Galliam, vel alio, ubi plus ſolvendum eſt, mittendum, ex utraque Capitali Summa cenſus unquam impendantur. Summæ enim hæ duæ, non pro uno, ſed pro duobus noſtris juvenibus fundatæ ſunt.

VIII. Romæ curandum eſt, quoad fieri poterit, ut unus è noſtris juvenibus in Collegio Nazaræno, alter in Collegio Novo manere poſſint. Aut uterque Florentiam ad Domum Noſtram ad Rictios mandabuntur, in qua Provincia ſtudia egregiè florent, & ibidem Sacra in medietate ſolutionis facilius ſuſcipiuntur. Viennæ quoq; ubi minor ſolutio, noſtrū aliquē aliquando tenere non erit inutile.

IX. Procurator jam Capſæ Provinciæ cenſus prædicti quotannis exactè ſolvendi, impendendique pro his duobus juvenibus maximam curam habebit, ut cum illi P. Provincialis Perſonas mittendas denunciabit, mox expediantur, atque ut circa dimidium tertii anni tempeſtivè pro reducendis pecuniam mittat, item annuam pecuniam tam pro victu, quam pro veſtitu juvenum, ne Provincia damnum aut inquietudinem aliquam patiatur. Cum autem è primi anni cenſu tantum ex una ſumma capitali 48. aurei trahantur, neceſſarii vero ſunt expediendo Juvenē 58. aurei, idest 30. pro via: 18. pro victu: 10. pro neceſſitatibus: Proinde P. Prvlis aur: 10. à Procuratore Capſæ, ex anni futuri proventu repetendos, anticipa-

ticipato non gravatim addet. Cenſus quatuor à centum nunquam augebitur nec diminuetur. Si ad inſtantiam Procuratoris Capſæ Provinciæ toti Provinciæ in Capitulo Provinciali viſum fuerit, Capitales has Sūmas ex Capſa Provinciæ levare, & & alibi ſecurè cū evictione locare, id facere pluralitate ſuffragiorū poterit. Sollicitiſſimè tamē rebus prius perpenſis ne tantæ utilitatis Sūmæ diſcerpantur, implicentur aut depereant. Nec Provinciali tamen, nec capitulo Provinciali unquam licebit naturam harum Summarum mutare, aut quæſtionem de mutanda injicere, vel in alium quemcunque finem eam convertere, ſub nullitate omnium actuum, quicūque in contrarium attentarentur. Capſa quidem Provinciæ, quæ licet alio fine inſtituta ſit, nec alias præter quam pro ſuo vero & unico fine Summas recipere in poſterum poteſt, tamen è propria gravi neceſſitate hanc pro mittendis extra juvenibus ſummam accepit, & apud ſe locavit, nullo ſuo gravamine, cum præterea P. Antonius Aſſiſtens Domum commodam à ſe Radomiæ fabricatam per Capitulum Łoviciense Anni 1741. eidem incorporari petierit & obtinuerit, cum conditione cenſus duntaxat centum flor: Polonicorum Domui Radomienſi, quoties cum proventu hæc domus locabitur ſolvendi, quando dictæ Domus poſt fata ſua poſſeſſionem adierit. Unde & ex hac Domo lucro Capſæ Provinciæ ceſſuro in ſubſidium etiam hujus fundationis uti poterit: dum eam diligenter conſervare ſtudebit.

X. Juvenes ſuper hoc cenſu ad externas nationes perrecturos, prædicti Patres, quo ad vivent nominabunt, poſtea vero P. Provincialis cum ſua Congregatione Provinciali. Maximè vero videndum eſt, ut ſint juvenes (non ullatenus provectioris ætatis) quam optimæ indolis & ſpei, pietate vera, moribus religioſis, magna ingeniorum aptitudine, bonâ memoriâ, & aliis melioribus dotibus ac ſanitate præditi, qui vero qualiscunque levitatis unquam notati fuerint, & vel umbra mali, nullo modo mittantur, nec qui minus ad bonas artes ſcientiasque idonei, aut qui, etiam cum magnis ingeniis negligentiæ notam habuerint. Ji quoque qui ſeſe importune, ac per recommendationes vi quadam obtruderent, vel minus digna aliqua homine religioſo ratione id ſollicitarēt, hoc ipſo excludētur. Sinedi ſunt enim Superiores, ut quod melius Provīciæ expedire judicaverint, libere faciat malumque ſignum eſt, qui ſemet indiſcrete ingereret, optime de illo judicari non poſſe. Paucis, de quorum virtute, timore Dei, innocētia, obedientia, morum gravitate, honore, ingenio, & diligentia, ſecuri ſumus, illi deligentur, non ullo modo è particulari Regentium erga aliquos propenſione & favore, ſed pro juſtitia & amore boni communis.

XI. Tali jam beneficio à Provincia cumulati juvenes Noſtri, grati animi erga eandem meminerint, quem ſola ubique morum innocentia ac probitate, Deique timore, deinde diligenti ad ſtudia applicatione neceſſario exhibebunt: Recordentur, portare ſe coram exteris hominibus, honorem nedum proprium, ſed & Provinciæ, & Patriæ. Rebus pro quibus mittuntur vacent, deinde hominum doctorum ac proborum converſationem, Magnorum cognitionem quærant, maxime vero & continuo converſentur cum libris.



http://rcin.org.pl

XII. Præſtat ut abſoluta Theologia, quam ante mittantur. Nullus vero nō abſoluto Philoſophiæ ac Profeſſorii curſu, nullus antequam Scholas aliquas docuerit, mittetur. Sive Clerici, ſive juniores ſint Sacerdotes, perinde eſt: Si Clerici, Provincia 400. Sacra pro Solutione victus eorum in Jtalia, quotannis addet: ſi Sacerdotes, pro eodem fine ſua Sacra abſolvent. Paulo videtur convenientius Sacerdotes juniores, quam Clericos deligere, cum & morum magis probatorum eſſe cenſeantur, & circa accipiendos extra Patriam Ordines minus ſit difficultatis futurum. Libros metrices & alia ab Epiſcopis neceſſaria munimenta ad ſuſcipiendos Ordines Clerici ſecum portent. Sacerdotes pariter teſtimonia ſui Sacerdotii ab Officio loci.

XIII. Si qui pro Theologia diſcenda mandarentur, eam diſcent, cum aliis de quibus mox infra. Jam quæcunque in Patria bonarum artium ac Scientiarum principia hauſerint, in iis ſe perficere debent, & res etiam alias ediſcere. P. Provincialis qui melius eorum quos mittet cognoſcet ingenia, ſingulis pro eorum aptitudine, quibus præcipuè vacare debeant, cum diſcedunt, præſcribet, ut Mathematicis, præſertim poſt Geometriam & Algebram, Architecturæ militari & Civili, quibus in Collegio Nobilium eget Provincia, Mechanicæ, Staticæ, Hydraulicæ &c: Juri-Canonico, quo Studentes Noſtri egent Cracoviæ, Linguæ Græcæ, vel Hebraicæ, qua ibidem egemus, Juri gentium; linguæ Gallicæ, cujus tantopere in Patria uſus eſt, Linguæ Germanicæ, eloquentiæ tam Sacræ quam prophanæ, quibus in Provincia nihil magis neceſſarium. Cum lingua vero Gallica, & vel Græca, vel Hebraica, omnes ut redeant, exoptandum. Fieri nequit ut uni ſimul hæc omnia imponantur, ſed aliqua ex ijs pro capacitate ingenii. Rerum quibus vacabunt, quotannis Provinciali rationem reddere per epiſtolas tenebuntur: obſtringuntur item curare, ut Rector Domus in qua manebunt, quotannis circa finem anni (à die quo advenerunt) teſtimonium Patri Provinciali de eorum moribus ac profectu mittat, ſub revocatione etiam primo anno ſi has literas teſtimoniales non obtinerent, aut ſi male commendarentur: & P. Provincialis, uti eos primis literis Patri Generali, aliisvè reſpectivè Superioribus ſemper commendabit, ita deinde, cū ipſi viſum fuerit ſuper eorum profectu & moribus, apud noſtros inquiret.

XIV. Certum eſt pro libris, inſtrumentis, item pro arte exempli gratia: delineandi, ad Architecturam ſpectante, pro Magiſtro linguæ alicujus, pecunia opus eſſe. Hanc fundatio non ſuppeditat. Juvenes ipſi privatum peculium, ad id vertent. Vel ſi beneficentia P. Provincialis eos juvare poterit, juvabit ob bonum Provinciæ.

XV. Jlli è noſtris Juvenibus, qui Parentum vel aliorum beneficio mitti extra poſſunt, nunquam ex cenſu hujus fundationis mittentur. ſciant ſe nihilominus iiſdem omnibus, quæ hic præſcribuntur ſubjacere Conditionibus, maximum enim & id à Provincia referunt beneficium, quod ipſis tempus concedatur, & ab obſequio Provinciæ vacent.

XVI. Turpioris ingratitudinis, ex his qui extra mittuntur, labem aliquis non incurreret, quam ſi ultra præfixum ſibi tempus, pro obſequio Provinciæ reverti



http://rcin.org.pl

verti tergiverſaretur, ſeſeque quibuscunque prætextibus aut cauſis, auderet excuſare. Non ideo enim Provincia, cum tanta ſua moleſtia pro anno duobus vel tribus ejus ſeſe privat obſequio, ut tam ingratum ab eo experiatur procedendi modum, ſed ut bona mater, quam optime poteſt, ejus educationi ac perfectioni opituletur. Aliis certe impoſterum homo tam degener, ingratus, & inobediens, plurimum detrimenti afferret: potius enim Provincia, etiam laudabilem hunc uſum mittendorum ſuorũ ad exteros aboleret, ſi eam ingratitudinem, ac dedecus, ab aliquibus perferre cogeretur. Proinde meminerint omnes, ſe ſe ad tempus præfixum in Patriam, quo jubentur reddere, hacque prima obedientia bene de Provincia mereri incipere. Jn Polonia, quæ egregie cæperint, proculdubio perficient. Tota enim vita ſtudendum, lucubrandumque eſt. Bonæ indoli, optimarum rerum principia ſolida ſufficiunt: Ætas cætera & labor, & liber conſumat.

XVII. Qui diſceſſuri ſunt expediant ſeſe Menſe Julio; & ex loco peregrinationis Menſe Junio, vel certe ita, ut omnino inter primos Auguſti in Patriam remeare poſſint, quo de illis Provincialis à Vacationibus certò & ſecurè diſponere valeat. Quamobrem meminerint ſemper rei hujus, ut Patri Provinciali, eo anno quo reverſuri ſunt in Patriam, Menſe Januario, Februario, vel Martio omnino ſcribant, quod ſibi tempus & diem expreſſe, diſcedendi, & in Patriam perveniendi, ut ſperent, præfixerint, hancque notitiam P. Provinciali etiam repetant, ac cum loco movent, & ex præcipuis in via Civitatibus de ſe nuncient; quo certitudine hac de iis prævia P. Provincialis utatur. Norunt enim, quanti id ſit diſpoſitionum Provinciæ tempore, ne Domus aliqua deſtinata perſona & Officio defraudetur, aut noxia dilatione vehementer res perturbentur.

XVIII. Jd quidem ab ingenuis honeſtisque viris, nunquam poteſt timeri, ne beneficio ſive impenſæ ſive temporis ſibi à Provincia collato, ita velint abuti, ut Provincia parum inde emolumenti capiat, utque Patria per eos defraudetur, quæ à nobis quam optimam juventutis educationem expectat & exigit. Jdeo enim peregrinamur ad exteros, ut nos in profeſſione Jnſtituti noſtri quoad fieri poteſt, perficiamus: deinde merces quas attulimus juxta modum inſtituti noſtri in Juventutem Patriam effundamus. Proinde ut Ordinationum prima parte §. VI. conſtitutum eſt, meminerint æque ſe ut alios, & ſi dici poteſt, ob beneficium acceptum, etiam plus quam alios, ad complendum numerum annorum in Scholis docendis, obſtringi & obligari. Unde iis annis, quos ante diſceſſum è Patria docuerunt detractis, uti alii omnes, annos reliquos inſtituti poſt reditum Sancte complebunt.

XIX. Cæterum, meminerimus oportet, non poſſe nos omnes peregrinari; quam id fieri nequeat, per ſe patet. Fortunam eorum potius eſſe, quam meritum, qui ad id deligentur, aut quibus id concedetur: cum forte plures ſe digniores & magis idoneos domi relinquant. Nihil hîc uni ſupra alios attribui, neminem è tot egregiis juvenibus poſthaberi, ſed tandem unum duosve neceſſario deligendos eſſe, non omnes. Peregrinatio quo ad merita nemini quidquam præ aliis addet, præter majorem adhuc ſerviendi Provinciæ obligationem. Fuerunt, ſunt, eruntque

que

http://rcin.org.pl

que ſemper tot Viri digni, & docti in Provincia, uti ſunt in omni natione, qui multis eos, qui extra ſapientiam quæſierunt, aut æquant, aut etiam ſuperant. His rationibus inquietudinem juvenilem, plerique prudenter & facile componere poſſunt.

XX. Si caſu aliquo, Deus avertat, acciderit nullum mitti è noſtris ad ſtudia ſpatio alicujus temporis, eo tum ſpatio collectus cenſus, vel in emptionem librorum pro ſtudentibus in Provincia, vel pro Inſtrumentis Mathematicis, cedere poterit, vel colligi in augmentum Summæ Capitalis: qua de re Provincialis cum ſua Congregatione conſultabunt, & quem ex præfatis tribus utiliorem finem judicarint decernent: memores ſemper de noſtris ad ſtudia extra mittendis & ſufficienter ibidem ſuſtentandis.

XXI. Cum vero eveniat obligationes etiam ſanctiſſimas ac utiliſſimas ſenſim cum tempore remitti & non impleri, Sacræ Apoſtolicæ Sedis confirmatio ſupradictorum obtineri curabitur: & ſingulari PP. Aſſiſtentium ac Conſultorum pro tempore curæ majorem in modum commendatur ut rei huic ſemper ad effectum deducendæ invigilent.

XXII. Juſtum denique eſt ut qui hoc beneficio utentur, ſuorum Benefactorum meminerint: proinde ut ſinguli quotidie vel Clerici tempore Sacri, vel Sacerdotes in *Memento* vivorum & mortuorum pro iis orent, noverint ſe ad id in conſcientia obligari.

# ORDINATIO
## De Capſa Provinciæ.

§. I. LAudabile & perutile Provinciæ Opus, ærariolum ſeu Capſam Provinciæ in ſubſidium pauperum Domorum pro juvandis earum duntaxat fabricis Anno 1741. cæptam & erectam, à quaternis hucusque Capitulis legibus munitam, Pontificio diplomate confirmatam, ut ejus conſervationi tanto melius provideatur, non tam novis corroboramus ſtatutis, quam omnia, quæ hucusque à Capitulis 1741. 1744. 1747. & 1753. in rem ejus deſcripta ſunt, Apoſtolicis Ordinationibus ſimul collecta inſerimus.

II. (*Ac imprimis de perſona Procuratoris Capſæ Provinciæ:*) Procurator eligi debet non per Provincialem, nec per ullam Congregationem particularem, ſed per integrum Capitulum Provinciale pluralitate Suffragiorum. Et quamvis Decreto Capituli Lovicienſis Anni 1741. cum primum Capſa conſtitueretur cautum fuit Procuratoris Officium fore ad triennium; nihilominus cum mutatio Adminiſtratorum frequens in re œconomica damnoſa ſit, proinde ſi idoneus, fidelis, induſtrius, utilisque videbitur etiam ad plura triennia, quam diutiſſime poterit cõſervari. Patrem tamen Ignatium Konarſki, qui primus hanc Capſam erexit, tam ad vitæ tempora, niſi ipſe tam laborioſum onus excuſet, adminiſtraturum.

Hæc

http://rcin.org.pl

Hæc fuit mens dicti Capituli. Tamen Capitulum Anni 1747. clarius decrevit: Præfectus Capſæ ut nullo modo ab Officio & Adminiſtratione ejusdem, mutetur vel amoveatur, niſi de negligētia, vel infidelitate, vel abuſu concrediti ſibi muneris vel de crimine alio notorio convictus fuerit; Sed ſi bene, fideliter, provide, ac utiliter ſe geſſerit, & neceſſariam activitatem ac prudentiam, in hoc Provinciæ obſequio, præſertim in augmento Capſæ probaverit, etiam ad vitæ tempora de Capitulo in Capitulum confirmetur. Quæ confirmatio facta eſſe intelligetur eo ipſo, cum Patres Capitulares ad electionem alius non procedent.

III. Quod ſi intra triennium, ſeu inter Capitulum & Capitulum contingeret culpa, Deus avertat, amotione digna, nec ob caſum, Deus avertat, gravem, Capitulum expectari poſſet, tum eo caſu judicari debebit à Provinciali, cum Congregatione, adlectis 4. vicinioribus Rectoribus: ſique decerneretur ab Officio ſuſpendendus, Subſtitutus de quo infra: rationes Capſæ adminiſtraret. Decretum tamen in Capitulo Provinciali examinabitur, & ſi injuſtum fuerit abrogabitur, vel ſi juſtum confirmabitur.

IV. Ut in omnem eventum provideri poſſit, ſitque ſemper aliquis præter Præfectum Capſæ, qui de negotiis illius informationem habeat, in quolibet Capitulo Provinciali Subſtitutus Præfecti Capſæ Provinciæ eligetur, vel viva voce, vel ſi Capitulo viſum fuerit Suffragiis, inſtrumentumque à Præſide & Secretario Capituli ſubſcribendum eidem dabitur. Non intelligitur tamen, idem qui Subſtitutus eſt electus, poſt ceſſationem aut mortem Procuratoris, vel devenisse Procurator Capſæ Provinciæ, vel omnino eligendus eſſe, ſed duntaxat locum ſupplebit, donec à Capitulo, vel ipſe, vel qui Capitulo libuerit eligatur. Subſtitutus vero, nullo modo in aliqua negotia Capſæ ſe ſe ingeret, niſi cum omnimoda dependentia à nutu, voluntate & directione Præfecti Capſæ, quæ conditio in Inſtrumento ejus literarum patentium exprimatur. Jn caſum ceſſationis, vel mortis Præfecti, idem Subſtitutus ante omnia coram Rectore commiſſario juramentum, quod infra, præſtabit.

V. Forma juramenti, quod quilibet Procurator noviter electus præſtabit. Ego N. à S. N. Capſæ Provinciæ Præfectus Sanctum DEI Omnipotentis Nomen humiliter ac reverenter invoco, Eidemque juro me, regeſtra Capſæ Provinciæ fideliter & integre conſcripturum. Nihil ſtudio ac deliberatè, in qualecunque damnum Provinciæ, quod mihi notum ſit in iis annotaturum, celaturum, inſerturum, aut mutaturum. Nihil ex communibus Capſæ proventibus, me ulla fraude, eluſione, arte, vel dolo, futuris emolumentis meis maxime clandeſtinis proſpiciendo, contra diſpoſitionem Provinciæ ſubtracturum, vel ſubducturum. Officio & juribus Capſæ Provinciæ tuendis ac conſervandis pro viribus attenturum, livellos noſtris debitos fideliter perſoluturum, ſic me Deus adjuvet & innocens Chriſti Paſſio.

VI. Hoc juramentum ſemel Procurator electus præſtabit, nec cum pro aliis trienniis confirmatur, idem repetet. Subſtitutus quoque poſt ceſſationem vel mortem Procuratoris Capſæ idem juramentum præſtabit.

VII. Forma alia juramenti, quod Præfectus Capſæ calculum in quovis Ca-

http://rcin.org.pl

Capitulo Provinciali coram Congregatione particulari ad id deputanda redditurus, item Subſtitutus, dum calculum redditurus eſt, præſtabunt. Ego N. à S. N. Capſæ Provinciæ Præfectus (vel pro Præfecto Capſæ Provinciæ Subſtitutus) Sanctum DEI Omnipotentis Nomen, humiliter & reverenter invoco: Eique juro, me regeſtra hæc, quæ in præſenti Capitulo Provinciali porrigo, fideliter & integrè conſcripſiſſe: nihil me ſtudio & deliberatè in qualecunque damnum Provinciæ, quod mihi notum ſit in ijs annotâſſe, celaſſe, inſeruiſſe, aut mutaſſe. Nihil me ex Communibus Capſæ proventibus, ulla fraude, eluſione, arte vel dolo, futuris emolumentis meis maxime clandeſtinis, contra diſpoſitionem Provinciæ poſpiciendo, ſubtraxiſſe, aut ſubduxiſſe, neque alio præter emolumentum Capſæ ipſiusmet Provinciæ vertiſſe. Me Officio meo juribus & Proventibus Capſæ Provinciæ tuendis ſervandis ac procurandis, totis viribus quantum potui attendiſſe, ac livellos noſtris debitos fideliter perſolviſſe, vel prima opportunitate perſoluturum, quibus nec dum perſolvi. Sic me Deus adjuvet & innocens Chriſti Paſſio.

VIII. Si tamen lis ſeria Procuratori Capſæ Provinciæ vel Subſtituto ab aliquo moveretur de minus fideliter adminiſtrato Provinciæ Ærariolo, eo caſu, ad mox dictum juramentum, niſi lite & cauſa finitis, à Capitulo non admitterentur.

IX. Si Præfectus Capſæ Provinciæ & Subſtitutus ante Capitulum morerentur, tum P. Provincialis cum ſua Congregatione, Subſtitutum deligent donec mox ſequens Provinciale Capitulum & Præfectum & Subſtitutum Capſæ eligat.

X. Nunquam PP. Provinciales, Aſſiſtentes, Conſultores Provinciæ, Actuales Rectores poſſunt in Præfectos vel Subſtitutos Capſæ Provinciæ eligi.

XI. Patres Provinciales ſuis omnibus ut mos vetus reditibus gaudentes, nihil penitus ſe adminiſtrationi ac rebus Capſæ Provinciæ immiſcebunt, ullo prætextu, ulla ratione, vel convenientia, nec ſeparatim, nec una cum ſua Congregatione, quidquam de hac Capſa diſponere, abſtrahere, prætendere, de bonis & proventibus ejuſdem poterunt: ſed ſolum ipſum, non per ullam particularem Congregationem, integrum Capitulum Provinciale, de triennio in triennium rediens, vim & Anctoritatem habebit, diſponendi de illis; idque faciet ſemper & in perpetuum, ſolo favore domorum indigentium, pro juvandis earum fabricis, aut augendæ Capſæ, ſi Providentia modum id faciendi ſuppeditaverit.

XII. Procurator Capſæ Provinciæ Actualis non eſt eligibilis à Capitulo Provinciali ad quodcunque munus Provinciæ. Jntelligitur autem Procurator eſſe Actualis, uſque ad novi Procuratoris à Capitulo Provinciali creationem. Per hoc nihilominus Decretum Capituli 1753. declarationi & exceptioni factæ in Capitulo Provinciali Varęzenſi Anno 1747. pro perſona P. Jgnatii à S. Staniſlao Ex-Provincialis emeriti, tanquam primi hujus Capſæ in beneficium Provinciæ Auctoris & erectoris, ne quidquam derogare idem Capitulum 1753. præcavit.

XIII. De Præfecto Capſæ Provinciæ declaratum eſt Capitulo 1741. poſſe eum intrare Aulam Capitularem Provinciæ, habereque vocem Activam, in Materiis ſuum Officium concernentibus, excepto ſolo die Canonicæ electionis, in qua nec vocem, nec locum habebit. Subſtitutus qui ceſſante vel mortuo Procuratore

actu

http://rcin.org.pl

actu Capſam adminiſtraret, aulam Capitularem ſine mox dicto ita ut Procurator Capſæ intraret. Capitulum 1747. declaravit legem hanc Patrem Jgnatium non afficere, quodſi aliquando eligeretur in Provincialem, eo caſu illum teneri ad reſignandum munus Præfecti Capſæ.

XIV. Jdem ſemper à Patre Provinciali conſtituetur Præpoſitus Eccleſiæ & Superior Reſidentiæ Opolienſis, qui electus fuerit à Capitulo Præfectus Capſæ; Alius poſt illum, in patentibus Provincialibus nominabitur ſemper Vice-Superior Opolienſis, quamvis forte ab externis & vulgo, qui eſt Vice Superior, nominaretur Superior. Cujus munus idem eſt quod Vice Rector. Ceſſante vel mortuo Procuratore, qui erit Subſtitutus, erit Vice-Præpoſitus, & Superior; donec alius eligatur: cum hæc Parochia ut infra incorporata ſit in perpetuum Capſæ Provinciæ.

XV. Præfectus Capſæ Provinciæ uti & in caſu Subſtitutus calculum & rationem ſuæ adminiſtrationis ac regeſtra reddent toti Capitulo Provinciali, ita tamen ut Capitulum ne his nimium occupetur, deſtinet Congregationem particularem ex quinque vel ſeptem gravioribus viris ad has excipiendas, examinandas ſubſcribendasque ab omnibus rationes, qui tacto pectore teſtabuntur in hæc verba: Ego N. à S. N. rationes has Præfecti Capſæ Provinciæ diligenter ac juſtè examinaturum me promitto ac ſpondeo. Tum regeſtra à ſe ſubſcripta Præſidi & Capitulo Provinciali reddent: quod, dũ aliquid opponeretur, dijudicabit & decernet, vel per ſe, vel per Congregationem aliam particularem.

XVI. Præfecti Capſæ, præter Regeſtra exacta, informationes quoque in ſcripto de omnibus rebus, cauſis, & negotiis Provinciæ ſolicitè conſcribere & Succeſſoribus relinquere ſtudeant. Et Libros omnes ad Capſam pertinentes quam diligentiſſimè inſcribi conſervarique curabunt, attendendo ne materiæ in propriis libris inſcribendæ permiſceantur. Jdem de Jnventariis pagorum, prædiorum & hujusmodi.

XVII. Præter alios libros ad officium ſuum ſpectantes, habebunt Procuratores Capſæ Provinciæ duos Libros, in quorum uno omnes ſummas originales, & quocunque jure & modo acquiſitas ad Capſam Provinciæ pertinentes, ac in ejus commodum locatas inſcribant. Jn altero vero, tales duntaxat ſummas, ex quibus cenſus annui ſeu livelli noſtris Religioſis viventibus ſolvendi ſunt. Qui libri in Capitulis Provincialibus præſententur, & pro fide actorum publicorum, ac ſecuritate inveſtientium, à P. Præſide Capituli Aſſiſtentibus & Conſultoribus, ac à Secretario Capituli ſubſcribantur.

XVIII. Cenſus Annui noſtris ſolvendi abſque Auctoritate & Decreto Capituli Provincialis non minuentur. Ut norint PP. Præfecti Capſæ Provinciæ, quantum ipſis annuatim pro ſuo neceſſario Veſtiario ex Capſa Provinciæ impendere liceat: declaratũ eſt in Capitulo An: 1753. quod illis Aurei aſſignantur Octodecem, qui in calculo ſingulis Capitulis faciendo, per annos ſingulos in regeſtris appoſiti, in Capitulo acceptari debebũt, uti & juſta ac mediocris pro ſervis duntaxat neceſſariis, equis, medicinalibus, & hujusmodi rebꝰ vere & ſtrictè neceſſariis expenſa.



http://rcin.org.pl

XIX. Si aliquis Præfectus Capſæ Provinciæ vel ejus Subſtitutus tempore eorum officii Summam aliquam aliunde omnino non ex Capſa Provinciæ collectam pro ſuo livello in Capſa Provinciæ inveſtire vellent, noverint, nunquam id ſe aliter poſſe facere, quam cum Capituli Provincialis conſenſu, ſcitu, & bene probata informatione, unde (qualiscunque illa ſit) hæc Capitalis Sũma collecta fuerit.

XX. Locus jam perpetuus Capſæ Provinciæ erit ad Reſidentiam Opolienſem, Beneficium cum jure Collationis nobis, ab immortali memoria apud nos digno Joanne Comite Tarło Palatino Sandomirienſi in perpetuum attributum, Loci Ordinarii Cardinalis Lipſki debitis approbationibus, ac Pontificio Beneplacito, communitum: quod eo ſolo fine, ut in hoc loco Præfecti Capſæ Reſidentiam ſuam habeant, à dicto P. Jgnatio procuratum, & à Provincia acceptatum fuit.

XXI. Nullo modo, ratione, prætextu, ſeu neceſſitate, augeatur numerus perſonarum Religioſarum in Reſidentia Opolienſi, ultra præſcriptas à Fundatore ſex perſonas, niſi forte fundatio pro pluribus cum tempore augeatur.

XXII. Muſici, Confraternitates aliquæ, ſeu quodcunqve aliud cujuscunque naturæ Juſtitutum ſimile, nullo modo à noſtris in Reſidentia Opolienſi introducantur, niſi à Benefactore aliquo ſpecialis Fundatio ſufficiens pro iis obtineatur. Experientia enim conſtat, non eandem omnibus Superioribus adeſſe induſtriam & facultatem pro rebus ejusmodi abſque fundatione ſuſtinendis: jam verò cõvenientius eſt, nullas novas nec duraturas expenſas inducere, quam inductas ſemel, non conſervare vel mutare.

XXIII. Cum reditus Reſidentiæ Opolienſis una cum ſtola pro ſex perſonis, quamvis mediocres, ſufficientes tamen ſint, & fabrica ſatis ampla & commoda ſolicitudine Patris Præpoſiti perficiatur, Capitulum Provinciale 1753. declaravit, & definivit, ut ſi quæ aliæ ſummæ Domui Opolienſi in futurum obvenirent, illæ non pro Domo Opolienſi, ſed pro Capſa Provinciæ fructificent: & ſi quæ obligationes illis obventuris ſummis annexæ fuerint, illæ à Domo Opolienſi abſolvantur. Nihilominus ſi in augmentum numeri perſonarum Religioſarum ad eandem Reſidentiam ultra ſex ut jam præmiſſum eſt fundatas, vel pro alio fine præfixo à fundante aliqua fundatio in futurum, acceſſerit, hujusmodi fundatio, non Capſæ Provinciæ, ſed Domui Opolienſi, ut fructificet, declaratur.

XXIV. Trigeſimus aſſis, ubique P. Provinciali à certis Domorum proventibus pendi ſolitus, etiam ex propriis Reſidentiæ Opolienſis redditibus ſolvetur: Capſæ tamen Provinciæ redditus nihil penitus tangendo.

XXV. Supra dictum eſt, Procuratorem Capſæ non eſſe eligibilem à Capitulo Pṙvli ad quodvis Provinciæ munus, quod non eſt intelligendũ niſi de electionibus quæ à Captlo Provli capitulariter fiunt: ſed uti Præſides & Exprovles immediati triennii non poſſunt eligi ad quodquam Provinciæ munus, poſſunt tamen, ut dictũ eſt Part: I. §. I. Nro 9. in Congreg: extra Capitulari in loco Capituli eligi in Candidatos pro regimine domorum; ita æque & Procuratores: cum hæc electio non à Capitulo fiat.

XXVI. Scholæ & Convictus nũquã Opolii aperietur. Schola tamen Parochialis, ut quam diligentiſſimè exerceatur, PP. Præpoſitorum maximæ ſemper erit curæ.

http://rcin.org.pl

curæ. Quibus & aliud Chriſtiana charitate dignum, locoque utile intentum Patris Jgnatii majorem in modum commendatur, inſtituendæ nimirum pro pauperibus pueris Scholæ opificiorum, adinſtar Hoſpitalis noſtri Romæ ad Ripam Grandem. De i Parochialibus item Officiis ritè & ſanctè adminiſtrandis Summa ejuſdem ſolicitudo & vigilantia perpetua neceſſaria eſt. *Videatur Parte* V. §. *VIII. numerus* 4. *de Devotionibus &c:* Noſtri itaque qui muneribus Concionatoris, Catechiſtæ, Confeſſariorum, aliiſque funguntur, iis cum zelo ac exactiſſimè ſatisfacere ſtudeant, ac innocentis & religioſæ vitæ exemplis præluceant. Viſitationes Provincialium quanta maxima fieri poteſt diligentia in Officia & mores noſtrorum introſpicient, ne Viſitationibus Ordinariis Loci Ordinariorum, ſeu eorundem Commiſſariorum ulla vituperandi Miniſterium noſtrum præbeatur occaſio. Patres Præpoſiti Loci Ordinarios identidem adeant, eorumque benevolentiam ſtudiis omnibus concilient. Jmprimis vero officium præſentandi ſe ſe Epiſcopo Præpoſituram ineundo ſemper adimpleatur.

XXVII. Hoſpitale pro pauperibus à Fundatoribus prædicto Comite Tarſo & Sophia de Kraſinſciis ejus olim Conſorte fundatum, paternæ ſummæque Præpoſitorum curæ majorem in modum commendatur, uti & erga omnes Parochiæ pauperes Chriſtiana charitas.

XXVIII. Modos denique augendæ & conſervandæ Capſæ Provinciæ ſequentes hucusque præſcripſit Provincia. Decretum eſt ut Novitii noſtri ante Profeſſionem de bonis in ſæculo relictis diſpoſitionem in Actis facientes: ſi quid Religioni ſponte inſcribere velint in ſubſidium pauperum fundationum id faciant, inſcribantque: *Opolienſi Noſtræ Domui, mediante Capituli Provincialis diſpoſitione, ad Pauperū Fundationū Noſtrarū pro Fabricis perficiēdis ſubſidiū.* Quæ inſcriptiones cum ut plurimum viventibus Parentibus, atque in aliis diverſis circumſtantiis fiant, conſultiſſimum eſt, ut Novitii partem mediocrem quam inſcripturi ſunt *Super Subſtantia Bonis & Summis ſe quomodocunque concernentibus ſeu ſuper parte quæ ſe quomodocunque concernet*, inſcribant. Ubi vero *inſcriptio* tantum, ubi *Ceſſio fieri* debeat, juris periti conſulantur. Cætera hac de re videantur *Parte III. Ordinationum* §. *V. De tranſactionibus Novitiorum &c:* Ubi etiam de Rectorum verſus Capſam Provinciæ Officiis *Nro* 103. Jmprimis vero ut tranſactiones quascunque, ubi expedit & non gravatim cuncti faciant & Præfecto Capſæ diligenter transmittant: præſertim Rectores Domus Probationis.

XXIX. Quodſi Parentes vel Conſanguinei profitentium, Domui alicui potius, quam Provinciæ, abſolute velint inſcriptionem faciendam, eo caſu permittitur, ut in bonum Domorum inſcriptio fiat: taliterque juſſu, & abſoluta voluntate Parentum inſcriptæ Domibus Summæ pro commodo Domorum cedant.

XXX. Livelli ut vocant, ſeu qualescunque Summæ Noſtrorum, ut omnino in Capſa Provinciæ locentur; ſub pœna in proprietarios, quatuor ſupradictis Capitulis Annorum ſupradictorum Brevi Apoſtolico ut infra ſtatutum, cantum decretumque eſt, Quamobrem ſive Patris Præfecti Capſæ, ſive cujuscunque è noſtris inſtantia citari poteſt quicunque ex Noſtris ad P. Provincialem ejusque Cōgrega-



http://rcin.org.pl

gregationem vel ad Capitulum Provinciale, qui ſummam quamcunque celaret ad eam in Capſa Provinciæ reponendam, & ſi ipſi fraus deducatur, graviter tanquam proprietarius puniri. Neque enim id per votum paupertatis licet, neque convenit bono Provinciæ, ut collectum vel quomodocunque habitum à quocunque peculium deperdatur. Cuncti vero certi ſecurique ſunt, quod in cenſu percipiendo à Capſa Provinciæ nunquam fallentur. Deinde Capitulo Anno 1753. declaratum eſt: quod ſi aliquis vel typis opus quodpiam imprimendum habeat, vel pro juvanda ſua valetudine indigeat, vel deſtinatus ad regimen alicujus domus, illi potius tali peculio à Superioribus permiſſo ſubvenire velit, quam Provinciæ, tum tenebitur P. Procurator depoſitum immediate reddere, modo requiſitio talis cujuscunque à P. Provinciali pro tempore exiſtente approbetur, de eaque P. Procurator certior tempeſtivè reddatur. Procurabunt itaque noſtri omnes quoadfieri poterit ſummas noſtrorum, etiam ab externis vindicare & in Capſa Provinciæ locare.

XXXI. Domus Radomiæ fabricata à P. Antonio Konarſki à B. Cunegunde per Capitulum Provinciale Anni 1741. Capſæ Provinciæ incorporata eſt, quam cum poſt fata ejusdem in poſſeſſionem acceperint Præfecti Capſæ Provinciæ conſervabunt, & ex ea, annis quibus ex ea fructum percipient, centum florenos Polonicos Domui Radomienſi pendent.

XXXII. Quatuor triennia ab erectione Capſæ Patri Præfecto ejuſdem cõceſſa ſunt, ut omne emolumentum & redditus Capſæ Provinciæ in ejusdem augmentum convertat. Quodſi neceſſe fuerit Capituloque Provinciali pro tempore libuerit, concedere deinceps poterit. Cæterum triennalis reditus cum regeſtris perceptorum & expenſarum à quovis Præfecto Capſæ vel ejus Subſtituto ad quodvis triennale Capitulum omnino ſunt afferendi.

XXXIII. Si neceſſitas talis occurrat, ut agatur re vera, vel de damno bonis Capſæ Provinciæ imminente maturè avertendo, vel de inſigni aliquo emolumento, quod in certis occaſionibus evidenter offerri poteſt, non amittendo; tum eo caſu ſi Capitulum Provinciale abſque manifeſta jactura & detrimento expectari non poteſt, ad P. Provincialem ejusque Congregationem res à Præfecto Capſæ deferatur, & juxta eorum deciſionem expenſa ex redditibus Capſæ fiat: ita tamen ut tam P. Provincialis ejusque Congregatio, quam Præfectus Capſæ rationem rei ita deciſæ Capitulo Provinciali reddere teneantur, & certi ſecurique ſint moraliter eorum deciſionem à Capitulo Provinciali approbatum iri. Quod tamen aut rariſſimè, aut melius ſi nunquam contingat.

XXXIV. Quicunque Summas aliquas in Capſa Provinciæ inveſtiunt, ante Feſtum S. Joannis duabus Septimanis, vel ad minimum una ſaltem Patri Procuratori eas reddere, & importare debent: Alias cum tempus contractuum tranſierit, cenſum pro eo anno ex Capſa Provinciæ percipere non poterunt.

XXXV. Provinciale Capitulum ut dictum eſt ſolum, non ulla particularis Congregatio, neque Provincialis cum Congregatione: diſponet de redditibus Capſæ, per pluralitatem, nec in ullum alium finem, præterquam ad juvandas pauperiorum Domorum fabricas.

XXXVI.

http://rcin.org.pl

XXXVI. Poſt demortuos Præfectos Capſæ Provinciæ, tota qualis ſupellex, & peculium, maneat in reſidentia Opolienſi, ad diſpoſitionem futuri Præfecti, nō P. Prvlis, ita ut immediate poſt fata Præfecti, teneātur P. Subſtit: P. Vice-Superior Reſidentiæ cum duobus Patribus OEconomo & Secretario Domus omnia mobilia & pecuniam fideliter conſcribere, in ſecurum locum deponere, ſigillare, & ad inſtitutionem novi Procuratoris omnia conſervare, nihil quidquam cuiquam permittendo, vel ut diſtrahatur diſſimulando, ſub rigoribus Canonum de damnifacatoribus bonorum. Hecque fine ſupradicti formale juramentum, *quam fideliter res omnes relictas, ſive in peculiis, ſive in mobilibus conſcripſerint*, in charta ſeparata ſcribant & manibus propriis ſubſcribant, nec à tali in ſcripto juramento ab ullo diſpenſari poſſint. Specialiter autem cavetur idem poſt fata præſentis Præfecti. Quæ pro commodo Reſidentiæ tam Domi quā in Villis facta ſunt, ibidem facto Jnventario pro ſemper maneant. Si quæ in auro, argentove reculæ vel vinum remanerent divendentur, peculiumque omne exinde in Summam aliquā Capitalem collectum in emolumentum Capſæ Provinciæ convertetur.

XXXVII. Jam ſi Præfectus Capsæ Provinciæ paulò poſt Capitulum Provinciale fatis cederet, & Subſtitutus in Adminiſtratione Capſæ Provinciæ mox ſuccederet, uſque ad novi Procuratoris electionem, rum ſi circa annum plus, vel paulò minus Capitulum Provinciale, & electio Præfecti expectanda eſſet, eo caſu Subſtitutus ad P. Provincialem ejusque Congregationem recurreret, eorumque deciſione omnino ſtaret, utrū reculas relictas divendere, ac peculium ex eis conflatum uti & paratum pro certo emolumento aut reali neceſſitate Capſæ Provinciæ impendere poſſit ac debeat. Ante deciſionem vero hanc, nihil omnino de ſupradictis reculis & pecuniis diſponat. Regeſtra horum ad Capitulum Provinciale afferat, & ea Præfecto noviter electo conſignet. P. Provincialis cum Congregatione nihil aliud hoc caſu ad diſponendum habent, niſi ut recte decidant, poſſe vel non poſſe Subſtitutum ob cauſam remoti adhuc Capituli de rebus poſt Præfectum & pecuniis relictis diſponere.

XXXVIII. Libertati PP. Præfectorum Capſæ relinquitur, executio Statuti Capituli Provincialis Anni 1741. conducendi pannum, telam, coria, & ſimilia pro uſu noſtrorum, quo caſu Capitulum obligabit omnes Rectores & Superiores, ut à Præfecto Capſæ Provinciæ pro ſolis Religioſis noſtris hæc emant, nec cum damno Domorum nec ſine aliquo Capſæ lucro in augmentum fundi convertendo.

XXXIX. Præfecti jam ſi Summas transferendas ex loco in locum, vel novi aliquid acquirendum judicaverint, ſine gravi conſilio P. Provincialis aliorumque ſi res urgeret non faciant: ſi vero res ad Capitulum uti debet differri poſſit, ſine conſilio & aſſenſu particularis ſaltem Congregationis in Capitulo ad id deſtinandæ: cùm incredibili cautela opus ſit, tam in locando, quàm in acquirendo.

XL. PP. Provinciales pro tempore exiſtentes obligantur quam maximè ut pro ſuo zelo & amore erga bonum Provinciæ eandem ejus Capſam totis viribus, & Procuratorem Capſæ in negotiis ejusdem augendæ & tuendæ adjuvent, Statuta de ea diligentiſſimè obſervari faciant, bonis Operariis Præfecto Capſæ opitu-

pitulentur: denique ſimile quid pro Provincialibus eorumque neceſſitatibus ſeparatim conentur.

XLI. Succurrendo gravi tum neceſſitati Capſæ Provinciæ locatæ ſunt in ea duæ Summæ Capitales pro noſtris mittendis ad exteros deſtinatæ de quibus videatur Ordinatio præcedens. Nihilominus nunquam amplius aliæ Summæ, hoc eſt propter alium finem, quam ad juvandas in fabricis pauperes Domos deſtinatæ, ſuper Capſa Provinciæ locabuntur, nec admittentur.

XLII. Ne ulla in redditibus Capſæ Provinciæ calculisque confuſio fiat, Procuratores ejusdem, nulli Noſtrum ante tempus cenſus reddere obligentur, præterquam immediatè circa diem S. Joannis, neque ullus noſtrum pro illis ante id tempus recipiendis etiam titulo conceſſionis, apud P. Procuratorem inſtabit.

XLIII. Cum denique pro meliori Capſæ Provinciæ adminiſtratione Breve Pontificium aſſignet Commiſſarium è Domo viciniore, qui duobus ante Capitulum Menſibus deſcendat ad omnia verificanda, revidenda atque confrontanda, quæ coram ſe à Capſæ bonorum OEconomis producentur, atque ut Jnventaria omnium faciat & conſcribat, quæ ad Capitulum Provinciale allata ibidem reproducentur, & cum Jnventario Præfecti Capſæ confrontabuntur: ſtatutum proinde eſt Domos viciniores intelligi, Chelmenſem, Radomienſem, Łucovienſem, Varſavienſem & Petricovienſem, ex quibus hujusmodi Commiſſarii dandi erunt: qui non ab alio aſſignari & deputari poterunt, niſi à pleno, & in pleno Capitulo pro fine ſequentis Capitulum triennii: dabiturque Commiſſario aſſignato Jnſtrumentum Commiſſionis manu Præſidis & Secretarii Capituli ſubſcriptum, ſigilloque communitum. Cum Commiſſario uno ſemper & alter nominabitur Commiſſarius, ut ſi unus vera infirmitate detineretur, alter munus injunctum exequi poſſit. Pro quavis vice tamen unus iſque primo loco delectus Commiſſarius, ſtatim poſt Feſtū S. Joannis Baptiſtæ, in una Septimana ad Reſidentiam Opolienſem deſcendat, ibique in ſpatio unius Septimanæ ſuam Commiſſionem diligenter expediat. P. Præfectus Capſæ vel negotia tum per P. Subſtitutum gerat, ut ipſe præſens adſit, vel ſi legitime negotiis eo tempore impeditus fuerit, Patrem Subſtitutum cum Commiſſario relinquet. Suſtentatio verò & neceſſaria commoditas, nec non expenſæ pro via tam venienti, quam redeunti Commiſſario, una cum vectura ex Capſa Provinciæ provideatur. Videat autem Pater Commiſſarius ne aliquid à Præfecto Capſæ quocunque titulo ullomodo exigat aut accipiat, vel à quocunque è noſtris ſive externis OEconomo, quidquam etiam ſponte oblatum ſumat ſub pæna damnificantium & proprietariorum irremiſſibiliter ad cujuscunque è noſtris inſtantiam, apud Congregationem ſuper cauſis faciendam, ſuper prævaricatorem extendenda.

XLIV. Capitulum Anni 1747. Miſſam unam ſingulis Menſibus ſtante vita & poſt fata Patris Jgnatii Konarſki in perpetuum pro eo ejusque Fratribus & Conſanguineis celebrandum approbavit.

*Sequitur jam Breve Pontificium.*

BRE-

http://rcin.org.pl

# BENEDICTUS PP. XIV.

## *Ad Perpetuam Rei Memoriam.*

155. PRæclara Inſtituta Religioſorum Virorum, qui è turbis ſtrepituque ſæculi aufugientes ſibi ædificant ſolitudines, ut inibi per aſſiduum obſecrationum, & literarum ſtudium formati, atque in probationis, doctrinarumque Palæſtra exerciti, tanquam nobiles Athletæ ad æternam aliorum etiam ſalutem procurandam adlaborare valeant, cogitantibus Nobis ſæpenumerò, nihil obvenire poteſt gratius, nihil jucundius, quam ut Apoſtolicæ noſtræ Auctoritatis partes ad quæcumque eorumdem commoda collocemus, fore ſperantes, ut ipſi, quibus paternæ benignitatis argumenta exhibemus, & noſtram in ſuprema Catholicæ Eccleſiæ procuratione tenuitatem, ſuarum apud Deum precum ſuffragiis adjuvare, & Chriſti fideles ad currendam viam mandatorum Domini ſuis laboribus & doctrinis inſtituere adnitantur. Exponi ſiquidem Nobis nuper fecit Dilectus Filius *Ignatius Konarſki à S. Staniſlao* Clericus Regularis expreſsè Profeſſus, ac Exprovincialis Provinciæ Poloniæ Congregationis Pauperum Matris Dei *Scholarum Piarum* nuncupatorum, quod, cum in dicta Provincia compluribus jam abhinc annis nonnullæ Domus Regulares ejusdem Congregationis certis vix ſufficientibus redditibus ad tenuem certi numeri Alumnorum ſuſtentationem duntaxat aſſignatis, ſuſceptæ reperiantur, in quibus ob continuam rerum neceſſariarum indigentiam, ac imprimis Eccleſiæ, Scholarum, & commodæ habitationis defectum dictæ Congregationis Inſtitutum rectè exerceri nequit, nec ullus Fundator, ſeu pius Largitor, qui illas à tanto miſeriæ ſtatu ſublevet, invenitur, minusque ſperandus eſt, Ipſe *Ignatius* ad occurrendum hiſce prædictarum habitationum incommodis, & anguſtiis, atque ad domorum in ædificiis levamen procurandum quamdam pecuniæ ſummam à ſuis Conſanguineis, & Benefactoribus in unum collectam, comparatam, & conjunctam pro erigenda Capſa, ut dicitur Provinciæ, convertere ac aſſignare, & conſtituere decrevit, ſuumque deſiderium executioni demandavit, & octo abhinc annis pro ejusmodi Capſæ ſeu ærarioli Provincialis firmitate fundos certos, qui impoſterum augeri poſſunt, ex ſupradictis pecuniis acquirere curavit, approbationemque à tribus Capitulis Provincialibus Provinciæ præfatæ ultimo loco celebratis, præviis tamen quibusdam peculiaribus ſtatutis pro firmitate Capſæ Provinciæ hujus modi factis, & ſubinde à Congregatione Generali memoratæ Congregationis die XXIII. Maji, anni MDCCXLVII. habita confirmationem reportavit. Statuta vero inter cætera ad præmiſſum effectū confecta ſunt, quæ ſequuntur; nempe ut bona quæcunque, & ſummæ omnes, de quibus Novitii, antequam Profeſſionem regularem per eoſdem Clericos Regulares memoratæ Congregationis emitti conſuetam, expreſsè emittant, diſponere ſolent, eaſdemque ſummas, ſeu bona dū ſpontè ac liberè aliquid ſuæ Religioni ſeu Congregationi inſcribere volunt, ad

Ca-

Capſam Provinciæ, ſeu quod idem eſt, (juxta Capitulorum Provincialium declarationem nomine pauperum domorum, hanc capſam intelligi) in ſubſidium quarumcumque pauperum Domorum, ſeu cujuscumque Domûs more patrio ac juxta Capituli Provincialis ſtatuta favore Capſæ Provinciæ lata, inſcribere tenentur, ac Summa Stadnicciana nuncupata quadraginta millium florenorum monetæ Polonicæ in Regno currentis Congregationis Generalis decreto recenter. Capſæ Provinciæ adjudicata & attributa, nec non Summæ Capitales livellorum ejusmodi capſæ incorporentur, & incorporari debeant, ut annui fructus, redditus, & proventus ex hujusmodi capitalibus provenientes ad legitimam diſpoſitionem tantummodo Capitulorum Provincialium Provinciæ præfatæ, quæ juxta regularia illius Inſtituta de triennio in triennium celebrantur, in levamen pauperum Domorum prædictarum in illarum ædificiis ſeu fabricis duntaxat, & non in alios uſus impendantur, ut Capſa ipſa, ac bona qualiacumque mobilia & immobilia ad ipſam pertinentia, & illius annui reditus ab uno Procuratore Provinciæ in quolibet Capitulo Provinciali, non aliter unquam eligendo, ſeu de novo confirmando & eodem ſemper Præpoſito, ſeu Superiore Domûs, ſeu Reſidentiæ Opolienſis, quæ ad præmiſſum effectum à dilecto filio Nobili Viro cognominato Comite Tarło Palatino Sandomirienſi Fundatore per dictum Jgnatium obtenta, ac Capſæ Provinciali hujusmodi per Provincialia decreta incorporata, & unita fuit, adminiſtrentur, dictusque Procurator Capitulo Provinciali ſingulis trienniis, ſicut præmittitur habendis, rationes prævio ſemper corporali juramento præſtando, reddere teneatur; de præmiſſis quoque ſingulis trienniis uno ante imminentem Congregationis Provincialis celebrationem, menſe, ut Provincia ipſa de harum rationum veritate certior, ac ſecurior ſit, Rector vicini Collegii à præcedente Capitulo Provinciali eligendus, deſtinandusque Viſitationem bonorum ad Capſam prædictam ſpectantium, & pertinentium facere, & regeſtrum, ſeu deſcriptionem pro omnium verificatione condere debeat; & aliæ omnes, & ſingulæ leges, prout, & quantum in favorem Capſæ Provinciæ, ac ejus Procuratoris moderni modificata ſunt, quemadmodum in Jnſtrumento ea ſuper re in Capitulo Provinciali anni MDCCXLVII. confecto, & ſicut præmittitur admiſſo, & confirmato, uberius continetur. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, dictus Jgnatius, qui (ut aſſerit) experientia compertum habet, quod ordinaria ſtatuta hujusmodi, licet admiſſa, & approbata, nihilominus variationibus obnoxia ſint, ac facilè mutari, ac identidem labefactari, & deſtrui poſſint, præmiſſa, quo firmius ſubſiſtant, & ſerventur exactiùs Apoſtolicæ Confirmationis noſtræ patrocinio communiri ſummopere deſideret, Nobis propterea humiliter ſupplicari fecit, ut ſibi in præmiſſis oportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur ipſum Jgnatium ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & à quibusvis Excommunicationis, ſuſpenſionis, & Jnterdicti, aliisque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus extiterit ad effectum præſentium tantum conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujusmodi ſupplicationibus

incli-

inclinati, præinſerta ſtatuta, ac omnia, & ſingula in inſtrumento pro erectione, & firmitate Capſæ Provincialis hujus modi à dicto Jgnatio acta & geſta, ac à Capitulis Provincialibus dictæ Provinciæ Poloniæ ejuſdem Congregationis admiſſa, ſancita, & ordinata, & à Congregatione Generali confirmata, ut præfertur, Auctoritate Aplica tenore præſentium approbamus & confirmamus, illisque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque & ſingulos juris, & facti defectus, etiam ſubſtantiales, ſi qui deſuper in præmiſſis intervenerint, ſeu interveniſſe dici, cenſeri, vel prætendi poſſit, dicta auctoritate ſupplemus, & ſanamus. Præterea omnibus, & ſingulis quibuscunque Congregationis prædictæ Superioribus cujuscunque, qualitatis, gradus, & conditionis nunc, & pro tempore exiſtentibus, ne ipſi ſub quovis colore, prætextu, cauſa, ratione, & occaſione præmiſſa omnia, ſicut præmittitur, præſcripta, approbata, & confirmata in toto vel in parte variare, vel mutare audeant, ſeu præſumant ſub indignationis noſtræ ac privationis officiorum per eos obtentorum, ac inhabilitatis ad illa, & alia impoſterum obtinenda, privationis &c: vocis activæ & paſſivæ, ac ſuſpenſionis á divinis ipſo facto abſque alia declaratione, incurrendis, aliisque arbitrio noſtro imponendis pœnis, Auctoritate & tenore præſentium interdicimus & prohibemus. Decernentes ipſas præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuosque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari, ſicque in præmiſſis per quoscunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiã de Latere Legatos, & Sedis Apoſtolicæ Nuntios, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Provinciæ, & Congregationis hujusmodi etiam juramento, Confirmatione Apoſtolica, & quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, Privilegiis quoque, Jndultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſsis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

*Datum Romæ apud Sanctam MARIAM Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XIII Februarij MDCCL. Pontificatus Noſtri Anno decimo.*

A. Cardinalis Paſſioneus.

# ORDINATIO TYPOGRAPHIÆ VARSAVIENSIS.

274. I. ET ſi res aliàs per ſe certa ſit, declaramus tamen imprimis ad evitandas quasvis in poſterum difficultates, PP. Provinciales nullum jus immediatum ad Typographiam habere, tantundem ac ad alia quævis propria Collegiorum bona. Non à Provinciali ſed à Rectore deſtinentur Typographiæ Præfecti: pro quibus ſi Perſonam in Communitate non habuerit, à P. Provinciali petet: iidemque Præfecti à Rectoribus mutari poterunt, nunquam tamen ſine omnino juſta & æqua cauſa Patri Provinciali in Viſitatione evidenter probanda. Si quæ Rectoribus è re videbitur, quod conſultum eſſet, ut durante eorum regimine, alius ſit Bibliothecæ Typographicæ, alius Typographiæ Præfectus, illorum arbitrio id relinquitur.

II. Taxa ſeu pretium ultimum cujuslibet Characteris fiat & Typis imprimatur: qua in re conſiderandum eſt, ne alias Typographias, præſertim Danticanam unquam taxa ſuperet, ſitque potius mediocris. Jam ut omnis confuſio & ambiguitas tollatur, neque res, neque pecuniæ perceptæ & expenſæ miſceantur, omnino neceſſarii ſunt ſequentes ſeparati octo libri, quos Præfectus Typographiæ in Viſitatione Provincialis producet.

III. (*Liber Typis Impreſſorum*) Omnes libri, libelli, folia, ut vocant volantia, die quovis quo cum Auctore contractus initur, vel quo id genus folia imprimuntur & diſtinctim numerus ſemper exemplariũ in Libro ſeparato ad id facto ſemper una cum pretio characteris quo imprimantur, annotentur à Præfecto Typographiæ, nihilque quod Typis imprimitur in hoc regeſtro omittatur.

IV. (*Liber percepti ab impreſſione ex Typographia.*) Alius liber ſit, in quo perceptæ pecuniæ ab impreſſione exactè quovis die Menſis annotentur.

V. (*Liber Bibliothecæ Typographicæ*) Alius item liber, in quo omnes libri, qui in Bibliotheca Typographica aſſervantur vel in eam importantur, quo ad numerum exemplarium exactè inſcribantur.

VI. (*Liber perceptorum ex libris venditis ex Bibliotheca.* Alius item liber omnino ſeparatus ne reddituum & perceptorum natura miſceatur, in quo percepta tantummodo pro libris ex Typographica Bibliotheca venditis connotentur.

VII. (*Liber perceptorum & expenſi pro compactura.*) Alius item liber in duas partes diviſus, in quarum prima, expenſa quævis pro compactura librorum exactè inſcribatur, in altera parte lucrum quodcunque eſt, quod ex compactura librorum provenit, ita ut ſeparatim è ſuo regeſtro pateant percepta pro libris venditis & ſeparatim pro compacturis venditis.

VIII. (*Liber expenſarum pro Officina, Papyro, & pro Typographis*) Alius liber ſit expenſorum pro Typographia, pro quibus diligenter annotandis, vel duo libri ſeparati ſint, vel unus in duos diviſus: in quorum uno expenſa pro conſervatione

tione

http://rcin.org.pl

tione Typographiæ, uti pro omnibus inſtrumentis, characteribus, literis, prælis, encauſto, tabulis æreis vel ligneis, ſeu quibuscunque, armariis, ſcriniis Typographicis, pulvinis preſſoriis, pellibus, funibus, funiculis, & hujusmodi rebus innumeris, ſignanter vero & imprimis expenſa pro papyro qualicunque emenda, vel conducenda, exacte inſcribantur. In alio vero expenſa pro hominibus laborantibus, quocunque nomine veniant *Zycer*, *Preſſer*, *Giſſer*, pueri, Correctores Typi &c. ejusmodi enim ſolutiones operarum in Typographia, debent faciliter ſeparatimque patere, ut deſervita mercede nemo privetur; neque alias expenſas cum iis confundi par eſt, id enim obſcuritatem in regeſtris pareret.

IX. (*Liber Papyri emptæ & expenſæ*) Alius liber denique ſit in duos diviſus, in quorum primo annotetur, quantum eſt in conſervatorio Typographico qualiscunque papyri: in altero vero, ſcribatur quantumcunque ex empta Papyro ad Typographiam extraditur, quod ad finem cujuslibet Operis vel Tomi, vel Partis commode fiet.

X. (*Liber Inventarii Officinæ Typogr.*) Tandem Liber Inventarii in quo omnia inſtrumenta, Characteres, Ciſtæ, præla, & cætera ejusmodi, quam exactiſſime inſcribantur; quæ deſtruuntur, deleantur; quæ accedunt, adſcribantur.

XI. Octo iſti pluresvè, de quibus mox dictum libri ſeparati perquam neceſſarii ſunt, ad conſervationem in quam optimo ordine hujus Officinæ, qua in re ſumma Præfecti diligentia, & attentio Rectoris majorem in modum deſiderantur.

XII. Singulis annis hoc eſt Menſe Junii primis diebus, fiat reviſio Bibliothecæ Typographicæ, & libri ſeu numerus librorum ac exemplarium omnium, præſertim quoad extant Voluminis Legum, videantur, & cum manentibus præterito ſemeſtri, conferantur, ac regeſtra hujus Bibliothecæ renoventur. Ad quod faciendum P. Rector duos Sacerdotes ſemper deſignabit, qui non in fidem cujuscunque, ſed propriis manibus ac oculis, ſingulos libros & exemplaria numerent, & annotent.

XIII. Singulis item annis ſemel, primis ejusdem ut ſupra Menſis diebus Junii, vel per eosdem ut ſupra, vel per alios prout Rectori deſtinare libuerit Sacerdotes, fiat reviſio omnium rerum ad Typographiæ Officinam pertinentium, quæ cum inventariis anni præteriti conferantur, & inventaria rerum prout ſunt, exacte renoventur. Reviſiones ejusmodi tam Bibliothecæ Typographicæ quam Typographiæ diligentiæ PP. Rectorũ majorem in modum commendantur, ne unquam mox præfixis temporibus eas negligant, aut negligi ſinant. Et Rectores renovata inventaria, in viſitatione Provincialium producenda, manibus propriis ſubſcribant.

XIV. Jam ſingulis trimeſtribus die ultima Menſium Novembris, Februarii, Maji, Auguſti, regeſtra perceptorum & expenſorum ut dictum ſeparata, tam pro impreſſione librorum, quam pro venditis ex Bibliotheca Typographica libris & compacturis, P. Præfectus Typographiæ P. Rectori afferet, ac fructum pecuniæ remanentem deponet in ſeparata Capſa Typographica, in qua alii redditus Domus



http://rcin.org.pl

non miſceantur, pro ſolis proventibus Typographicis deſtinata, à qua Rector, Depoſitarius & Præfectus Typographiæ diverſas tres claves habeant.

XV. Manentia hæc in Capſa depoſita ānotabitur à Præfecto ut moris eſt, cū titulo *manentiæ* in ſuis regeſtris perceptorum Typographiæ, pro futuro trimeſtri, quidquid vero ex ea P. Rector accipiet, Depoſitarius in alio regeſtro, quod in hac ipſamet Capſa occludetur & conſervabitur, acceptum à Rectore inſcribet: quidquid item Præfectus Typographiæ ex hac Capſa pro neceſſitate Typographiæ accipiet, eidem regeſtro, in hac Capſa conſervando Depoſitarius inſcribet. Quidquid autem P. Rector ex hac Capſa acceperit, regeſtro communium Domus perceptorum ita inſcribetur, *accepti ex Capſa Typographica tot vel tot die N.* Præfectus autem cum ex manentia præteriti trimeſtris futuro trimeſtri calculum reddet, primo ea, quæ P. Rector ex Capſa Typographica juxta regeſtrum in ipſamet Capſa aſſervari ſolitum accepit, in ſuo calculo porriget, deinde ea quæ ipſemet Præfectus ex dicta in Capſa manentia ſumpſit & expendit, connotabit. Ita manentia depoſitæ in Capſa Typographica pecuniæ per Rectorem & Præfectum inde acceptæ, liquidabitur quovis futuro trimeſtri, novique fructus ad eandem Capſam inferentur.

XVI. Quoties autem P. Rector intra trimeſtris cujuslibet curſum, deficiente pecunia, tam in communi Capſa Domus, quam in ſeparata Capſa Typographica, juberet impendi à P. Præfecto Typographiæ ex nummis Typographiæ nondum in Capſa Typographica depoſitis pro aliis rebus Domui neceſſariis, non pro ipſamet Typographia, toties ſchedam ſuâ manu ſubſcriptam P. Præfecto dabit: juxta quas ſchedas expenſa à Præfecto facta regeſtris Menſtruis inducetur. PP. Rectores tamen ad impenſas has Præfectos non obligabunt, dum pro ipſamet Typographia, pro papyro, characteribus, aliisque expenſæ erunt neceſſariæ magisque urgentes. Neque etiam Capſam Typographicam evacuabunt, niſi priùs neceſſitatibus Officinæ omnino ſatisfiat. Præfecti quoque Typographiæ, pro aliis quam veris Officinæ neceſſitatibus, nihil unquam ſine juſſu Rectoris impendent, & ſine ſcheda ab eodem ut dictum ſubſcripta.

XVII. Circa expendendam itaque pecuniam pro conſervatione Typographiæ, rerumque omnium mobilium ad eam pertinentium, hanc P. Præfectus, ubi & quando neceſſariam viderit, faciet; imprimis enim omnino impendendum eſt pro conſervatione quam optima hujus officinæ: in majoribus tamen expenſis faciendis, ſine ſcitu P. Rectoris non faciet, qui nullo modo res neceſſarias, utiles, ac ad fructum Officinæ augendum profuturas præpediet, imo ipſemet ut comparentur maximopere invigilabit; quod ſi Rector præpediret, id quod neceſſarium & utile Officinæ huic eſſet, Præfectus, per Conſultores Domus apud eum ageret, qui ſi non audirentur, ad P. Provincialem recurſus fieret, vel per Præfectum Typographiæ, vel per Conſultores Domus. Nihil enim injuſtius, quam fructum ex Officina trahere, & Officinæ neceſſaria ac utilia non providere. De expenſis in homines in Typographia laborantes faciendis per ſe patet, eas à Præfecto fieri debere, & Regeſtris duntaxat exacte inſcribi.

XVIII.

http://rcin.org.pl

XVIII. Pecunia quæ ex Volumine Legum pro fabrica Domus deſtinata eſt, hanc Rector in Fabricam domus omnino convertat, vel convertendam ſeparatim omnino conſervet.

XIX. Et cum in adminiſtratione immediata Typographiæ maxima Præfectorum fidelitas ac integritas unice neceſſaria ſit, furtique ac proprietatis criminibus id omne per Canones legesque noſtras ſubeſt, quidquid non in Domus ac Officinæ emolumenta & neceſſitates infideliter verteretur, proinde etiam pro ſuo veſtiario Præfectus ſine ſcitu Rectoris nihil expendat, & fideliter expenſa, in regeſtris annotet, Rector vero niſi negligens officii ſui bonique Domus ſuæ ſit, nunquam omnino tam menſtruas regeſtrorum quam annuas Bibliothecæ Typographicæ, quam denique annuas rerum totius Typographiæ reviſiones, librorum & inventariorum luſtrationes omittat. Sub oculis hæc habet, nec iter illi ullum conficiendum eſt: villam habet domi ſub eodem tecto. Quid autem mirum typographiam, alias perquam exiguum attuliſſe fructum, ſi Rectores aut debite eam nō inſpexerint, aut neceſſaria Officinæ non providerint.

XX. Præfecti jam quidem nulla aut exigua rerum Typographicarum experientia præditi plerumque ſunt, cum officium ineunt, ſed dum ad illud ſe ſe totos applicent, induſtriique ſint, & facile munus ſuum diſpicient, & plurimum recta fideli & diligenti Officinæ hujus adminiſtratione Domui proderunt. Fruſtra eſt, ſi tantummodo expectent ut continuo nova opera illis prælo ſubiicienda afferantur, quæ in celeberrimis typographiis etiam in exteris plerumque deſunt. Sed Conſilio Doctorum prudentumque adhibito, Libri qui æſtimantur rarioresque in Polonia ſunt, reimprimendi ſunt: in Spiritualibus, Hiſtoricis, Geographicis, Philoſophicis, Theologicis, Moralibus, Politicis, OEconomicis, & ad Scholas pertinētibus materiis. Qua in re nedum eos Rectores præpedire non debent, ſed & jubere ut id faciant, & omnimodis juvare. Delecto aliquo utili libro qui majore impenſa egeat, modus, cujus in exteris perpetuus uſus eſt, ut vocant *Subſcriptionis*, ſeu *anticipatæ collectionis* utiliter adhiberi poteſt, qui in Volumine Legum ſatis bene ſucceſſit.

XXI. Lucrum è bonis libris certum eſt, commercio cum Bibliopolis in præcipuis Civitatibus provide conſtituto, dum non nimio vendantur. Pretium Rector conſtituat procul ab umbra uſuræ. Ex eo quod hæ merces multo tardius vendantur, ſatis ſuperque eſt ſi juxta exemplarium numerum quinque, ſex, vel ſeptem à centum impenſa afferat Grammaticæ & alii pro Scholis libri quam fieri poteſt mediocri pretio vendantur, ut Studentes facile eos poſſint emere, in quo maxime Rectorum juſtitia & charitas deſideratur. Et ut pauperibus Grammaticæ & alii libelli exemplo Beati PATRIS gratis dentur.

XXII. Præfecti ſolicitiſſime curent, & inceſſanter quotidie & ſi fieri quavis hora poteſt invigilent, ut omnia è prælo mundiſſime, nitidiſſime typis impreſſa prodeant, qua in re cum rudibus operis nulla ſatis diligentia eſt. Papyrum perfectam, fortem, albam, in qua bene ſcribi poſſit, ſemper adhiberi curent, non ut vocant bibulam cujus uſum bonæ Typographiæ non norunt, & quæ bonos etiam

cha-

http://rcin.org.pl

characteres deturpat. Pretium potius pro papyro dum ſemper bona ſit conveniens repetatur. Conſvetudo itaque turpis viliſque chartæ emendæ è noſtra typographia tollatur, & iis id qui volunt aliquid typis dare facile perſuadebitur.

XXIII. Sed plus adhuc diligentiæ ac attentionis in Præfectis requiritur, ut omnia emendate, caſtigate, optimaque ortographia abſque erroribus imprimantur, quo nomine officina hæc male audiit. Jd ſine aliqua impenſa fieri nequit: ſed nullus modus omittendus, ut hac turpiſſima nota ſemper liberetur: etiam altera vel tertia addatur reviſio, Correctorq; ſit Vir literatus & diligens.

XXIV. Patres Provinciales magnopere curabunt, ut artem *Giſſer* ſemper aliquis è noſtris edoceatur & exerceat, qui literas continuo fundat: & unum duosve diſcipulos è noſtris operariis ſemper habeat. Jtem quo ad fieri poteſt ut noſtri FF. Operarii artes *Zycer* & *Preſſer* exerceant, quorum debitæ commoditati cum ſcitu Rectoris Præfectus provideat. Characterem aliquem elegantem ab externis conduci quandoque prodeſt, ſed & proprii ſatis elegantes ſunt, dum diligenter circa eos laboretur, & conſerventur.

XXV. Præfectus circa Officinæ integritatem, munditiem, pavimentum, feneſtras, ciſtas, tecturas ciſtarum, præla, inſtrumenta & cætera hujusmodi innumera ſummopere invigilet ut omnia ſint prout eſſe debent, nihilque deſit, omnia debite ſerventur, & reparentur. Papyrum, materiam, pro literis aliisque, chordas, ligna & id genus neceſſaria tempeſtive, ſuisque ſemper temporibus emat.

XXVI. Operarios externos tam in Typographia, quam extra Typographiam exacte ſolvat, ut è menſe in menſem debita non relinquantur.

XXVII. Libri vel Auctorum ſeu cujuscunque externi, vel Typographiæ propriis, impenſis imprimuntur, in utroque caſu furtum, & peſſima fides additio exemplarium. Quare nulla ratione, nullo prætextu Præfectus Typographiæ pro ſe, vel pro Domo, vel clam pro aliis exemplaria ulla addere, aut addi permittere poteſt. Qua in re & religio ac juſtitia & humana honeſtas ac fides cuivis ac Domui, ſervandæ ſunt. Unde infidelis hac in parte Præfectus, etiam amovebitur. Qui enim alios juſtitiam erga proximum docemus, eam cum primis nos ſequi oportet, quæ turpis lucelli amore nequaquam violanda eſt. Sive Authori, ſive Domui furtive ſubducitur, quidquid privatæ cuicunque Perſonæ in hoc genere lucri cedit. Dum vero Præfectus ſit innocens, facile alios faciet hujus criminis innocentes. Nemini ergo ex Typographis etiam, addere exemplaria unquam permittet, & furti reos puniri aut pelli faciat, vel pro prudentia maleficio huic ſemper ſtudebit occurrere. Attentio ejus ad prælum per ſe vel alios perneceſſaria eſt. Vix quidem his furtis obviari poteſt, ſed ſaltem ſæpius poteſt. Noſtri Fratres Operarii ad prælum quo ad fieri poteſt, adhibendi ſunt. Quæ ſecreto imprimi oportet, ut plerumque contingit, in ijs majorem etiam diligentiam ac vigilantiam Præfectus adhibebit: etiam, (ſi res tanti momenti eſt:) religioſa ſponſione adigendo, &c: Præfecti ſolius attenta ſolicitudine fidelitas hæc eorũ qui in Typographia laborant, pendet. Jpſe bene concipiat, quam injuria illicita ſit, quam bona fama turpiter ſæpe vapulet, & perfidiam hanc totis viribus avertere curabit: Hoc duntaxat.

http://rcin.org.pl

taxat excepto, ſi Author ipſe ſeu qui ſolvit, vel ſi domeſtica eſt pecunia, ſi Rector, conſentient, ut certus numerus exemplarium ſeu Præfecto ſeu aliis, typographisque addatur, qua in re ultra præfixum numerum pro conſcientia & honeſtate non procedatur. Peti ergo Auctores & poſſunt, & aliquando ſolent: ſed iis invitis & inſciis, honeſtis hominibus, quid jam religioſis, ſecus nihil licet. Hæc ergo honeſta agendi ratio Præfectis maximopere & res hæc etiam PP. Provincialibus in Viſitationibus magnopere examinanda commendatur.

XXIII. Jam Rectores ipſi & Præfecti Typographiæ ſi aliquid typis imprimunt ex ſuis operibus, æque ut alii ſolvent, non illorum enim Officina eſt, ſed Domus. Si quid contrarium evenerit, Patri Provinciali & Conſultoribus Domus deferatur.

XXIX. PP. Præfecti diligenter advertant ne Grammaticæ aliique libri Scholaſtici, qui pro Scholis imprimi ſolent, unquam deſint, cum magno Scholarum incommodo, ſed eos tempeſtive imprimi curent, ut ſemper, cum iis opus eſt, ſuppetere poſſint: cujus rei negligentia non parvæ confuſionis in Scholis cauſa eſſe ſolet.

XXX. De conducendis aliunde pro commodo Domorum noſtrarum libris videant Præfecti Typographiæ Parte II. §. III. *Nro 4. &c.*

XXXI. Rerum quæcunque imprimuntur exemplaria duo ad Bibliothecã Domus dari debere, vetus conſuetudo, & tot Provincialia ſtatuta præſcripſerunt. Quare nullius amoris boni communis, magnæ autem incuriæ nota eſt in Præfectis, qui rem hanc tam Domui utilem, & adeo facilem, aut per oblivionem, aut contumaciter negligunt. Dum poſſunt pro ſe ipſis facultatem ab Authoribus qui aliquid imprimunt non difficulter obtinere addendi unius duorumve exemplarium, evidens profecto eſt, poſſe illos, dum ſuæ obligationis meminerint, & pro Domo aliquod exemplar facile obtinere. Hoc igitur eorum commendatur vigilantiæ.

XXXII. Circa jura Typographiæ manutenenda, præſertim quod attinet ad Typographiam Regiam & Reipublicæ, juxta tam copioſa Privilegia, tam Rectores quam Præfecti, ut continuo invigilent, nec injuriam juribus Officinæ irrogari patiantur, majorem in modum pro officii munere & conſcientia obligantur.

XXXIII. Denique legis communis tam Eccleſiaſticæ, quam Civilis meminerint, nihilque quod debita Superiorum Auctoritate approbatum non ſit, ad Typis imprimendum admittant. Jn rebus præſertim, quæ fidem, mores, Principem & Rempubl: tangunt, ſine cenſura & approbatione ordinaria nihil omnino imprimant. Jn majoris momenti negotiis etiam rem Miniſtris Regni communicent. Jnter partes ſibi adverſas neutram præferant, ſed utrique idem præſtent, cum approbatione ſemper debita. Si contingat, (quod quam rariſſimè contingere debet, & ne etiam unquam contingat avertendum eſt) ut aliquid imprimendum ſit non habita adhuc cenſura, & approbatione, quæ tamen certo ab Officio ſperatur (nam alias ſaltem abſque certa approbationis ſpe nihil omnino imprimi debet.) eo caſu res Typis impreſſa nullo modo ulli, etiam Auctori extradatur, donec Officio præſentetur, ac cenſura & approbatio omnino obtineatur. Folia quoque ut ajunt vo-

lantia

http://rcin.org.pl

lantia & breviora huic legi ſubſunt, niſi prudentia ipſa oſtendat res eſſe minutas nulliusq; conſequentiæ: videatur tamen ſemper ne ad reſpondendū de re aliqua cogamur, ac incommodis involvamur. Quæ vero Principis juſſu, aut ex Cancellariis, vel Theſauro Regni, ac M. D. Litt: imprimenda mandantur, de ijs imprimendis per ſe liquet, præſertim cum ſit hæc Regia & Reipub: Typographia.

# ORDINATIO
## De Aliquibus.

175. I. CUm in ſeparatione Provinciæ Lithvanæ ſex Domus à Provincia Polona erectæ PP. noſtris Lithvanis conceſſæ fuerint, jamque nunc benedicente Deo eorum laboribus, plures iiſdem acceſſerint, quamvis cauſa quædam pro habenda adhuc aliqua à nobis Domo per eoſdem Romæ apud PP. Generales mota, penitus ceſſarit, rationesque juſtiſſimæ, & manifeſtationes ex parte Provinciæ Polonæ expoſitæ omne dubium ſuſtulerint, nihilominus ſi unquam cauſa eadem fortè excitaretur, Authoritate præſentis noſtræ Viſitationis Apoſtolicæ in perpetuum inhibemus, ne unquam PP. Provinciales Poloniæ ullas de aliqua Domo in Regno Poloniæ Lithvanis cedenda, conventiones inire, ſive privatim, ſive cum Cōgregatione eorum Provinciali audeant, imo ut avulſionem damnoſam & injuſtam omnimodis præcaveant. Conventionem quoque ut prætenditur Romæ An: 1742. factam, contra quam P. Staniſlaus Konarſki à S. Laurentio Provincialis tum Provinciæ Polonæ, in Actis Provinciæ ſolemnem juratamque Proteſtationem eodem mox anno depoſuit & inſeruit, quod nimirum nihil quidquam de ea Romæ præſens audiverit, de ea penitus ignoraverit, & quod neque illi à P. Provinciali Lithvaniæ unquam propoſita fuerit, quamvis ejus mentio in quadam ſpecie Decreti ſubreptitii, quaſi dati ſub tempus Capituli Generalis, anni ejusdem 1742 facta fuerit, eandem itaque nullius valoris, imo nullam eſſe declaramus. Omnis vero charitatis Fraternæ cum prædicta Provincia Lithvana obſervatio, & quæ eidem à nobis poſſint reddi obſequia ac officia noſtris majorem in modum commendantur.

II. *De Convictu Łucovienſi:* Salva erectione Principis Szaniawſki Epiſcopi Cracovienſis Fundatoris, declaramus Regentem Convictus Łucovienſis ultra mentem Fundatoris à Rectoribus Domus Łucovienſis in œconomicis diſpoſitionibus non dependere, nihil illum aut Convictum Domui Noſtræ Łucovienſi pendere aut providere obligatum eſſe. Nihilominus ſi Regentes aut Vices-Regentes ſuo officio non ſatisfaciant, idque certo Rectori conſtet, aut male nutriri veſtirique Convictores, aut illorum ſtudiis non debite invigilari, eos commoneat, quod ſi non profecerit, Patrem Provincialem præmoneat, & quidquid ab eo commiſſum fuerit executioni demandabitur. Jam Viſitationes Convictus per P. Provincialem circa proventus & expenſas, ac circa educationem juvenum cum Domus Łucovienſis viſitatur inſtituentur. Et quoniam par eſt, ut ſingulæ Domus noſtræ ad Æra-

riolum

http://rcin.org.pl

riolum Provincialis aliquid inferant, æquum omnino eſt, ut etiam Convictus Lucovienſis cui Noſtri inſerviunt, in rem Provinciæ aliquid contribuat, præſertim cum Domus ſeparata ſit, fixosque habeat redditus, ex iis proinde ſecundum conventionem ſolvet. Præfectus Convictus per omnem juſtitiam, honeſtatemque obligatur, ut in victu potuque, in veſtitu, in lectiſterniis, Convictoribus debita præſtet commoda, juxta Fundatoris mentem, numerumque ſemper præfixum teneat. P. Provincialis majorem in modum invigilet, ne quo ad ſupradicta ſordidè viliterque tractentur, ac ne numerus Convictorum minuatur, & in Præfectum negligentem ac incurium graviter animadvertat: Cumque hæc Domus ſatis bene fundata ſit, præter obligationes à Fundatore impoſitas, quæ exactiſſimè in nutriendis decenterque veſtiendis Convictoribus adimpleri debent, ope bonæ œconomiæ poteſt ſemper redituum bonam partem pro aliqua utilitate reſervare;hæc vero utilitas in augmentum hujus ipſius Domus verti omnino debet: adjungi nimirum aliqua cubicula & ibidem Filii Nobilitatis Lucovienſis aliive locari, non in Szaniaviana ut Epiſcopus præcavit Fundatione, ſed pro mediocribus à ſingulis penſionibus. Tum Provincialis Convictum hunc, pro minus opulenta Nobilitate perutilem ordinaret, pluribusque è noſtris prout opus eſſet illum augeret, ac conſuetudines Collegii Varſavienſis proportione ducta eidem applicaret. Convictus quidem non eſſe multiplicandos omnis prudentia ſuadet, ut alibi cautum eſt, ſed Convictum hunc, quandoquidem jam exiſtit perficiendum eſſe utilitas publica jubet.

III. Fundationes pro alumnis in certis locis, ut Stutini, Radomiæ, Vargai &c: ſummæ PP. Rectorum ſolicitudini, & PP. Provincialium vigilantiæ commendantur, ut debitus alumnorum numerus commodè juxta mentem Fundatorum & redditus conſerventur.

IV. Cum Germanica lingua Germanisque Provincia multis in locis & Officiis egeat, ingratum vero ſit, aliquos ex Germanica Natione apud nos Profeſſos & educatos tædio natalis ſoli ſe ſe in Patriam proripere, quamvis ſint & tales qui bene de Provincia mereri non ceſſant, eidemque ſint utiles, & honeſtiſſimi graveſque viri: nihilominus, ut nonnullorum levitati Provinciæque damnis occurratur, P. Provincialis imprimis à P. Generali, ac Congregatione Generali obtinere curet Decretum perpetuum, ut Profeſſos in Polonia Germanos ſeu alterius nationis, nulla Provincia alia, ad ſe confugientes, vel admitti petentes, unquam recipere poſſit, Patresque Provinciales aliarum Provinciarum,eos acceptare omnino recuſent, ſed mox illos, ſi talis caſus eveniret, in Provinciam Polonam expediant & redire jubeant. In eodemque Decreto ut ſerio præmoneantur Germani ſeu quicunque externi in noſtra Provincia profeſſuri, non poſſe illos petere nec ſperare tranſitum ad alias Provincias, ſeu ad eorum Patriam, quæ conditio ipſis antequam veſtiantur, & antequam profiteantur graviter inculcetur: adeoque etiam in conſueto Profeſſionis emiſſæ quod ſcribi & ſubſcribi manibus profitentium ſolet, inſtrumento, poſt omnia, hæc etiam verba ſubſcribant. *Conditionem propoſitam mihi, ne tranſitum ad aliam Provinciam Patriamque meam unquam expetā,*

Gg *ſpontè*

*ſponte libere ac deliberate acceptavi, ita ſubſcribo NN.* Tali Decreto à Congregatione Generali obtento hacque Conditione, Germani aliique qui volent, admittantur. Sed etiam inſuper commoneantur, neque licentiam proficiſcendi in Patriam eos, ſolicitare debere, quod eſſet cum incommodo Provinciæ, quæ nunquam permittatur à Provinciali ejusque Congregatione niſi in graviſſima aliqua, & evidenter inevitabili neceſſitate. Procurandum denique eſt, ut pro neceſſitate Provinciæ Varmienſes, aliive in Polonia Germanicam linguam callentes, admittantur. Quicunque tandem illi ſint, norint, nullum penitus diſcrimen, eos inter ac Polonos in Provincia eſſe ac fore, dum probi ſint, ac de illa quam optimè mereri ſtudeant.

V. De Statu Domorum Romam ad Capitulum Generale mittendo. Status hic cujuslibet Domus & Reſidentiæ paucis ac neceſſariis expedietur, ut ordinariè ſit in uno extenſo folio, craticula facta, in qua ſuper prima linea horiſontali Nomina Domorum omnium ac Reſidentiarum, in linea vero perpendiculari ſeu laterali tituli ſeu nomina rerum ſcribantur. Qui tituli ſeu Nomina ad hæc pauca reducuntur: Fabricæ. Reditus. Perſonæ Religioſæ. Familia Domeſtica, Scholæ. Miſſarum obligationes. Ex his cujusvis Domus res omnes facile intelligentur. In ſpatiis craticulæ ad ſingula hæc pertinentibus breviter omnia ſcribantur. *v. g. Fabricæ* Eccleſia, è muro vel lignea, addi poteſt Elegans: Magna; Cæpta; vel quid ſimile. Domus è muro commoda; vel parva; vel lignea, Scholæ è muro, vel ligneæ, commodæ. Officinæ è muro vel ligneæ. Hortus. *Redditus:* Ex fixis & accidentalibus proventibus, circa tot vel tot Scutata annua. Scutatum vero ſunt noſtri ferè octo floreni. *Perſonæ Religioſæ* tot vel tot. *Scholæ*, numerus Diſcipulorũ in annum, circa tot vel tot. *Familia ſervilis* perſonæ tot vel tot. *Miſſarum Obligationes*, in annum tot vel tot, ſexennio abſolutæ omnes, vel manent abſolvendæ tot. Si libet huc addere teſtimonia de Recollectionibus annotabitur in ſua Craticula: abſolverunt omnes. Alia rerum farragine ſtatus hi infarciendi non ſunt. Novitiorum præterea qui Profeſſi ſunt per ſexennium, & mortuorum Catalogi mãdari ſolent. Teſtimonium de Miſſis abſolutis pro Suffragiis noſtrorum, in Craticula de obligationibus Miſſarum in ſingulis Domibus apponetur, his verbis: *Suffragia pro noſtris abſoluta, vel manent tot ad abſolvendũ.* Folium ejusmodi ſtatum omnium Domorum Provinciæ continens Præſes & Secretarius Capituli Provincialis ſubſcribet.

VI. Jam omnia quæ his quinque partibus Ordinationum Viſitationis Apoſtolicæ continentur, nihil aliud ſunt, quam noſtræ Regulæ & vetera ac nova Statuta Provincialia, in memoriam revocata, collecta in unum, ad circumſtantias caſus & praxim reducta, quæ natura ſua ut liquet obſervari debent. Nihilominus, ſi in his univerſim ordinationibus, vel ob paucitatem adhuc noſtrorum, vel ob proventus aliquarum Domorum aut Provinciæ revera non ſufficientes, vel ob hujusmodi juſtam certam & evidentem cauſam, aliquid pro meliore ordine Provinciæ conſtitutum, nunc fortaſſe ad executionem deduci nondum undequaque poſſet, Patres tamen Provinciales imprimis, Exprovinciales, Aſſiſtentes & Conſultores

Pro-

http://rcin.org.pl

Provinciæ, Omnesque PP. Superiores majorem in modum obligantur, & obſtringuntnr ac conſcientia eorum coram Deo oneratur, ut per amorem boni communis nunquam curam remittant, omnia, mox cum fieri poteſt, ad executionem deducendi. Neque ſi quid fortè ob dictas rationes juſtas differretur, jam pro re tali quæ non obliget, haberi aut negligi, neque ſi à quocunque, aut quibuscunque conſueta hominibus negligentia, aliquid fortè non obſervaretur, id in exemplum ac præjudicium, trahi unquam ſinant; ſed omni meliore modo, totisque viribus, pro munere & loco ſuo dilata ex neceſſitate, tandem exequi, & quamtocius fieri poſſit adimpleri, non obſervata ſemper corrigere; & ad debitam obſervantiam, tam in Domeſtica quam in Scholaſtica Diſciplina, cum Divina ope omnia reducere, ad Majorem DEI Gloriam, Animarum Salutem, Eccleſiæ Obſequium, Provinciæ Patriæque bonum, contendant, & ſatagant, tanquam Officii neglecti ſtrictam DEO rationem reddituri.

Ad Majorem DEI Gloriam B. V. MARIÆ Honorem.
& B. P. N. J. C. Laudem.

FINIS.

http://rcin.org.pl

http://rcin.org.pl

# JNDEX
## ORDINATIONUM VISITATIONIS APOSTOLICÆ.

P. magnum primum, *ſignificat Partem.* P. magnum ſecundum, *ſignificat* §. P. magnum ſolum poſitum *ſignificat itidem Partem.* p. parvum *ſignificat paginam.* n. *ſignificat numerum.* punct: *ſignificat punctum.* ſequ: *ſignificat ſequēte vel ſequentibus.* v. *ſignificat vide.* m. *ſignificat etiam.* Partes, Paragraphi, & Puncta, notantur numero Eccleſiaſticô, uti & in ſerie, paginæ vero & numeri, numerô ordinariô Scholaſticô.

## A. A. A.


Actus Scholaſtici. *A Secretario Domûs, libro ad id deſtinato inſcribendi, & tempore Viſitationis, Provinciali exhibendi.* P. II. P. I. p. 45. & ſequ. n. 14. & ſeq.

*Actus Scholaſtici & alia ad Scholas pertinentia quomodo procedant, Rectoris curæ primo incumbit.* P. II. P. III. p. 58. n. 70.

*Actibus Scholaſticis Rectores inprimis & indiſpenſabiliter cum omnibus aliis Patribus intereſſe tenentur, & quare?* P. II. P. III. p. 61. n. 82. *Quæ præſentia ſingulis vicibus à Secretario Domus inſcribenda.* Jbid:

*Actus Scholaſtici in Scholis publicis, recreationum diebus expediendi.* P. II. P. III. p. 64. n. 94. *Et quidem mane, & cujus Scholæ, quibus diebus?* P. IV. P. XII. p. 77. n. 224.

*Actus Scholaſtici quales & quot in unaquaque Schola expediendi.* Vide *ſub Scholis ſingulis, uti Thlia, Phlia, Rhetorica, &c.*

*Actus Scholaſtici publici & privati Collegii Nobilium.* P. V. P. II. p. 131. n. 21. & ſequ. *Ad quid circa illos expediendos Rector Colli* Nobilium *& Profeſſores obligantur.* Jbid:

Alumnatus. *Fundationes pro alumnis in certis locis uti Stutini, Rudomiæ, Varenzi &c. PP. Rectorum ſolicitudini & PP Provincialium vigilantiæ commendantur, & in quibus?* P. V. p. 233. punct. III.

Archivum Provinciæ *Varſaviæ exiſtere debet, circa quod diſponitur* ¦ P. I. P. II. p. 18. n. 57.

Archiva Domorū & Archiviſtæ. Archiva *à Rectoribus ordinanda, & in sūmaria (quæ in Viſitatione produci debent) redigenda &c:* P. II. P. IV. p. 69. n. 112. & ſeq.




http://rcin.org.pl

*Ad quod opus in defectu Noſtrorum,etiam externus, fidelis adhiberi poteſt.* Jbidem. *Res majoris momenti & ſecreti ſeparatim reponendæ.* Jbid. *Si quæ ex Archivis documenta accipiuntur, et Patronis ac Procuratoribus traduntur, adnotanda, & reverſalia accipienda, quæ poſt reddita documenta, mox dilaceranda* Jb n. 115.

Archiviſta Provinciæ *conſtituendus, cujus quæ ſunt munia & partes.* P. II. P. IV. p. 69. n. 116.

Arithmetica. *Arithmeticæ Studium quantopere in Scholis noſtris præſertim inferioribus inſtituendum.* P. IV. P. III p. 14. n. 47. *In Grammatica* P. V. P. VI. p. 25. n. 90. *In Syntaxi* P. IV. P. VII. p. 29. n. 104. *In Poeſi* P. IV. P. XII. p. 77. n. 222. *Quo tempore.* Jbid.

Arma. *Armorum genus omne Noſtris prohibetur.* P. II. P. V, p. 80. n. 152.

Atramentum. *Atramenti uti & candelarum ac papyri ſingulis Religioſis adminiſtratio, inter alia pertinet ad PP. Superiorum charitatem.* P. II. P. III. p. 57. n. 66.

Aſſiſtentes Provinciæ. *Aſſiſtentium & Conſultorum Provinciæ Electio.* P. I. P. I. p. 11. n. 11.

*Aſſiſtentium, Ex-Provincialium, & Conſultorum Provinciæ via pro Capitulo Provinciali, à Rectoribus domorum in quibus manent, providenda.* P. I. P. I. p. 15. n. 36.

*Aſſiſtentes & Conſultores Provinciæ in domibus Varſavienſibus manere debent.* P. I. P. v. p. 27. n. 142. *Jidē ibidē poſſunt obire alia munia Inſtituti.* Jb: n: 143.

Aſſiſtens Primus. *Aſſiſtentis Primi munus initio Capituli Provincialis.* P. I. P. I. p, 10. n. 3.

*Aſſiſtentis Primi antiqui quæ ſunt munera poſt Caplum Provle & circa Electiones.* P. I. P. I. p. 13. n. 31. Jtem. p. 15. n. 39. *Vbi etiam providetur in caſum mortis ejus. Eidem res omnes ad Provincialis Officium pertinentes, & pecunia, pridie* Capituli *à Provinciali reddenda, & ab Aſſiſtente, futuro Provinciali.* P. I. P. II. p. 19. n. 62. & ſequ.

*Aſſiſtenti Primo quid competit poſt Capitulum Provle circa diſpoſitiones Perſonarũ.* P. I. P. II. p. 15. n 40 *Idem adeſſe & ubi debet pro inauguratione Provlis.* Jb n. 45.

*Aſſiſtens Primus ſemper tam ordinarias, quam extraordinarias Congregationes ſignificabit.* P. I. P. V. p. 28. n. 146.

## B. B. B.

Bibliotheca & Bibliothecarius. *Bibliothecarum cura præprimis Rectoribus incumbit.* P. II. P. III. p. 61. n. 83. *Quibus libris illæ potiſſimum ſunt augendæ.* Jb. n. 84. *Bibliothecarii conſervatio.* Jbid: p. 61. n. 84.

*Ex Bibliotheca libri non exportandi ſine ſcitu Bibliothecarii, & antequam inſcribantur manu propria cujusque exportantis. Ad quos inſcribendos, liber ſit diſtinctus, cum quo, menſe Januario & Junio cubicula omnia obeunda &c:* Jbidem. p. 62. n. 86.

*Bibliothecarum neceſſariis libris augendarum, quanta ſit neceſſitas ad promovendam*

rem

http://rcin.org.pl

*rem literariam, & quam maxime Provincialibus, Rectoribus, & Præfectis Typographiæ incumbat illorum cura.* P. IV. P. XIII. p 123. n. 272.

Bibliotheca Provinciæ. *Bibliothecæ Provinciæ libri abſque ſcitu Provincialis de domo in domum non tranſportandi, ſub iiſdem pænis, ac libri domeſticarum Bibliothecarum.* P. II P. III. p. 62. n. 87.

*Quis modus inſcribendorum ejusmodi librorum.* Jbid: *Cum libris domeſticis non miſcendi.* Jbid: *Quis uſus illorum.* Jbid. *De Indice illorum transmittendo,* Jbid: *De auctione & conſervatione illorum, ac pæna male tractantium ejusmodi libros.* Jbid.

Bibliotheca Coll: Nobil: *Bibliothecæ libri inſcripti, ad idem Coll: applicandi.* P. V. P. II. p. 145. n. 60. *ubi & plura vid: de Bibliotheca & Bibliothecario Coll: Nobilium.*

Bireta, vide Veſtiarium.

## C. C. C.

Calceamenta Noſtrorum. vid: Veſtiarium,

Calefactio. *Circa commodam fornacum calefactionem tam in communi Oratorio, & Refectorio quam in aliis cubiculis quotidianam, PP Superiorum charitas ſummopere obligatur.* P. II. P. II p. 57. n. 66.

Calefactores. *Calefactorum conſervatio & ſolutio.* P. II. P. V. p. 77. n. 144.

Candelæ, (*uti & Papyrus, & Atramentum*) *à Superioribus commodè providendæ.* P. II. P. II. p 57. n 66.

Candidatores *pro eligendis Candidatis ad domorum regimen, præter Præſidem Capituli Provlis, duos Aſſiſt: & duos Conſul: erunt etiam Commiſſarii, electi ad recipiendas rationes adminiſtratæ Provinciæ à P. Provli.* P I P I. p. 12. n. 14.

Candidati ad regendum. *Candidatorum pro regenda Provincia electio, uti & aliæ ſub eodem actu.* P. I. P. I. p. 11. n. 10. & ſeqq.

*Quæ fieri debet die 2da Auguſti, non impeditâ.* Jbidem.

*In Candidatum ad regendam Provinciam, in Præſidem Capituli, in Aſſiſtentem, in Conſultorem Provinciæ, Vocalem Romanum, Ex Provincialis, ſeu immediati triennii Provincialis, eligibilis non eſt, in ſolo Capitulo immediato.* P. I. P. I. p. 11. n. 7. *Attamen eſt eligibilis, in Candid: ad regendam quamcumque domum.* Jbid: n. 9.

*Candidatorum pro regendis domibus electio.* P. I. P. I. p. 13. n. 29. & ſeq.

*Candidatorum quorumcumque Electio Romam mox expedienda.* P. I. P. I. p. 13. n. 31.

Candidati ad Novitiatum *quales eſſe debeant. Delectus illorum. Serium Examen. Jurata teſtimonia. Metrica, &c: Neceſſaria. Modus devehendi. &c: Ad Rectorum, Præfectorum, ac Profeſſorum vigilantiam modis diſtinctis referuntur.* P. II. P. V. p. 76. n. 140.

*Qui cauſam amittendi Candidati præbuerit, graviter Provincialis in illum animadvertat.* Jbid:

*Candidato ad Novitiatum teſtimonium proceſſum quemdam vitæ ejus continens, quale à Rectore Domûs, Præfect: Schol: & tertio Sacerdote dandum eſt.* P. III. P. IV p. 106. n. 64.



http://rcin.org.pl

*Candidati ad Novitiatum ſine teſtimonio Metrices non mittendi.* P. III. P. IV. p. 106. n. 65.

*Ad illos ad Novitiatum conducendos, Patres graviores deſtinandi, qui omnia eorum fideliter P. Rectori Domûs Probationis reddant.* Jb: n. 66.

*Candidato ad Novitiatum res neceſſariæ, ſine moleſtia ulla Parentibus aut Tutoribus ſi tamen ſunt in Statu, ab illis quorum intereſt, proponendæ.* P. III. P. IV. p. 106. n. 66. *Quæ illæ res neceſſariæ.* Jbid: *Regeſtrum iſtiusmodi rerum triplex conficiendum, & quomodo diſponendum, etiamſi Candidati à ſe ipſis dependeant.* Jbid. *Candidatorum ſocii ſi quid ſibi ex rebus illorum approprient, puniendi.* Jb.

*Candidati ad Novitiatum tempeſtivè mittendi, ut ante feſtum Aſſumptionis vel in Auguſto veſtiantur, quatenus Profeſſionem emittant in feſto Aſſumpt: & poſt ad domum Profeſſam pro Studio remittantur.* P III P. IV. p. 109 n. 72.

*Si verò ſeriùs aliqui tribus. aut quatuor menſibus caſu veſtiantur, tempeſtivè P. Provincialis præmonendus, ut à P. Generali diſpenſationem poſſit obtinere.* Jbidem.

Capilli, *quomodo à Noſtris portandi.* P. II. P II. p. 52. n. 44.

Capitulum Provinciale *à die* 31. *Julii inchoandum.* P. I. P. I. p. 10. n. 1.

*Capituli Provincialis Perſonarum legitimatio.* Jbid: n 3.

Capituli Præſes. *Capituli Præſidis electio.* Jbid: n. 4. & ſeq.

*Capituli Præſes ad quæ munera non poteſt, & ad quæ poteſt eligi.* P. I. P. I. p. 11. n. 8. &. 9.

*Capituli Præſidis partes.* Jbid: p. 15. n. 38. *Cujus auctoritas ceſſat cum Capitulo.* Jbid: n: 39.

*Provincialis anno Capituli quid facere debeat ante Capitulum.* P. I. P. I. p. 14. n. 32. & ſequ.

*Jn Capitulis Provincialibus ſecretorum ſuffragiorum modus.* P.I. P. I. p. 12. & 13. n. 16. & ſequ.

*Capituli Provincialis futuri locus à Præſide Capituli immediati determinandus.* P. I. P. I. p. 14. n. 34.

*Qui locus facile non mutandus, nec ſine conſenſu Rectoris in cujus domo celebrandum erat.* Jbid.

*Pro Capitularibus Perſonis ſolutio.* P. I. P I. p. 14. n. 35.

*Capituli Provincialis tempus non ultra dies* 12. *durare debet.* P. I. P: I. p. 14. n. 35.

*Pro Capitulo Provinciali via Aſſiſtentium &c*: vid: *Aſſiſtentium &c*:

*In Capitulo Provinciali ante electiones, conſultationis tempus.* Jb: p. 15. n. 37.

Capitulorum localium ante Provinciale intimatio, *Quo tempore facienda à Provinciali.* P. I. P.I. p. 14. n. 33.

*Capitulorum localium ante Provinciale celebrandorum tempus.* Jbid:

*In Capitulis localibus modus ſuffragiorum ſecretorum, idem qui & in Provlibus.* P. I. P. I. p. 13 n. 26.

*Provinciales in Capitulis localibus nullomodo ad electionem Vocalium concurrere debent.* P. I. P. II. p. 18. n. 58.



http://rcin.org.pl

Capitula Culparum *à Rectoribus feriis ſextis non intermittenda.* P. II. P. I. p: 44. n. 9.

Capſa Provinciæ, Præfectus ſeu Procurator illius, & Subſtitutus. *Capſæ Provinciæ per P. Jgnatium Konarſki in ſubſidium pauperum domorum pro juvandis earum fabricis erectio Ordinationibus Apoſtolicis inſeritur & approbatur.* P. V. p. 214. n. 154. punct: I.

*Procurator illius à Caplo Provli eligendus vel confirmandus, & quomodo hæc confirmatio intelligenda.* Jbid: punct: II.

*P. tamen Jgnatius Konarſki, uti primus Erector, niſi ipſe nolit, ad vitæ tempora adminiſtrabit.* Jbid.

*Quid ſi intra Officii triennium contingeret culpa amotione digna.* Jbid. P. V. p. 215. punct: III.

*Jn omnem eventum etiam Subſtitutus in Caplo Provli eligendus, cujus quæ ſit poteſtas & jura.* Jbid: punct: IV.

*Forma juramenti pro Procuratore & ſi hic ceſſaret vel moreretur, pro Subſtituto.* Jbid: punct: V. & VI.

*Forma item alia juramenti ante calculum reddendum in Caplo Provli coram Congregatione particulari.* Jbid: punct: VII.

*Quo caſu poſito ad hoc juramentum non admittendi.* Jb: p. 216 punct: VIII.

*In caſum mortis & Præfecti & Subſtituti ante Caplum Provle quid Provli cum ſua Congr: agendum.* Jbid. punct: IX.

*Qui non poſſunt eligi in Præf: & Subſtit. Capſæ Provinciæ.* Jbid. punct. X.

*De redditibus Capſæ Provæ nec ſolus Provlis nec cum ſua Congr: quidquam diſponere poteſt, ſed ſolum Caplum Provle, & quo favore ?* Jbid: punct. XI. & p. 220. punct. XXXV.

*Procurator Capſæ Provæ actualis, non eſt eligibilis à Caplo Provli ad quodcunque munus Provinciæ.* P. V. p. 216. punct. XII.

*Eſt tamen eligibilis ad quodcumque aliud munus, ad quod electio non ſit à Caplo Provli.* P. V. p. 218. punct. XXV.

A *quæ lege non eligibilitatis ad munera Provæ excipitur P. Jgnatius Konarſki Ex-Provlis emeritus & quare.* P. V. p. 216. punct: XII.

*Procurator, aut Subſtitutus quando & in quibus negotiis poteſt intrare aulam Capitularem.* P. V. p. 216. punct. XIII.

*Procurator Capſæ Provæ idem conſtituendus Præpoſitus Eccleſiæ & Superior Reſidentiæ Opolienſis. Alius poſt illum Vice-Superior, cujus munus idem ac Vice-Rectoris.* Jbid. P. V. p. 217. punct. XIV.

*Ceſſante vero, aut mortuo Procuratore, qui erit Subſtitutus, erit Vice-Præpoſitus & Superior, donec alius eligatur.* Jbid:

*Procurator uti & in caſu Subſtitutus calculum reddent toti Caplo Provli, quod Congreg: particularem ſuper hoc deſtinabit.* Jbid: punct. XV.

*Forma juramenti deputatorum ad hoc munus, eorumque poſt receptam calculationem vices & munia.* Jbid:

*Procuratores Capſæ, ad quæ tenentur præter regeſtra conſcribenda,* Jb. punct: XVI.

*Duos*

http://rcin.org.pl

*Duos item libros habere debent, unum Summarum Capitalium Originalium ad Capſam Provæ pertinentium, alium Summarum ex livellis Noſtrorum viventium collectarum, in Caplo Provli revidendos. &c.* Jbid: P. V. p. 217. punct: XVII.

*Cenſus annui Noſtris ſolvendi, abſque Auctoritate, & Decreto Capitali Provlis non minuendi.* Jbid: punct: XVIII.

*Annua penſio Procur: Capſæ Provæ aureorum* 18. *& quæ expenſa illius in calculo acceptanda.* Jbid:

*Summa Capitalis aliunde non ex Capſa Provæ collecta, pro livello ipſius Procuratoris aut Subſtituti inveſtiri non poteſt ad eandem Capſam ſine conſenſu Capli Provlis.* Jbid: p. 218. punct. XIX.

*Capſæ Provæ locus perpetuus ad Reſid: Opolien:* Jbid. punct. XX.

*De Summarum Reſidentiæ Opolienſis, præter actu exiſtentes acceſſoriarum fructibus quo ad Capſam Provæ.* Vid: ſub tit: Opolienſis Reſidentia.

*Aſſis trigeſimus ex redditibus Capſæ Provinciæ, Provli non pendendus.* P. V. p. 218. punct. XXIV.

*Capſæ Provæ augendæ & conſervandæ modi.* Jbid: p. 219. punct: XXVIII.

*Inſcriptio nihilominus à Parentibus & Conſanguineis Noſtrorum profitentium, Domui alicui non Provinciæ facta in commodum Domus illius cedere debet.* Jbid: punct: XXIX.

*Livelli ſeu qualescumque Summæ Noſtrorum omnino in Capſa Provæ locandæ ſub pœna &c:* P. V. p. 219. punct: XXX.

*Idque ante feſtum S. Joannis Baptiſtæ:* p. 220. punct. XXXIV.

*Quando & ob quas neceſſitates ejusmodi ſummæ locantibus ſunt reſtituendæ.* P. V: p. 19. punct: XXX.

*De Domo Radomiæ à P. Antonio Konarſki fabricata quæ diſpoſitio competit P. Procuratori Capſæ Provæ.* P. V. p. 220. punct: XXXI.

*Capſæ Provæ augmentandæ, omne emolumentum ex redditibus illius, quanto tempore conceſſum eſt.* P. V. p. 220. punct: XXXII.

*Quæ ſint cauſæ ut non expectato Caplo Provli à Proc: Capſæ Provæ recurſus fieri debeat ad P. Provlem, & ejus Congregationem, & quæ ſit horum hac in parte obligatio quo ad Caplum Provle.* P. V. p. 220. punct. XXXIII.

*Poſt demortuos Præfectos Capſæ Provæ (& ſpecialiter id cavetur poſt fata præſentis) res omnes ſive in pecunia, ſive aliæ quæcumque non ad Provlem ſed ad futurum Præf: Capſæ ſpectare debent, cui quæ diſpoſitio circa illas competit.* P. V. p. 221. punct: XXXVI.

*Quodſi Præfectus paulo poſt Caplum Provinciale moreretur, vel circa aut ultra annum, electio Præfecti eſſet expectanda, tunc Subſtitutus ad Provlem & ejus Congreg: recurrere debet, quorum tunc eſt decidere, & quomodo.* P. V. p. 221. punct: XXXVII.

*Jdem Subſtitutus quomodo tunc in aliis ſe gerere debeat.* Jbid:

*Præfectorum Capſæ Provæ libertati relinquitur executio Statuti Capli Provlis anni* 1741. *circa conducendum pannum, telam, coria &c:* Jb: punct: XXXVIII.

*Præfecti Capſæ ſummas transferre de loco in locum, vel novum aliquid acquirere*

*non*

*non poſſunt ſine gravi conſilio P. Provincialis & aliorum. Quod ſi res differri poteſt ad Caplum Provinciale, ſine Congregatione ſaltem particulari, & quare* Jbid: punct: XXXIX.
*PP. Provincialium quæ ſit obligatio reſpectu Capſæ Provæ.* P.V. p. 221. punct:XL.
*Præter duas ſummas Capitales pro Juvenibus Noſtris ad exteros mittendis deſtinatas, nunquam amplius aliæ propter alium finem quam ad adjuvandas in Fabricis pauperes domos ſuper Capſa Provæ locari poſſunt.* P. V. p. 222. punct: XLI.
*Cenſus Noſtris non alio tempore præterquam circa feſtum S. Joan: Bapt: ex Capſa Provæ exſolvendi.* Jbid: punct: XLII.
*Commiſſarii quot & qui ad locum Capſæ Provæ à Caplo Provli eligendi, & quæ ſunt Commiſſarii ejusmodi partes & munia uti & Præfecti aliorumque reſpectu illius.* Jbid: punct: XLIV.
*Præfectus Capſæ Provinciæ quomodo ſe gerere debeat circa Fundationem pro noſtris duobus ad exteros mittendis.* Vid: Fundatio.
*Miſſa una ſingulis menſibus ſtante vitâ & poſt fata P. Jgnatii Konarſki, in perpetuum pro eo, ejusque Fratribus & Cconſanguineis Opolii celebranda.* Jbid: punct: XLIV.
*Breve Pontificium Benedicti XIV. confirmans erectionem Capſæ Provinciæ.* P.V. p. 223. & ſeq. n. 155.
Caſus conſcientiæ. *Rectores curam habere debent proponendorum bis in hebdomada caſuum conſcientiæ.* P. II. P. I. p. 44. n. 10.
Caſus reſervati. *Recteres licentiam abſolvendi à caſibus reſervatis, ſibi & nonnullis aliis obtinere tenentur.* P. II. P. V. p. 82. n. 164. Jtem *abſolvendi ab hæreſi.* Jbid.
Cenſores. *Cenſor morum Novitiorum, quis ſit à P. Magiſtro conſtituendus.* P. III. P. I. p. 89. n. 8.
*Cenſores morum in Scholis conſtituendi.* P. IV. P. II. p. 11. n. 39.
Cenſus. *Noſtris ex Capſa Provæ quando exſolvendi.* P. V. p. 222. punct. XLII.
Ceremoniæ *Eccleſiaſticæ ſtatis temporibus à noſtris exercendæ.* P. II. P. I. p. 45. n. 11.
Cinguli Noſtrorum. *Vid:* Veſtiarium.
Circuli & Diſputationes *in Studio Philoſophico Noſtrorum quot debent in anno expediri.* P. III. P. XIV. p. 150. n. 243.
*Circuli Theologici quomodo inter Profeſſores diſtribuendi, & Diſputationes quot expediendæ.* P. III. P. XVIII. p. 160. n. 285.
*Circuli Philoſophici & Theologici ſæcularium ſex in anno expediendi, publicæ vero Diſputationes duæ vel tres circa* Vacationes.P. IV. P. X. & XI. p. 70. & ſeq. n. 192. & 196.
Clauſura. *Clauſuræ Domûs cura quantopere Rectoribus incumbat.* P. II. P. V. p 77. n. 142.
*Clauſura Novitiatûs.* P. III. P. I. p. 91. n. 21. & ſequ.
*Clauſura Profeſſoriorum.* P. III. P. X. p. 125. n. 140.
*Clauſura Collegii Nobilium.* P. V. P. II. p. 137. n. 44.



http://rcin.org.pl

Collegium Nobilium. *Collegia Nobilium quibus Provincia non ſufficeret, non multiplicanda.* P. II. P. V. p. 79. n. 148.
*Collegii Nobilium Varſavienſis quis finis.* P. V. P. I. p. 125.
*Provincialium maxime intereſt ut ad illius regimen, Scholas &c. Perſonarum delectus fiat.* Jbid.
*Coll: Nobil: Scholæ ſeparatæ & Profeſſores.* P. V. P. I. p. 125. n. 1.
*Convictores in his Scholis quæ docebuntur.* Jbid.
*Coll: Nazareni Romæ, Regulæ & conſuetudines hîc accômodè ſervandæ.* p. 126. n. 2.
*Et maxime circa diſtributiones Convictorum per ætates &c:* Jbid: n. 3.
*Convictores ſine Rectoris licentia nunquam è Collegio prodibunt, & nonniſi comitati, & à quibus.* Jbid:
*Convictores quorum Religioſorum Noſtrorum cellas ingredi non debent.* Jb.
*Collegii Novi ad vetus aditus qualis eſſe debeat.* Jbid. p. 126. n. 4.
*Communicatio aliorum Juvenum cujuscumque gradus cum Noſtris Convictoribus nullo unquam prætextu permittenda* P. V. P. I. p. 127. n. 5.
*In Coll Nobil: Ordo temporis præſcriptus ſervandus.* Jbid. n. 6.
*Convictorum è diſtincta & probata Nobilitate, (& quorum Parentes nullo famulatu etiam in œconomicis ſint obſtricti) numerus ultra ſexagenarium non augendus.* Jbid. n. 7.
*Convictores omnes æqualiter tractandi.* Jbid. p. 128. n. 8.
*Directores ſæculares (les Gouverneurs) ſi recuſari non poſſunt quomodo collocandi, tractandi. &c:* Jbid. p. 128. n. 9.
*Famuli particulares ſi recuſari non poſſunt, quibus conditionibus tolerandi. Communes autem unus pro ternis vel quaternis Convictoribus, honeſte & uniformiter veſtiti conſervandi.* Jbid. n. 10.
*Convictorum victus qualis eſſe debeat.* Jbid: p. 128. n. 11.
*Cum malis juvenibus, tentatis modis omnibus, quomodo tandem procedendum.* Jbid. p. 129. n. 12.
*Pro Coll: Nobil: quæ & quot Perſonæ è Noſtris ſunt neceſſariæ.* P. V. P. I. p. 129 n. 14.
*Qui Magiſtri linguarum & alii præter famulos requiruntur.* Jbid.
Coll: Nobilium Rector. *Rectoris Coll: Nobilium alia communia cum aliis Rectoribus, alia præcipua loci hujus ſunt munera.* P. V. P. II. p. 129. n. 15.
*Rector Coll: Nobil: tam obſervantiæ Noſtrorum quo ad regulas & officia quàm Convictorum vigilantiſſimus Cuſtos eſſe debet.* Jbid: n. 16.
*Idem Religionis erga Deum actibus & pietatis officiis exactè obeundis, & quibus præcipuè invigilare tenetur.* Jbid p. 129. n. 17.
*Noſtri interea quid inter primum & ſecundum pulſum, dum juvenes excitantur agere debent, & quomodo ipſi pietatis actibus præire, ac præſertim Sub-Præfecti poſt ſignum datum ſecundum, pro matutinis precibus ante Sacrum.* Jbidem. p. 130 n. 18.
*Rector ipſe Coll: Nobil. uti & omnes alii Religioſi una cum Convictoribus Sacrum matutinum audire debent, & tunc meditationem abſolvere, deinde ſua Sacra celebrare. Coronulam vero, Roſarium, &c: poſt Scholas ſerotinas & ante cubitum.* Jbid. p. 130. n. 19.

*Re-*

*Rector Coll: Nobil: & omnes alii Religioſi Noſtri, exercitia annua Spiritualia abſolvere tenentur.* Jbid.

*Rectoris Coll: Nob: quæ ſunt partes circa ſtudia & methodum illorum, guſtum ne depravetur, Ordinem temporis ut ſervetur* Jbid. p. 130. n. 20.

*Quomodo illi circa actus Scholaſticos invigilandum* Jbid: p: 131. n: 21. & 22.

*Quarum linguarum præter Latinam ſtudia illi ſint curanda.* Jbid: n. 23.

*Circa victum & commoda ad quæ tenetur* Jbid: p. 131 n. 24.

*Rector Coll: Nob morem utiliſſimum aliorum Collegiorum introducere curet, ut vel ipſe vel unus è noſtris, menſas Convictorum obambulet,& quo fine.* Jb:p.132.n.25.

*Rectoris ejusdem intereſt cubicula obambulare, & munditiem Convictorum inſpicere, & quàm ſæpius & quando* Jbid: n: 26.

*Rectori Coll: Nob. incumbit, quoties opus, Parentibus, Tutoribus, Curatoribus Juvenum ſcribere & eorum amicitiam conciliare.* Jbid: n. 27.

*Rector quam maximè ſcire tenetur facere delectum juvenum ſecundum ſtatum, conditionem, Patriam, ætatem, &c: ſpurios penitus excludere. Diſtinctionem autem & ſingularitatem nulli permittere, omnes in officio continere &c:* Jbid.P.V. P. II. p 132. n 28.

*Convictores dormire extra Collegium nulla ratione permittendi.* Jb p. 133. n. 29.

*Rectori Coll: Nob. quid agendum,& permittendum aut non permittendum circa viſitationes Parentum auctoritate, tempus morandi extra, &c: &c:* Jb. p.133 n.29.

*Et ne ſoli Convictores mittantur, ut ſupradictum* Jb. p. 134. n. 30.

*Rectori Coll. Nob: quid obſervandum circa recreationes ordinarias & extraordinarias, illarum locum &c:* Jbid: n. 31.

*Rectori omnino curandum eſt ut conviviola, jentacula, antecœnia, potus Kaffe ſumptu Juvenum aut Parentum, vel quorumcumque neceſſariorum, pro feſtis Patronorum aliisque occaſionibus evitentur, Maxime vero ne potus calidiores ſecreto afferantur. Et cum jam ad Parentes diſcedunt, ne noxias domos ſocietatesque ineant. &c.* P. V. P. II. p. 133. n. 32.

*Ab eodem præcavenda cum extraneis Convictoribus converſatio, & ne in recreationibus extra ſimul unquam coeant.* Jbid.

*Rectori Coll: Nob: quid neceſſe agere circa famulos Collegij tam communes, quam ſi recuſari non poſſunt, particulares.* P. V. P. II. p. 135. n. 33.

*Jtem circa res & mobilia Convictorum.* Jbid.

*Rectori quid agendum circa peculium privatum Convictorum.* Jb: n. 34.

*Rectori maximopere invigilandum ne ulla munuſcula Noſtri à Convictoribus accipiant, & quando hæc poſſunt acceptari.* Jbid: n. 35.

*Eidem maximè invigilandum circa familiaritates Noſtrorum cum juvenibus avertendas.* Jbid:

*Rector Coll: Nob: contractus cum externis Magiſtris inibit.* Jb. p. 136. n. 36.

*Rectori Coll: Nob: quæ cura incumbat circa veſtiarium Noſtrorum, lectiſternia & munditiem eorum. Jtem Veſtiarium tam pro infirmis, quam pro externis, ſi qui locabuntur.* Jbid: n. 37.

*Quæ item circa Officinos pro infirmis tam noſtris, quam Convictoribus, commoda eorum, Medicos &c:* Jb: n. 38.

B *Quæ*

*Quæ item circa ſeparata cubicula pro hoſpitibus, & aulam in porticu pro excipiendis externis.* Jbid: n. 39.

*Rectori quid attendendum circa Fabricam, ſarta tecta, Theatrum ac Theatralia, caminos, braxatorium, culinam, &c:* Jbid. n. 40.

*Circa feneſtrellas ejusmodi caminorum, ubi purgantur, propter ſecuritatem ab igne, quid agendum.* Jbid. n. 41.

*Rector omnino prohibere debet & recipere omnes cereolos contortos, & quæcunque ſimilia periculorum pleniſſima, & famulum deſtinare qui ſingulis noctibus omnes locos, cubicula &c: obeat, idque reſpectu ignis.* Jb: p. 136. n. 40.

*Rectores Coll: Nob: procurare debent duas machinas aquaticas vulgo* pompy *ad extinguendum ignem &c.* Jbid.

*Rectori mundities & nitor totius domûs uti & in officinis, & quomodo conſervandus.* P. V. P. II. p. 137. n. 42.

*Jtem ut Officinas omnes ſæpius viſitet, Inventaria cubiculorum rerumque omnium diligenter mundeque conſcribi & quotannis renovari curet, ac ut neceſſaria tempeſtive emantur & provideantur.* Jbid: n. 43.

*Rectori Coll: Nob: quæ diligentia eſt adhibenda circa clauſuram , præcluſam inter duo Collegia noſtra communicationem, circa impediendas Noſtrorum cum iis qui ad cuſtodiam juvenum pertinent, & cum juvenibus converſationes & viſitationes, circa fœminarum & quarum & quo tempore ingreſſum &c.* Jb: p. 137. n. 44.

*Rector Coll: Nob: quid curabit ſervari circa Perſonas externas ad Noſtros, vel Cōvictores adventantes, & ubinam expectare & vel admitti vel non admitti debeant &c. quæ cautela neceſſaria eſt contra malos quandoque homines & aggreſſores.* Jbid: n. 45.

*Rectori Coll: Nob: quid agendum circa cubiculorum partitionem.* Jb. p. 138. n. 46.

*Jtem circa collocationes juvenum in cubiculis &c:* Jbid. n. 47.

*Convictores quid in illis cubiculis habere poſſunt, & quas res alibi.* Jb. p. 139. n. 48.

*Rectori Coll. Nob: quid expediat agere circa Officinas, ut pro libitu non immutentur.* Jbid. n. 49.

*Jtem circa theatrum & res theatrales ac mobilia alia locorum aliorum.* Jbid

*Rectori uti & Præfecto Coll: Nob: quid maxime obſervandum in vigilantia ſuper Juvenibus, ſuper Magiſtris externis, & potiſſimum noſtris Sub-Præfectis, pro quibus apud Provincialem tempeſtive ſemper ſeduloque inſtabit, adventantibus autem, regulas has omnes, quam quæ ad munus eorum pertinent, diligenter ab iis perlegendas dabit, præcipuè vero* Parænesim. P. V. P. II. p. 139. n. 50.

*Rectori Coll: Nob: quâ prudentiâ, charitate & moderatione utendum in pœnis delinquentium Convictorum. Et quæ illæ pœnæ ? & quæ habenda ratio ætatis &c.* Jbid. p. 140. n. 51.

*Rectori uti & Præfecto continuo invigilandum, ut cum omnes vel plures ſimul Convictores ad ſua munia prodeunt, modeſtiam, ſilentium & ordinem in incedendo conſervent. Et quis ille ordo ? qui ſi fieri poteſt ad normam Coll: Nazar: inſtituendus. Quæ modeſtia item & ordo ſervandus, cum domo exeunt, & quæ in hoc partes officii Sub Præfectorum. Quis circa hæc ſenſus externorum. Curandum*

pariter

http://rcin.org.pl

*pariter ac noctu famuli ſemper cum candelis unus vel duo, ex ſingulis cubiculis juvenes præcedant.* P. V, P. II. p. 141. n. 52.

*Rectori ſolicite curandum erit, ut cum uniformis juſtas ob cauſas neceſſarius veſtitus Juvenum introducetur, debitè obſervetur. Quid tamen circa lectos, tapetes &c. Quid de cortinis, colore earum &c:* Jbid. n. 53.

*Rectoris curæ intereſt, ut uſus & laudabiles conſuetudines, ſeu jam introductæ, ſeu introducendæ exactè obſerventur.* Jbid: p. 142. n. 54. *Quæ & recenſentur.* Jb.

*Rectori Coll: Nob: quid obſervandum circa Juvenes ad opera Chriſtianæ pietatis, maximè vero eleemoſynas faciendas aſsuefaciendos, & quomodo illæ, & quibus pauperibus à binis Convictoribus diſtribuendæ.* Jb: p. 143. n. 55. *Vbi diſponitur & de pauperibus ſtudioſis ac eorum conſervatione ad inſerviendum noſtris.*

*Rectori quid attendendum circa menſtruas Confeſſiones & communiones, numerum Confeſſariorum & quo loco locandorum. Jtem privatas cujusque Communiones.* P. V. P. II. p. 143. n. 56.

*Rector quomodo officio ſuo fungi debet circa obligationes, conditionesque Fundationum, uti & ſpecimina diligentiæ Convictorum, qui in Fundatione exiſtunt, ſuis Patronis ante vacationes exhibenda, aliaque ſimilia* Jbid: n. 57.

*De Sacris aliis quæ à neceſſitatibus Collegii ſupereſſe poterunt, ut moris eſt à Provli diſponetur.* Jbid.

*Rector Coll: Nob: poſt Viſitationem veteris Coll: ſuam Domum viſitanti Provli ad quæ præſtanda & ad quam penſionem exſolvendam tenetur.* Jbid.

*Rectori incumbit ut Archivum Coll: rite ordinetur & conſervetur, cujus notitiam ſtatim regimen ineundo prius ipſe habere contendet.* Jb: n. 58.

*Libri ad ejusmodi Archivum pertinentes ſpecificantur.* Jbid: *Et quomodo his utendum.* Jbidem.

*Rectori quid incumbat circa Bibliothecam. uti & Muſæum augendum, conſervandum &c. ubi & de Officio Bibliothecarii.* Jbid. p. 145. n. 60.

*Libri à Noſtris Bibliothecæ Coll: Nob: inſcripti, finito eorum uſu, aut m. poſt mortem ubicumque reperti fuerint, Authoritate Viſitationis Apoſtolicæ ad idem Collegium applicandi.* Jbid.

*Rectori incumbit ut ſiquidem pro uſu Convictorum libri è Bibliotheca extradendi nō videntur, ita enim brevi omnes peſſumdarentur, quatenus libros Hiſtoricos, Politicos, Mathematicos, Poeticos, Morales &c: ab iiſdem emendos, à Bibliopola aliquo, dato eidem Indice conduci curet.* Jbid: n. 61.

*Libelli præterea extra Bibliothecam hujusmodi habendi, qui identidem Convictoribus diſtribui poſſint, & commendandi ad legendum.* Jbid:

*Eo inſuper tendendum eſt, ut Philoſophia, Hiſtoria, Geographia, & hujusmodi non in ſcriptis dictentur, ſed ex libris prælo impreſſis explicentur. & quare.* Jbid.

*Rectori Coll: Nob. quid circa Percepta & Expenſa. Jtem circa munera Depoſitarii, Expenſoris & Rationiſtæ rite obeunda, quid circa redditus ſi forte ſupereſſe poterunt, obſervandum.* P. V. P. II. p. 146. n. 62.

*Rector Coll: Nob: rhedam propriam & equos uti & alii* Rectores *tenere non debet, nec pro ſe expenſas extraordinarias facere, nec debita ſine Caplo locali contra-*



http://rcin.org.pl

*here, nec abſque conſenſu ejusdem & Provincialis cuiqam concedere.* Jbidem.

*Rector leges pro Convictoribus ſeparatim deſcriptas, bis in anno nim: ultimis Octobris & mox poſt Paſcha per Præfectum illis perlegendas curabit.* Jbid: n. 63.

*Jdem Informationem publicam Patriâ linguâ typis impreſſam pro Parentibus ſeu Tutoribus Juvenum ſtrictiſſimè obſervari faciet, & nec augebit, nec diminuet niſi & in urgentiſſima evidentique neceſſitate, & cum conſilio Communitatis, ac Provlis e jusque Congregationis approbatione.* Penſiones *præſertim Convictorum, ne ſolido quidem augendæ, quæ potius oblatâ aliquâ Fundatione eſſent minuendæ.* Jbid: *Hujus Informationis exemplaria decem in Archivo Coll: reponenda & perpetuo conſervanda.* Jbid:

*Rector literas encyclicas typo m. ſi placet impreſſas ad Parentes vel Tutores Juvenum, mox poſt paſcha expediet, eo fine ut vel in Collegio pro Vacationibus Convictores relinquant, vel ante 25. Julij pro iis non mittant, & quare?* P. V. P. II. p. 147. n. 64.

*Rectori Coll: Nob: uti & aliis regentibus quâ vigilantiâ, prudentiâ & virtute utendum eſt, ne quæcumque conſpirationes & ſeditiones Convictorum oriantur, vel ſi ortæ ſunt, ut tempeſtivè ſopiantur, & quomodo in talibus caſibus procedendum.* Jbid. n. 65.

*Rectori Coll: Nob: quatuor præcipui fataliſſimi talium Collegiorum ſcopuli & qui illi? noſcendi inprimis, ac viribus omnibus avertendi, & quomodo?* P. V. P. II. p. 148. n. 66.

*Rectoris, cujus præſentia maximè in hoc Collegio continua eſt neceſſaria, ſi tamen hunc abeſſe contigerit, qui ex noſtris regimen & vices interea obire debeant.* Jb. p. 149. n. 67.

*Rector Coll: Nob: quibus demum virtutibus & dotibus ac gubernandi artibus ornatus ac inſtructus eſſe debeat.* Jbid: n. 68.

Collegii Nobilium Præfectus. *Præfecti Coll: Nob. partes pleræque eædem ſunt quæ Rectoris in iis quæ ad Juvenum gubernationem pertinent. Jdem ab omni alio œconomico & Scholæ Officio penitus liber & abſolutus eſſe debet, quatenus tantum moribus Juvenum, regulis obſervandis, ſtudiis eorum, & Sub-Præfectorum, ac Magiſtrorum Sæcularium diligentiæ, tempori præſcripto ſervando &c, continuo attendere poſſit, nec unquam à cuſtodia Convictorum ubicumque, & præſertim cum ſimul omnes verſantur, recedere, & ideo quam rariſſimè domo illum egredi oportet, ſtatimque loco ſui Vice-Præfecto ſubſtituto, de quo latius in ipſa ſerie.* P. V. P. III. p. 149. n. 69.

*Præfecto Coll: Nob: Sub-Præfecti immediatè ſubeſſe debent, & præſertim in quibus.* Jbid. p. 150. n. 70.

*Nec abſque ſcitu illius & licentia Rectoris, uti & Convictores domo exire poſſunt, idque ſtatim in locum abſentis alio à Præf. ſubſtituto.* Jb: n. 71.

*Præfecto Coll: Nob: ſimiliter ſubordinati ſunt Profeſſores & Magiſtri Scholarum ejuſdem Collegij quo ad Scholas ſuas.* Jbid. n. 72.

*Præfectus Coll: Nob: in quibus Rectorem debet reddere certiorem, cujus ſalutaria conſilia à Rectore non rejicienda.* Jbid: n. 73.

*Præ-*

http://rcin.org.pl

*Præfecti primæ partes ſunt pietatis exercitiis, doctrinæ morali, ſtudiis privatis, lectionibus ab externis Magiſtris, ut hæc omnia debitè abſolvantur, quàm diligentiſſimè attendere.* Jbid: n. 74.

*Præfecto ſummopere invigilandum, nè Convictores diverſis è cubiculis ſeſe adeant, nec noſtri ad eorum cuſtodiam non deſtinati, quicumque illi ſint, niſi cui Rector cõmiſerit, nè Sub-Præfecti vel abſint, vel inter ſe tempus deperdant &c:*Jb.n.75.

*Præfectus continuo attendet ut juvenes ad menſam, & ubique recto corpore ſint, & incedant, ut modeſtiam, ſilentium &c: in incedendo ſervent, ut ſit ubique mundities & nitor, ut lumina noctu accenſa ſint in locis deſignatis &c:* Jbid. n. 67.

*Præfecti uti & Sub-Præfectorum totum & maximum ſtudium eo tendere debet, ne quid tale in tanta Juvenum multitudine contingat, ad quod naturæ pravitate, vitioque aliorum, jam forte alibi ut evenit infectorum, alii facile induantur. Et quæ hac in parte omnino agenda præſertim exemplo Coll: Nazareni.* P. V. P.III. p. 151 n. 77. *De quo vide m.* P. V. P. II. p. 148. n. 66.

*Præfecti jurisdictio in quibus ſe extendit quo ad famulos Convictorum, ubi & de regulis eorum publicè exponendis, & privatim cuique dandis, de idiomate præter Polonicum allocutionesque Convictorum Gallicè vel Germanicè. Salario & ſolutione pro victu, nec non obligationibus præſtandis.* P. V. P. III. p. 152. n. 78.

*Præfecto quid competat agere circa epiſtolas Convictorum. Vbi & de epiſtolis illorũ noſtris ſigillis non ſigillandis; nec in literis Noſtrorum, in fraudem poſtæ includendis, de conventione poſtæ &c:* Jbid: n. 79.

*Præfectus in recreationibus Juvenum ad quæ ſummâ vigilantiâ una cum Sub-Præfectis attendere debeat.* P. V. P. III. p. 152. n. 80.

*Jtem quæ & quomodo præcavere præſertim quinque nè conſcientiæ, ne decoro, ne charitati mutuæ, ne ſanitati, ne veſtibus recreatio noceat.* Jbid.

*Præfectus quid attendere debeat circa arma Juvenum.* Jb. p. 153. n. 81.

*Præfectus cereolos nulli omnino Convictorum habere permittet, cultellos vero, ſciſſoria, forfices pro ſuo arbitrio.* Jbid.

*Præfecti quæ attentio neceſſaria circa res Convictorum connotandas, ſervandas, ab ipſis Convictoribus non prodigendas, ſingulis binis menſibus revidendas.* Jb.n.82.

*Præfectus in infligendis pœnis delinquentium Convictorum, quâ prudentiâ, moderatione & charitate præſtare debeat. Vbi de verberationis pœna omni poſſibili modo vitanda &c. &c.* P. V. P. III. p. 153. n. 83. *De quo vide m. in officio Rectoris eadem.* P. V. P. II. p. 140. n. 51.

*Præfectus Coll. Nob: Sub-Præfectos quo reſpectu tractare debeat, & quâ reverentiâ & obedientiâ ab iis proſequendus.* Jbid: n. 84.

*Præfectus una cum Sub-Præfectis quæ vitia quatuor, (præter vitium lubricæ adoleſcentiæ modis omnibus avertendum) Juvenibus frequentiora, & familiora inprimis extirpanda omni ſtudio contendere debet.* P.V. P. III. p. 154. n. 85.

*Præfectus cum ſit primus Adjutor Rectoris, neceſſe eſt ut omnem regularum & conſuetudinum obſervantiam, ſummam ac indefeſſam diligentiam præſeferat, nihil tamen extra ordinem abſque Rectoris ſcitu & conſenſu, aut permiſſione faciet, quæque Rectori non probantur, devitabit.* Jbid. n. 82.

Col-

http://rcin.org.pl

Collegii Nob: Vice-Præfectus. *Vice-Præfectus Coll: Nob: cum ſit datum duntaxat Præfecto adjutorium, ad ea omnia, & quæ illi Præf: commiſerit, & in quibus adminiculo illius eguerit, exequenda tenetur, abſentisque aut legitimè impediti Præfecti authoritatem & munia ſuſtinebit, nec unquam in abſentia illius aberit.* P. V. P. III. p. 154. n. 87.

*Idem lectiones ſi quæ ipſi committentur, tradet.* Ibid:

*Idem ſi in abſentia alicujus Sub Præfecti alius ſubſtitui non poſſit, vices illius ſupplebit, & præſertim in attentione cubiculo Convictorum.* Ibid:

Coll: Nob: Pater Spiritualis. *Patris Spiritualis Coll: Nob: qui & Confeſſarium* & *Concionatorem aget Officium & munia.* P. V P. IV. p 154. n 88.

*Idem ad audiendas Confeſſiones diebus Communionum Generalium pro adjutorio unum vel duos è Coll: veteri invitabit, non promiſcuè, ſed aſſignatos quotannis à P. Provinciali.* Ibid:

*Idem ſi alius non deſtinabitur, Patrem Spiritualem noſtrorum Juvenum aget, & redditiones conſcientiæ excipiet.* Ibid.

*Idem etiamſi is in Magiſtratu Provinciæ eſſet, Superiorum & aliorum externo regimini ſe non immiſcebit. &c:* Ibid.

Coll: Nob: Sub-Præfecti. *quantum intereſt, ut diligentiſſimè ſuo officio perfungantur.* P. V. P. V. p. 155. n. 89.

*Sub Præfecti quam ſpectatæ indolis, quibus virtutibus, moribus & dotibus ornati, bonis literis quantum fas pro ætate eruditi, à vitiis & quibus præcipuè alieni eſſe debeant.* Ibid: n. 90.

*Iidem in Hiſtoria & Geographia verſati, & principiis ſaltem linguæ Gallicæ imbuti eſſe debent.* Ibid.

*Sub Præfectorum muneri quando noſtri admovendi, ſemperque adultioris ætatis præferendi, quibusvè ſtudiis in hoc ipſo munere exiſtentes vel una cum Convictoribus ut in Coll: Nazar: vel ſeparatim vacare poſſunt.* Ibid. n. 91.

*Sub-Præfecti Rectoris inprimis, ut ubique auctoritati, deinde Præfecti inſpectioni in his quæ ad educationem Juvenum pertinent, etiam ad mores ſingulorum illos dirigendi & admonendi ſubſunt, quibus & præcipuè quo ad hoc munus in quibus, præter propriorum cubiculorum cuſtodiam promptè obedire tenentur.* P. V. P.V. p. 156. n. 92.

*Sub-Præfectorum ſumma muneris in hoc conſiſtit, ut ſemper ubique in omnibus exercitiis lectionibus &c: Juvenibus invigilent, & quid hac in parte in Coll: Nazar: obſervatur.* Ibid: n. 93.

*Sub Præfecti ad quæ obſervanda, quæ vitia fugienda, quos mores amplectendos, quos deſerendos, aliaque id genus ſuos Convictores cohortari & in his monere & corrigere debent.* Ibid: n. 94.

*Quid his competat circa famulos eorum.* Ibidem.

*Sub Præfecti cuicumque loco præſunt, non tantum ſuper ſui cubiculi Juvenes, ſed m. ſuper omnes, Præfecti auctoritatem repræſentant.* Ib: p. 157. n. 95.

*Sub-Præfecti pœnas minores pro prudentia aſſignare poſſunt, nullo modo autem ſine*

*ſcitu*

http://rcin.org.pl

*ſcitu Superioris verberare, cujus prudentia facile efficiet, ne adoleſcentibus pateat limitata in hoc poteſtas ſuorum Sub-Præfect*: Jbid.

*Sub-Præfecti quo fine aſſiſtunt lectionibus, quæ traduntur à ſæcularibus Magiſtris, qui tamen ipſos Magiſtros monendi, jus non habent, & quare. Sed ſi quid in iis obſervaverint corrigendum, Patri Præfecto, vel Rectori deferant.* P. V. P. V. p. 157. n. 96.

*Sub-Præfectis quantum vitanda eſt familiaritas cum quibuscumque Convictoribus, & quis ſit modus agendi cum illis, ut ſuſtineant ſuam auctoritatem. Quâ fortitudine animi utendum, ne Juvenes timeri ſe forte animadvertant &c: Quo moderamine item utendum in ipſa monitione* & *correptione. Et tandem contumaces Præfecto, & ſi opus, m. Rectori deferendi.* Jbid. n. 97.

*Sub-Præfecti quibus artibus & principiis amorem & benevolentiam Convictorum, ac ſui reverentiam procurare debent, & quæ vitare, ne odium & averſionem incurrant & quare ?* Jbid. p. 158. n. 98.

*Sub-Præfecti quomodo inter ſe ipſos agere, converſari, & quæ vitare vel obſervare debent.* Jbid: n: 99:

*Sub Præfectorum quæ cura eſſe debeat circa res Convictorum in integritate & nitore conſervandas, quarum tria regeſtra conficienda, ita ut unum penes ſe retineăt, alterum Præfecto, tertium famulo tradant.* Jb: n. 100;

*Sub Præfectorum munus eſt corrigere Juvenum compoſitiones, lectiones audire, characteres examinare, utque omnia quæ ad Scholam pertinent, correctè mundeque perſcribant, ſummopere quotidie invigilare.* Jb. n. 101.

Coll: Nob: Præfecti, Vice Præſ: &c. munera inter meritorios annos 18. cōputanda. P. I. P. VI. p. 37. n. 198.

In Coll: Nob: Repetitores. *pro omnibus claſſibus & Scholis m. Philoſophiæ ſingulis annis deſtinandi. Et quod eſt eorum munus.* P. V. P. V. p. 158. n. 102.

Jn Coll: Nob: quæ Principia Juvenibus inſpiranda, *de quibus in Parœneſi.* P. V. P. VI. toto p. 159. & ſeq. n. 103. & ſequ.

*Principia hæc, cum ex tot libris moralibus & propria cujusque doctrina & experientia tum præcipuè ex Oratione* de Viro-honeſto & bono Cive *conſulto in hanc rē à P. Stanislao Konarſki Ex Provinciali, ejuſdem Coll: Nob: Erectore & Inſtitutore confecta peti poſſunt.* Jb: p. 159. & ſeq. n. 103. & ſequ.

*Principia hujusmodi majoris facilitatis gratiâ in brevi compendio collecta traduntur.* Jbid: n. 104.

*Principia hæc monitionum quæ principalia eſſe debent.* Jb.

*Principia hujusmodi aliqua diſtinctim traduntur & in quibus materiis & circumſtătiis.* Jbid: p: 159. n. 105. & p. 162. n. 108. & p. 163. n. 109. & n. 110. & p. 159. n. 106. & p. 164. n. 111.

*Principia hæc ex libris moralibus & Politicis quo melius hæc inſpirare poſſint, Sub-Præfecti inprimis aliiq; legere & haurire debent.* Jbid: p. 160. n. 107. & p. 164. n. 112. & ſequ.

*Prin-*

http://rcin.org.pl

*Principia hujusmodi moralia & Politica etiam Profeſſoribus Scholarum publicarum utiliter inſervire poſſunt.* Jbid: n. 113.
Oratio *præfata* de Viro honeſto & bono Cive, *quando & à quo quotannis legenda.* Jbidem:
Coll: Nob: Profeſſores. *Coll: Nob: Profeſſoribus & Magiſtris generatim quæ ſunt agenda.* P. V. P VII p. 165. n. 114 & ſequ.
Coll: Nob: Mgr: Incipientium. *Mgr incipientium linguam Latinam, & Principiorum Sacræ Hiſtoriæ, quæ habet & quo ordine temporis pertractanda.* P. V. P. VIII. p 166: & ſeq n. 118.
C. N. Mgr Grammatices. *Magiſter Gramm: & Hiſtoriæ Polonæ ad quæ obligatur.* P V. P IX. p 168 & ſeq n. 119. Ordo *ſeu diſtributio horarum in hac Schola mane & veſpere.* Jb: p 169 n 120.
C. N Rhces Profeſſ: *Magiſter Principiorum Rhetorices ſeu Humanitatis, & Principiorum Juris publici Patrii quæ agere debeat.* P. V. P. X p 170. n. 121. Ordo *ſeu diſtributio horarum in hac Schola.* Jb 171. n. 122.
*Rhetorices & Politices Schola quibus agendis deſtinata.* P V. P. XI. p. 171. & ſeq. n 123. Ordo *horarum pro hâc Schola.* Jb. p 172 n. 124.
*Rhetorices Profeſſor Primus ad quid tenetur circa tragædias expediendas.* P. V. P. II p. 131. n. 21.
Jn Coll: Nob: Hiſtoria & Geographia, *quomodo tractanda.* P. V. P. XII. p. 172. n 125.
Jn Coll: Nob: Linguæ Gallica & Germanica, *quomodo tradendæ.* P. V. P. XIII. p 147 n 127. & 128.
Jn Coll: Nob: Philoſ: &c: *Philoſophia uti & Principia aliquot partium Matheſeos, Jus Patrium Civile, Jus Gentium &c: quomodo, quo ordine &c: docenda.* P. V. P. XIV. p. 175. n. 129. & ſequ.
Jn Coll: Nob: de Doctrina Morali & Catechiſmo. P. V. P. XV. p. 179. n. 135.
Jn Coll: Nob: Exercitia Corporis. P. V. P. XVI. p. 179. n. 135.
Jn Coll: Nob: Actus Scholaſtici. *privati, ſemipublici & publici quot & quomodo expediendi,* P. V. P. XVII. p. 179. n. 136.
Coll: Nob: Ordo Temporis. P. V. P. XVIII. p. 181. & ſequ. n. 137. & ſequ.
*Ordo temporis pro diebus Recreationum.* Jbid: p. 182. n. 138.
*Pro Dominicis & Feſtis.* Jbid: p. 183. n. 139.
*Pro Diebus Communionum Generalium.* Jbid. n. 140.
*Pro Tempore Vacationum Generalium.* Jb. n. 141. & ſequ.
Coll. Nob: Jnform. *Informationes ratione Coll: Nob: quæ ad Parentum, Convictorũ & Famulorum notitiam ſpectant.* P. V. P. XIX. & ſeq: p. 185. & ſeq:
*Jnformatio Patrio idiomate conſcripta reſpectu commendandorum Jll: Convictorũ ad C l: Nob: Varſavienſe Sch: Piar:* P. V. P. XIX. p. 185. & ſequ.
Coll: Nob: Convictorum Mobilia *quæ eſſe debeant.* Jbid. p. 186. n: 147.
Expenſa Jbid. p. 187. n. 148. Studia, *ubi & de Magiſtris linguarum exterarum. & artium.* p. 188: n. 149:

Con-

Conſuetudines *aliquæ Coll: Nob: ſcitu neceſſariæ Jllrmis Parentibus Convictorum.* Jbid. p. 189. n. 150.
Leges & Conſuetudines *Coll: Nob: ad legendum bis in anno Jllribus Convictoribus per puncta XXXIII. diſpoſitæ.* P: V. P. XX. p. 193. & ſeq. n. 151.
Obligationes hominum famulantium. P. V. P. XXI. p. 206. & ſequ. n. 152. *per puncta XXI. diſpoſitæ.*
Commerciola *Rectoribus & aliis noſtris Religioſis ſub pœna proprietariorum interdicuntur.* P. II. P. IV. p. 68. n. 110.
Commiſſarii *duo, qui ſimul Candidatores erunt, eligendi ad recipiendas rationes adminiſtratæ Provinciæ à P: Provli.* P. I. P. I. p. 12. n. 14.
*Commiſſariorum ſuper adminiſtratam à Provli reſignante Provinciam juramentum.* P. I. P. III. p. 20. n. 70.
*In quibus adminiſtratæ Provinciæ uti & perceptorum ac Expenſorum rationem à Provli requirere debent.* P. I. P. III. & IV. p. 20. & ſeq. n. 69. & ſeq.
Commoditas. *Quæ commoditates in cubiculis Religioſis præſtandæ.* P. II. P: II. p. 57. n. 66.
Compotationes *nullo prætextu etiam ſui Patroni inſtituendæ:* P. II. P: II. p. 55. n. 58.
Communio. *Rector primus attendere debet Communioni, Præpar: & Gratiarum actioni Cler: & FF. Operari* P. II. P. I. p. 43. n. 5.
Concionator & Concio. *Juniores noſtri in Concionibus dicendis intra comm: refectionem exercendi.* P. II. P. III. p. 63. n: 89.
*Concionatorum muneri qui & à quo tempore applicandi* P. I. P. VI. p. 39. & ſeq. n. 195. & ſequ.
*Concionatura ſi rite obeatur ſupplet Scholarum docendarum tempus nim. annorū* 18. Jbid. p: 37. n. 197.
*Concionatoribus ante finiendum una cum Scholis tempus annorum* 18: *jurata teſtimonia danda & in quibus terminis.* Jbid.
*Concionatorum negligentium pœnæ.* P. II. P. III. p. 60. n. 76. & ſeq:
*Concionatores profeſſionem fidei præmittere tenentur.* P. I: P. III. p. 60. n. 79.
*Conciones ſingulis diebus Dominicis & quibus omnino feſtis dicendæ.* P. II. P. V. p. 82. n. 162.
*Concionatorum vices alii quoque & qui ſupplere poſſunt.* Jbid.
*Concionatores dummodo ultra mediam horam non protrahant ſermonem, non omnino duo ubique requiruntur.* Jbid.
*Concionum exercitium quo ad Theologiæ Studentes.* P. III. P. XVIII. p. 161. n. 291.
*Opus de Concionatoribus confectum ac OrdinationibusScholarū publicarum adjunctū, à Concionatoribus Noſtris legendum & obſervandum, quod m. à Profeſſoribus Noſtrorum, Diſcipulis ſemel in Rhetorico, bis in Philoſ: ſtudio prælegendum & explicandum.* P. IV. P. XIII. p. 85. & p. 123.
*Concionatores noſtri cum in noſtris Eccleſiis prædicant, maximè ſe ad Adoleſcentum captum profectumque accommodare tenentur, alias gravem temporis jacturam facerent.* P. IV. P: XIII. p. 85. n. 240.
C Con-

http://rcin.org.pl

*Concionatores Noſtri ante dicendam Concionem quam præparationē præmittere debeant, & optime facerent, ſi exemplum Gallicorum & Jtalicorum Concionatorum in ſæpius repetendis, & identidem corrigendis Concionibus ſequerentur.* Jbidem p. 86. n. 241.

*Quid noſtris Junioribus præſertim à Studio Theologico agendum, ut ſuo tempore evadant in bonos Concionatores, & quidem exemplo externorum.* Jb. n. 242. *Proponitur & alius modus laudabilis, nim. ſi Italicæ, Gallicæ, atque m. Latinæ præſtantiſſimorum Eccleſiaſtarum Conciones in linguam vulgarem traducantur, præclaro ſimiliter exemplo exterorum.* Jb: p. 86. n. 243.

*Concionatoribus Noſtris, omnibus viribus in id eſt intendendum, ut quam ſolidiſſimæ, quam prudentiſſimæ, omnibusque numeris abſolutæ ſint Conciones illorum, tam propter Sanctitatem & Majeſtatem Verbi Divini, quam m. Auditoris, quicumque ille ſit, majorem ſalutarem fructum &c:* Jb. p. 87. n. 244.

*Nec adferenda inepta inſipidaq; dictorum excuſatio, quod hic vel ille Auditor non ſit ſperatus &c: & quare ?* Jb. n. 245.

Concionum Propoſitiones &c. *Concionatori inprimis conandum eſt, ut ſi cum debito fructu & laude prædicare ſtuduerit, quatenus in omni dicendi genere, propoſitiones Concionum quam ſolidiſſimas ſaluberrimasque deligat, & quare ? Deinde ut ordo dicendi, ac interna Concionis diſpoſitio ſit exacta, elegans & ſolida.* Jbid: p. 87. n. 246.

*Concionum propoſitiones quales eſſe debeant, nim. non modo ridiculæ quarum exempla aliquot proponuntur, ſunt vitandæ; ſed m. & veræ, ſi ſint ſpeculativæ & vagæ tantummodo, quæ quidem intellectum illuminant, ſed voluntatem non movent, verum eligi debent quæ ad praxim moresque, flectendamque ad bonum faciendum, & malum declinandum voluntatem ſunt idoneæ. Nec id tantum ad finem, ſeu epilogum reſervandum, ſed in toto decurſu Orationis Sacræ agendum, ut & mens illuſtretur, & voluntas ad virtutis alicujus viam ſequendam, & vitii relinquendam compellatur.* Jb. P. IV. P. XIII. p. 88. n. 247.

*Propoſitionum Concionibus hujusmodi præfigendarum, multa exempla exhibentur, quæ vel ipſæ, vel harum ſimiles in uſu eſſe poterunt.* Jbidem. p. 89. & ſequ. n. 249. & 250.

Conc: Quadrag: Prop: *Conc: Quadrageſimales ſenæ vel ſeptenæ vel ex hujusmodi materiis deligi vel ſtudio ordinari poſſunt quæ & recenſentur* Jb. p. 92. n. 251.

*Concionum Quadrageſimalium Bourdalæi Propoſitiones.* Jb. p. 93.

Conc: variarum Propoſ: *Concionum ſuper Myſteria vitæ Chriſti. Jtem de Spiritu S. Jtem de SSma Trinitate propoſitiones.* Jb. p. 94. n. 253.

*Concionum propoſitiones ſuper Feſta Beatiſſimæ & de omnibus Sanctis.* Jbidem. p. 94. n. 254.

Conciones de Sanctis *quales eſſe debent.* Jb. P. IV. P. XIII. p. 95. n. 255.

*Quid in his vitandum, & quid obſervandum.* Jbid. *Cujusmodi Concionum ex optimis Prædicatoribus delectæ propoſitiones recenſentur.* Jb. p. 96.

Concionum de B. Patre Fundatore Noſtro, *propoſitiones.* Jb. p. 97.

Conc: Prop: in diverſis occaſ: *Concionum propoſitiones in occaſionibus quibusdam ex-*

http://rcin.org.pl

*extraordinariis, uti e. g. pro apertione judiciorum; pro apertione Comitiorum;pro conſecratione Epiſcopi, de conſecratione Eccleſiæ, de veſtitione vel Profeſſione Religioſa, quales eſſe debeant, quarum & exempla recenſentur.* Jbid: P. IV. P. XIII. p: 98. n. 256:

*Conc: in laudem vivorum præſertim præſentium,muneri ſacrorum Oratorum omnino ſunt indecoræ, & profanis Panegyricis linquendæ.* Jbid. p. 99. n. 257.

*Quodſi omnino, neceſſe ſit laudari, qui illi eſſe debeant, & quomodo ejusmodi laudes inſtitui.* Jbid.

*Conciones Satyricas in quamcumque Perſonam viventem dicere quam probroſum.* Jbidem.

Conciones funebres *& in laudem mortuorum quales eſſe debeant.* P. IV. P. XIII. p' 99. & ſequ n. 257. & 258.

*Cujusmodi Concionum excellentium Concionatorum propoſitiones aliquot pro norma exhibentur.* Jb. p 100 & ſeq n. 258.

Conc. Artificium. *Conc: Artificii Methodus excellens proponitur.* P. IV. P. XIII. p. 102. n. 259. & 260.

*Cujus exemplum in materia morali exhibetur.* Jbid. p. 102. & ſequ.

*Eædem partitiones, idem ordo in panegyricis m. magnopere ſervandus,& proponitur exemplum ex Bourdalæo de S. Stephano ProtoMartyre.* Jbid. P. IV. P. XIII. p. 105 & ſequ. n. 261.

*Concionatoribus igitur Noſtris quid omnino curandum eſt in formandis Concionibus quo ad propoſitiones, diviſiones, ſubdiviſiones, ratiocinationes, tranſitiones. &c.* Jbid. p. 106. n. 262.

*In Concionibus dicendis quæ duo præcipua vitia antiqua omnino abolenda.* Jbid. p. 107. n. 262. *Et proponitur exemplum peromnes partes de virtute obedientiæ ex Them:* Et erat ſubditus illis. Jbid. p. 107. & ſequ. *Alterum exemplum brevius panegyricum de Nativitate B. M. Virginis.* Jbid. p. 111.

*Conciones ejusmodi quod breves eſſe poſſint,demonſtratur exemplo totius Concionis* de vitanda ebrietate. Jbid. p. 111. & ſequ. n. 263.

*In Concionibus textibus latinis, mediocriter utendum, ſed potius in linguam Patriã vertendi, ſenſibus innectendi, Latini verò ad marginem relegandi pro Lectoribus, in quo m. imitandi ſunt celeberrimi in Italia, & Gallia Eccleſiaſtæ.* P. IV. P. XIII. p. 116. n. 264.

*In Concionibus profani Auctores parcè admodum & raro adhibendi, & quis de his ſenſus, & quando his utendum.* Jb. & p 117. n. 266.

*In Concionibus citationes libri, capitis, verſiculi, in ipſo Orationis decurſu inutiles ſunt, & ad marginem, eas ſcribendo relegari oportet.* Jbid.

*Concionatoribus gravibus ſummpere vitanda eſt adulteratio, ut vocant, ſcripturæ,ac perlevis interpretatio, & ad alium ſenſum detorſio, cujus rei exempla ridicula aliquot exploduntur.* P. IV. P. XIII. p. 116. n. 265.

*Similiter vitandi illi, qui à veritate propoſita remotiſſimi ſunt textus ad probandum aſſumpti, & quoquomodo pueriliter applicati, cujus m. aliquot exempla ridicula exploduntur.* Jbid.



http://rcin.org.pl

*Conciones item hiſtoriolis non ſunt infarciendæ, multominus terribilibus illis viſionibus & rebus ſimilibus, ut generatim hodie obſervant graves Concionatores Italici & Gallici*: Jbid. p. 117. n. 266.
*Sed Hiſtoriæ ſacræ & Eccleſiaſticæ probatiſſimæ adduci poſſunt.* Jbid.
*Nec abuſus & vanitates, trita in Scholis nomina Macedonum, Philipporum, Cæſaris &c: oggerendi, ſunt imitandæ.* Jbid.
*Concionum elocutio quo ad verba qualis eſſe debeat.* P. IV. P. XIII. p. 118 n. 267.
*Item quo ad figuras.* Jbid. *Vbi & præclarum exemplum inſignis Concionatoris divitem Epulonem in inferno ſepultum inducentis, exhibetur.* Jb.
*Concionatoribus noſtris optima in hoc quæ jam ſunt exempla Bourdaloue, Segneri, Maſſilon, Skarga, &c: ſunt ſequenda.* Jbid.
*Concionatoribus Noſtris ad extremum conandum eſt, ut ſi res non verba afferre velint &c: ut in ſingulis concionibus cauſas rei intimas & modos ejuſdem practicos ſolide præmeditentur &c: & ut in noſtris Eccleſiis potiſſimam juvenum noſtrorum rationem habeant, ex quo & alii fructum plurimum percipere poſſunt, ſimilemque ratiocinationem forment huic quæ pro exemplo Concionis proponitur ſuper thema:* Creſcebat puer ſapientiâ, & gratia Dei erat in illo. Jbid: P. IV. P. XIII. p. 118. & ſeq. n: 268.
*Cui ſimile exemplum in Panegyricis de S. Franciſco Saleſio ex Bourdaloue adjungitur.* Jbid. p. 120. n. 269.
*Concionis aut Orat: funebris lineamenta de Duce exercitûs Potoccio.* Jb. p. 121.
*Concionatoribus uti m. & aliis Oratoribus pro exemplari internæ, ſolidæ, pulcherrimæque diſpoſitionis in quavis Oratione præſertim longiore, commendatur lectio ac imitatio Ciceronianæ Orationis pro lege Manilia.* Jbid: p. 122.
*Concionatoribus quod ad elocutionem, pronuntiat. &c: attinet, ea legenda ſunt quæ de Profeſſ: Rhet: ſunt perſcripta.* Jbid: p. 122.
*Concionatores quem finem ſcopumque ſuarum Concionum præfigere debent.* Jbidem.
Conferentiæ *Diebus Dominicis à Rectoribus non intermittendæ, & ſæpius quidem quibusdam temporibus.* P. II. P. I. p. 44. n. 8.
*Quod tamen officium aliquando & per alium Virum gravem ſuppleri poteſt.* Jbid.
*Et in abſentia Rectorum à Vice-Rectoribus.* Jbid.
Confeſſarius. *Confeſſarii pro diebus feſtis in ſcheda in qua Ordo ſacrorum deſcribitur, juxta exigentiam temporis exponendi.* P. II. P. V. p. 82. n. 163.
*In Confeſſariis ætas quanta exigitur.* Jbid: *Priùs examinandi.* Jb: *Quotidie duo itidem aſſignandi pro horis diſtinctis.* Jb. n. 164. *Nec m. qui non ſunt ſcripti in ſcheda, debent ſe excuſare à Confeſſionibus excipiendis.* Jbid. *Confeſſarii plures pro ſtudioſis & majori concurſu populi aſſignandi.* Jb. *Confeſſarii pro noſtris à ſolis Provincialibus deſtinandi.* Jbid.
*Ad quid tenetur Rector quo ad caſus reſervatos, & abſolut: ab hæreſi. Vide ſub tit:* Caſus reſervati.
Congregatio Provlis *ex quibus Perſonis conſtat.* P. I. P. V. p. 27. n. 142.
Congregationis *Provincialis authoritas, Recurſus ad illam. Negotiorum deciſio. Seſſionum tempus tam præſente quam abſente Provinciali.* P. I. P. V. p. 28. n. 144. & ſequ.

*Pro-*

*Provincialis abſque ſua Congreg: nihil præſertim in rebus majoribus decidere debet.* P. I. P. V. p. 27. n. 142.

*Provlis abſens à ſua Congregatione, quid agere debeat cum illa, ratione intervenientium negotiorum.* Jbid. p. 28. n. 149.

*Ejus tantum unum votum in ſua Congregatione.* Jbid.

*Congregationes ordinarias & extraordinarias ſignificare, Aſſiſtentis primi munus eſt.* Jbid. p. 28. n. 146.

*Provlis ſuas Congreg: Varſaviæ (verum extra viſitationem ſine impenſis domorum illarum) aut m. Goræ inſtituere poteſt, & quoties in hebdomada.* P. I. P. V. p. 28. n. 147. & ſequ.

*Secretarius Congr: Provlis ab ipſa Congr: eligendus qui libris ſeparatis acta Congr: inſcribat.* P. I. P. V. p. 28. n. 150.

*Congregationis reſultata præſente Provli facta antequam publicentur, prius in ipſa Congregatione legenda.* Jb. p. 28. & ſeq. n. 151.

*Quomodo in obſervatione illorum, in abſentia ſua à Congregatione, Provlis procedere debeat.* Jbid p. 29. n. 152.

*Congr: vota omnino requirenda, & in his pluralitas obſervanda, quæ annotari debet.* Jbid: n. 153. & ſequ. *Alias pro non obſervata pluralitate Votorum, Provlis in futuro Capitulo Commiſſariis reſponſurus.* Jb. n. 154.

*Congregationis Provincialis voto deciſivo quæ negotia egent.* P. I. P. V. p. 29. à n. 155. ad n. 163.

*Ad quæ negotia ſufficit votum conſultivum.* Jb. p: 30. n. 164.

*Congregationis Provincialis ubi vota deciſiva expectari non poſſunt, quid agendum Provinciali.* Jb. n. 165.

*Provincialis ſi abſque voto deciſivo ſuæ Congr: aliquo prætextu majora negotia peragit, tenetur reſpondere Commiſſariis, reddendo rationes adminiſtratæ Provinciæ.* P. I. P. V. p. 31. n. 166.

*In Congr: Provli quæ praxis ſervanda in votis expetendis, & ubi ſententiæ non conveniunt, quomodo procedendum.* Jbid. n. 167.

Congreg: particulares *in Caplis Provlibus, à quo & quomodo diſponendæ.* P. I. P. I. p. 13. n. 27.

Conſcientiæ redditiones *Noſtrorum Juniorum quoties & à quibus exhibendæ.* P. II. P. I. p. 44. n. 7.

Conſultores. *Conſultorum Provinciæ electio.* P. I. P. I. p. 11. n. 11.

*Conſultorum Provinciæ locus.* Jbid. p. 11. n. 12. *Plura vide ſub tit.* Aſſiſtentes.

Conſultores Domorum *quomodo ſe gerere debeant.* P. II. P. V. p. 86. n. 182.

Convictus *omnino prohibentur, niſi ſint ad inſtar Coll: Nazar: Romæ, aut ſaltem communicatione cum Collegio penitùs interclusâ & noſtris niſi ad quos ſpectat, aditu penitus prohibito:* P. II. P. V. p. 78. & ſeq. n. 146. & ſeq.

Convictus Łucov: *vide* Łucovienſis Convictus.

Convivia & choreæ, *omni loco & tempore prohibentur.* P. II. P: II. p. 54. n: 56.

Cubicula Noſtrorum. *Cubiculis res applicatæ, in mutatione cellarum aut diſceſſu, tollendæ non ſunt, niſi cum ſcitu Superioris.* P II. P II. p. 50. n. 34.

*In cubiculis quæ ſunt neceſſaria & qualia eſſe debent.* Jb. p. 52. n. 42.

http://rcin.org.pl

*Cubicula infirmorum ſeparata eſſe debent.* P. II. P. II. p. 56. n. 64. & ſeq.
*Similiter & Hoſpitibus ſeparata cubicula aſſignanda.* Jbid:
*Cubicula ſingula pro ſingulis Religioſis eſſe debent.* Jbid:
*In cubiculis Religioſis quæ commoditates præſtandæ.* Jb. p. 57. n. 66.
*Quo pertinet & fornacum calefactio, uti m in Oratoriis & Refectoriis.* Jb.
*Similiter candelarum, papyri & attramenti adminiſtratio.* Jbid:
*Studioſi ſæculares ad cubicula Magiſtrorum & Præfecti, non admittendi, niſi Præfectus pro ſe obtinuerit facultatem.* P. II P. V. p. 78. n. 145.
*Nec m. mittendi ad cubicula pro re aliqua.* Jbid.
*Circa cubiculorum ingreſſus inter noſtros regulæ ſervandæ.* P.II. P. V. p. 78.n.145.

## D. D. D.

Debita. *Rectores debita non poſſunt contrahere ultra* 10. *aureos absque ſcitu Communitatis.* P: II. P. IV. p. 72. n. 125.
*De debitis contractis vel damnis Domui illatis, quilibet ex Communitate Superiorē Provli & Præſidi Capli deferre poteſt.* P. II. P. IV. p. 72. n. 126.
Depoſita *externorum à nullo noſtrorum præterquam à Superioribus admitttenda & extradenda, absque tamen ullis cautionibus damni rependendi.* P. II. P. IV. p. 72. n. 123.
Devotiones. *Devotionum tabulæ in ſingulis domibus deſcribendæ & manu Provincialis ſubſcriptæ in Sacrariis appendendæ.* P. II. P. V. p. 81. n. 161.
*Quomodo tempore expoſitionis SSmi & diebus Communionis Noſtri in* Eccleſia *ſe gerere debeant.* P. II. P. V. p. 83. n. 169.
Directores è noſtris. *Directores & Theologi è Noſtris extra in domibus Magnatum difficillimè, & qui, & quo pacto concedendi.* P. I. P. II. p: 17. n. 49. & ſequ.
Doctrina Spiritualis. *Vide* Spiritualis Doctrina.
Domorum Status. *Vide* Status Domorum.

## E. E. E.

Ebrietas & ebrioſi. *Ebrioſorum pænæ uſque ad monitoria ad ejectionem.* P.II. P.II. p. 54 n. 52.
*Denuntiatio eorum & pænarum quas ſubierunt, de domo in domum.* Jbid. n. 53.
*Ebrioſorum Superiorum pænæ.* Jbidem.
*Notati aliquâ inclinatione ad vitium ebrietatis, ad ſæcularium domos non mittendi.* Jbid. p. 55. n. 58.
*De quo Superiores loci Provincialibus reſpondebunt.* Jbid.
*De tollendo vitio ebrietatis Provlis initio ſui muneris jurabit.* Jbidem n. 59.
Eccleſia. *Eccleſiarum reparatio & conſervatio inprimis Rectoribus incumbit. Quas ſtatim primo menſe ſui regiminis luſtrent & actus hic viſitationis, libro ejusmodi actuum inſcribendus.* P. II. P. V. p. 81. n. 157.
Eccleſiæ Parochiales *ubi ſunt, quomodo adminiſtrandæ. Jtem Rectores & Adminiſtratores Sacramentorum, quomodo ſe gerere debeant reſpectu Loci Ordinariorum, Parochianorum &c: Jtem reſpectu Concionum, Catechiſmorum, devotionum, confeſſionum &c.* P. II. P. V. p. 84. & ſeq. n. 171. ad n. 177.



http://rcin.org.pl

Electiones. *Electio Candidatorum. Vide* Candid: Electio.
*Electio Vocalium Romam deputandorum.* P:I.P.I. p. 11. n. 13.
Epiſtolæ. *Epiſtolarum commercium quale Noſtris permittitur.* P. II. P. V. p. 80. n. 153. *Jllarum, & qualium ſolutio ad quem ſpectat.* Jbid: *Sigilla privata quibus permittenda.* Jb: n. 154. *Literæ ut Latinè ſcribantur, commendatur.* Jbid: *Abuſus titulorum tollendus.* Jb: n. 155. *Titulus Paternitatis cui tribuendus.* Jb: *à quibus epithetis abſtinendum.* Jbid.
*Epiſtolarum ſcriptio à Superioribus domorum ad Provles, ſingulis menſibus non intermittenda. Quare poſtæ ubi ſunt difficiliores non negligendæ.* P. II. P. V. p. 80. n. 154.
*Epiſtolæ quomodo ſcribendæ &c. Vide ſub Tit:* Syntax: Human: & Rhcɛs Schola.
Examina *& experimenta publica Scholarum quomodo debent inſtitui.* P: IV. P. III. p. 18. n. 63.
Exercitia Spiritualia *quovis anno, à quovis indiſpenſabiliter abſolvenda.* P. II. P. I. p. 45. n. 13.
*Exercitia Spiritualia quo tempore à Studentibus Theologiæ abſolvenda.* P. III. P. XVIII. p. 161. n. 288.
Ex-Provincialis. *Ex-Provincialium via pro Capitulo. vid:* Aſſiſtentium. &c. *Varſavienſes Domus à reſidentia Ex-Provincialium eximuntur & quare.* P. I. P. V. p. 27. n. 143.

## F. F. F.

Fabrica. *Rectores novas Fabricas exſtruere abſque ſcitu Provlis & Architecti conſilio non debent. Nec ſumptibus Domûs, niſi priùs reparationes debitæ in Domo & villis fiant.* P. II P. IV. p. 73. n. 127.
*Nec prætextu fabricarum neceſſariis Religioſorum commodis ſubtrahere.* Jbid:
*Rectores qui poſſunt & tamē fabricas neceſſarias negligunt, ab officio ſuſpendendi, ac proventus in hunc finem à Provli ſequeſtrandi.* Jb. n. 128.
Familia ſervilis & Famuli. *Familia ſervilis quæ ſit cuique domui neceſſaria.* P. II. P: V. p. 77. n. 143.
*Famuli communes duo vel tres pro commoditate Religioſorum in domibus ſuſtentandi.* P. II. P. V. p. 77. n. 143.
*Pueri & quales & quibus permittendi.* Jbidem.
*Aurigæ Provincialium in officio continendi.* P. I. P. IV. p. 27. n. 140.
Fundatio pro Noſtris ad exteras oras mittendis. *Fundatio Patrum Antonii Konarſki à B: Cunegunde, & Samuelis Wyſocki à S. Floriano protunc Aſſiſtentium Provinciæ, pro Juvenibus noſtris duobus ad exteras nationes mittendis approbatur.* P. V p. 209. n. 153. punct. I.
*A quibus duabus Summis Capitalibus, ſingulis mille ducentorum aureorum, ſuper Capſa Provinciæ locatis, cenſus per quatuor à centum, quotannis ſolvendus.* Jb: punct: II.
*Jn caſum obitus eorum ante complendam Summam, omnes res illorum ſive in pecunia, ſive in quacumque ſupellectili relictæ, divendi debent, & non ad Capſam Provlis, ſed ad complendam ſummam converti.* Jbid.

*Cen.*

http://rcin.org.pl

*Cenſus ex his ſummis triennalis quomodo diſponendus.* Jb. punct: III.

*Quodſi conſuetudo in Italia, medietatem pro victu ſacris ſolvendi mutaretur, quomodo tunc procedendum.* Jb. punct: IV.

*Suppoſito dicto caſu, & factâ diſpoſitione de uno mittendo, ex aureis 90. ſingulis trienniis colligendis ſumma aureorum 900. conflanda.* Jb. p. 210. punct. V.

*In dicto caſu qui poſſent aureos 18. ipſimet in ſingulos annos pro victu impendere, debent ante diſceſſum ſinguli aureos 54. in manibus P. Procuratoris Capſæ Provæ relinquere.* Jbid. punct: VI.

*Quod ſi in Galliam, vel aliò ubi plus ſolvendum eſt, aliquis mittendus judicaretur, pro quo cenſus triennalis ab una ex dictis ſummis, non inquam ambabus (cum hæ duæ ſummæ pro duobus, non pro uno ſint fundatæ) non ſufficeret, quid agendum.* Jbid: punct: VII.

*Juvenes Noſtri duo Romæ, unus in Coll: Nazaræno, alter in Coll: novo manere poſſunt, aut uterque Florentiam ad Domum Noſtram dictam ad Rictios mandabuntur, & quare.* Jbid. punct: VIII.

*Viennæ m. unum tenere, ubi minor ſolutio, non inutile.* Jbid.

*Procurator Capſæ Provinciæ, & ipſe Provincialis reſpectu cenſûs ab his duabus ſummis pro duobus Juvenibus impendendi, quomodo ſe ſingulis trienniis gerere debeant.* Jbid: punct: IX.

*Cenſus ab his duabus ſummis, nunquam ultra quatuor à centum augendus, aut diminuendus.* Jbid.

*Summæ dictæ aureorum duorum millium & quadringentorum ad inſtantiam Procuratoris Capſæ Provæ, cum conſenſu Capli Provlis dummodo proviſa ſit omnis ſecuritas, levari poſſunt de Capſa Provæ, & alibi locari.* Jbid.

*Fundationis iſtius duarum Summarum vis & intentio, nunquam* à *Provli, imo m. à Caplo Provli, mutari poteſt.* Jbid.

*Ad banc quoque Fundationem cenſus è domo Radomiæ à P. Antonio Konarſki fabricata, quomodo ſpectare poteſt.* Jbid.

*Juvenes ex hac Fundatione mittendi, à Patribus prædictis quo ad vivent nominandi, deinde poſt ſera fata illorum à P. Provinciali cum ſua Congreg: deligendi.* Jbid. p. 211. punct: X.

*Cujus illi ætatis eſſe debeant, & quibus virtutibus & dotibus ornati.* Jbid:

*Quæ obſtacula ſunt, ad non præſtandum hoc illis beneficium.* Jbid.

*Juvenes noſtri tali beneficio à Provincia cumulati, grati animi memores eſſe debet, & quibus modis hunc teſtari poſſunt.* Jb. punct: XI.

*Abſolutâ Theologiâ potius, quam ante, nullo vero modo non finitâ Philoſophiâ & ſuo Profeſſorio, mittendi, & magis expedit ut Sacerdotes quam Clerici, quorum primi teſtimonia ſui Sacerdotii ab Officio loci, alii libros metrices & alia munimenta ſecum deferre tenentur.* Jbid. p. 212: punct. XII.

*Si qui pro Theologia mandabuntur, eam diſcent cum aliis ſcientiis & artibus, de quibus.* P. V. p. 212. punct. XIII.

*Juvenes quibus ſcientiis, artibus, linguis &c: vacare debent.* Jbid.

*Quarum ſtudia non ſimul omnia ſingulis ſed aliqua aliquibus à Provinciali præſcribenda,*

http://rcin.org.pl

*benda, cui m. quotannis Juvenes noſtri per epiſtolas rationem ſtudiorum ſuorum dare tenentur.* Jbid:

*Jidem à Rectore loci ubi degunt teſtimonium mittendum Provli de ſuis moribus & profectu curare tenentur, ſub revocatione m. primo anno, ſi &c:* Jbid:

*Pater Provlis uti eos primis literis P Generali, aliisve reſpectivè Superioribus ſemper commendabit, ita deinde cum ipſi viſum fuerit, ſuper eorum profectu & moribus, apud noſtros inquiret,* Jbid:

*Cum Fundatio prædicta non ſufficiat pro libris, inſtrumentis, pro arte item delineandi, &c: ipſi Juvenes privatum ad id peculium convertere debent, aut beneficentiâ P Provlis juvandi.* Jbid. punct: XIV.

*Juvenes illi, qui Parentum vel aliorum beneficio mitti extra poſſunt, nunquam è cenſu Fundationis iſtius mittendi, nihilominus præſcriptis hic conditionibus ſubjacent, & quare.* Jbid. punct. XV.

*Quam ingratus eſſet, qui extra miſſus, ultra præfixum ſibi tempus reverti tergiverſaretur, ſeſeque quibuscumque prætextibus & cauſis auderet excuſare, & quare.* Jbid: P. V. p. 212. punct: XVI.

*Abſceſſus è Patria menſe Julio, & in Patriam reditus Menſe Junio, ita ut primis Auguſti remeare poſſint, præſcribitur, de quo tempeſtivè & ſæpius ex via Provlis per literas præmonendus.* Jbid: p. 213. punct. XVII.

*Juvenes ejusmodi à docendis Scholis annis 18, non tantum ſe eximere non debent, ſed & magis adhuc obligantur, & quare.* Jbid: punct: XVIII.

*Juvenes hujusmodi non habent rationem ſuperbiendi præ aliis, nec qui, non peregrinantur conquerendi, & quare.* Jbidem punct: XIX.

*Si quo caſu nullus Noſtrorum extra, ad ſtudia mitteretur, eo ſpatio temporis collectus cenſus, quomodo convertendus.* Jbid. P. V. p. 214. punct: XX.

*Supradictorum confirmatio à Sacra Sede Apoſtolica procuranda, quod præcipuè incumbit PP. Aſſiſtent: & Conſul: Provæ.* Jb. punct: XXI.

*Pro Fundatoribus prædictarum Summarum, qui beneficio illorum utentur, quas obligationes ex Conſcientia adimplere tenentur.* Jbid. punct: XXII.

## G. G. G.

Galeri. *Vide* Veſtiarium.

Gallica & Græca linguæ *in Profeſſorio ediſcendæ.* P. III. P. X. p. 126. n. 144. & 145. *Vide m.* Linguarum ſtudia.

Geographia. *Geographiæ & Hiſtoriæ Vniverſalis Studium in Profeſſorio tractandū.* P. III. P. II. p. 101. n. 56. & P. III. P. XIV. p. 149. n: 239.

*Jn Rhetorica & Poeſi Sæcularium.* P. IV. P. IX. p. 61. n. 171.

Germanica *lingua in Novitiatu diſcenda & in Profeſſorio continuanda.* Jb.

Germani *aut alterius Nationis homines, dum ad habitum & Profeſſionem admittūtur, ad quæ obligandi, & quam conditionem acceptare & Inſtrumento Profeſſionis ſubſcribere tenentur.* P. V. p. 233. punct. IV.

*Quale Decretum à P. Generali & ſua Congregatione, ne in aliam Provinciam & ſuam Patriam tranſire poſſint, obtinendum.* Jbid.



http://rcin.org.pl

Gorenſis Domus *PP. Provincialium curæ ſingulari commendatur, & quomodo hæc diſponitur, ubi & de reſidentia, & de rebus Provincialium.* P. I. P. II. p. 17. n. 53. & ſequ.

Grammatica Libellus. *Grammaticæ ac aliorum librorum Scholaſticorum Varſaviæ impreſſorum venditio per alias domos, ſolis Rectoribus incumbit, quorum pretium ultra quam Varſaviæ emuntur, non augendum.* P. II. P. III. p 64. n. 96.

*Quomodo à Præfectis Typographiæ idem pretium repetendum.* Jbidem:

Grammatica Schola. *In hac Schola, Grammatice explicanda ſemel vel bis ad Natalem Domini ad Proſodiam excluſivè, deinde ut in aliis Scholis legendo & explicando regulæ refricandæ.* P. IV. P. VI. p 25. n. 87.

*Qui libri alii in Grammatica legendi.* Jbid: n 88.

*Pro Hiſtoria Polona Florus Polonicus adhibendus, quo ex Latino in Polonicum (uti ex Kořuccio donec melior occurrat, ex Polonico in Latinum) pro occupationibus domeſticis, libris diligentiæ, & examinibus utendum* Jbid. p. 25. n. 89.

*Pro exercitiis Scholaſticis Januâ linguarum, vel Orbe ſenſualium picto utendum.* Jbidem.

*Arithmeticæ ſtudium deſignatis temporibus, diligentiſſimè tractandum.* Jb. n. 90.

*Quæ in Grammatica memoriter ediſcenda.* Jbid: p 26 n. 91.

*Examina duo ex quo, & quomodo inſtituenda.* Jbid: n. 92.

*In hac Schola qui ordo temporis ſervandus præſcribitur.* Jbid. n. 93.

## H. H. H.

Hebdomadarius. *Hebdomadarii officium.* P. II P IV. p. 73. n. 131.

*Ab Hebdomadarii officio Sexagenarii, Vice Rectores, & qui loco præcedunt, eximuntur.* Jbid.

Hiſtoria. *Circa principia Hiſtoriæ tradenda quid obſervandum, in quo præcipuè privata domeſtica educatio, publicæ Scholaſticæ præfertur.* P IV. P. III p. 17. n 54.

*Ad quam tradendam libri perquam neceſſarii, & qui, & quomodo tandem, Vt pro Diſcipulis conquirantur, Parentes perſuadendi.* Jbid:

*Jn præſenti rerum ſtatu, interea quo meliori modo poſſunt, aliqua ſaltem principia Hiſtoriæ tradenda.* Jb. n. 55.

*Qui libri Hiſtorici in ſingulis Scholis præſertim inferioribus in uſu habendi.* Jbid: p 18. n. 56.

*Quomodo hi legendi & quo tempore in toto, vel in parte repetendi, quæ ſingulariter in illis annotanda, &c:* Jbid. n. 57. & ſequ.

*Quid ipſi Magiſtri quo ad ſe ipſos, hac in re agere debeant, & quomodo in ſingulis Scholis hos libros perficere.* Jbid: n. 62.

*Quales & quot pro Examinibus & experimentis publicis quæſtiones & quomodo deſcribi facere & proponere debent, & quid uti de Epochis, de numero Principum, de variis eventibus &c: ex hoc vel illo libro aut parte illius annotare.* Jbid: P. IV. P. III. p. 18. n. 63. *Vide m.* Geographia.

Hiſtoria Eccleſ: *in ſtudio Theologico tradenda, cujus auctores præcipui ſpecificantur.* P. III. P. XVIII. p. 159. n. 272. & p. 160. n. 286.



http://rcin.org.pl

Hiſtoricorum Domus *officium.* P. II. P. IV. p. 70. n. 117.
*A quo tempore & quæ ab illis inſcribenda Hiſtoria Domus, ac tempeſtive ante inſcriptionem libro, Rectoribus præſentanda.* Jbid.
*Hiſtoricorum negligentium pœna.* Jbid.
Hoſpites *noſtri & extranei quomodo tractandi, præſertim quo ad potum vini & mulſi.* P II. P. II p. 54. n. 55.
*Hoſpitibus ſeparata cubicula aſſignanda.* Jbid. p. 56. n. 65.
Humanitatis Schola. *In hac Schola principia Rhetoricæ tradenda, & Adoleſcentum ingenia ad aliquid de ſuo depromendum formanda.* P IV. P. VIII. p. 30.n.109.
*Præcepta quæ explicanda, ut periodorum, troporum, figurarum, amplificationis natura, & ars imitandi cognoſcatur. Jtem Progymnasmata quædam. Jtem de Epiſtolis De re Poetica ad calcem ejusmodi præceptorum. Jtem præcipuæ & quæ ſpecies verſuum tradendæ.* Jb. n. 110.
*Quæ omnia bis ad Paſcha commodè explicari poſſint, cum non tam præceptis quàm continuâ praxi* & *exemplis ſit immorandum.* Jbid.
*Compoſitiones in hac Schola quæ ? & quot, & quibus temporibus, & quomodo vitiis prioribus in componendo abrogatis, ſuper quibus materiis, & quibus Authoribus & exemplis ad illas utendo, ſolutè & aliquando ligatè faciendæ, In quibus omnibus prolixitas vitanda.* Jbid: p 31. n. 111. & ſequ
*Quarta quævis Compoſitio linguâ Polonicâ facienda* Jb. p 32 n. 113.
*Epiſtolæ alternis vicibus Lat: & Polon- poſt Progymnaſmata componendæ, ex quibus Parentibus & aliis patet, (uti re verâ eſt) profectus diſcipulorum.* Jb.n.114.
*Epiſtolarum propoſitiones ſeu materiæ quæ & quales eſſe debeant, tam in Genere Demonſtrativo, quam Deliberativo.* Jb n. 114 & ſeq.
*Jtem Epiſtolæ morales aliquot ad imitationem Senecæ.* Jb p. 34. n. 117.
*Quarum & ſimilium Materiarum ampliſſima eſt copia* in Orat: de Viro honeſtò & bono Cive Jbid.
*In Epiſtolis Polonicis conſcribendis propter defectum bonorum librorum, tum & alias rationes quâ induſtriâ eſt utendum.* Jbid. n. 118.
*Quod & in Epiſtolis* Latinis *obſervandum.* Jbid:
*Similiter & in tradendis Progymnaſmatis, verſibus componendis &c:* Jbid:
*Quod & Rhetorices Profeſſoribus faciendum.* Jbid.
*Humanitatis & Rhces Profeſſores antequam componenda dictent, prius ipſi componere & eloqui, aut ex Auctoribus extrahere debent, & quare.* Jb. p. 35 n. 119.
*In quo Præfecti & Rectores invigilare debent, uti & Provinciales in Viſitationibus.* Jbid: p. 36. n. 120.
*Quæ Materiæ aliter pro incipientibus, & aliter pro proficientibus ſunt tradendæ.* Jbid. n. 121.
*Quales Materiæ ſunt tradendæ ? nim: ut Nobili Juventuti conveniant, & ut olim in conſiliis Reip: prodeſſe poſſint.* Jbid. n. 122.
*Quam claræ, intellectu facillimæ, &c:* Jbid: p. 37. n. 123.
*In hac Schola verſus Latini pro principali fine non ſunt proponendi, ſed nec tamen negligendi, de quibus diſponitur.* P. IV. P. VIII. p. 37. n. 124.



http://rcin.org.pl

*Declamationes in hac Schola quatuor in anno, præſcriptis temporibus abſolvendæ medietas Lat: & medietas Polonice. Et quæ compoſitiones in illis exhibendæ.* Jbidem n. 125.
*Stylus in his qualis eſſe debeat, quæ voces adhibendæ, ac qui tam in Latino quàm in Polonico ſermone Authores imitandi.* Jbid. n. 126.
*Quid ſentiendum de verbis Polonicis ex Latino factis.* Jbid:
*Quomodo m. utendum ſententiis Authorum & fragmentis Poetarum.* Jbid.
*Magiſtri Poeſeos nondum per ætatem maturi ad ejusmodi Stylum gravem, ex Auctoribus excerpta, non ſua dictare tenentur.* Jbid.
*In quo tamen negligentiæ non eſt indulgendum.* Jbid.
*Lectio & Explicatio Auctorum in hac Schola, qualis eſſe debeat.* Jb. p. 39. n. 127.
*Qui libri tam pro Hiſtoria, quam eloquentia comparanda legendi, & præcipuè opera Ciceronis commendantur, & ex his aliqua diſtinctim annotantur.* Jb. p. 39. n. 128.
*Quodſi ubi liberius aliquid dictum eſt, prudentiæ eſt Magiſtri, omittere, aut mutare.* Jbidem.
*Quæ præſertim pro hac Schola ſeu Poeſi omnino explicanda, deligenda, pro quotidiano Latinè loquendi exercitio, aſſumenda. Quæ item pro Epiſtolis, quæ pro verſibus componendis.* Jbid. p. 41. n. 129. & ſequ.
*Præcepta non dictanda, ſed typis impreſſa ediſcenda.* Jb. n. 131. & ſequ.
*Quæ item memoriter à Diſcipulis ediſcenda.* Jb: n. 132.
*Geographiæ ſtudium à Paſchate tractandum.* Jb. n. 133.
*Ordo temporis agendorum in Schola Humanitatis.* P. IV. P. VIII. p. 41. n. 134.

## I. I. I.

Jejunia *quomodo ſervanda habitâ tamen ratione ægrotorum.* P. II. P. II. p. 56. n. 61.
Jncorrigibiles. *Cum incorrigibilibus modus agendi & qui gradus ſervandi.* P. III. P. IX. toto. p. 123. & ſeq. n. 132. & ſequ.
*Monitorium primum quando dandum, deinde ſecundum & tertium, uti & reliqui paſſus obſervandi uſque ad ejectionem.* Jbid.
*Crimina quæ ſunt obnoxia huic modo agendi.* Jbid.
*Correctio ejusmodi prima, uti & reliquæ omnes pænæ, monitoria, gradus &c: in libro Decretorum Provæ exactè inſcribenda, propter informationem Succeſſorum.* Jb. p. 124. n. 133.
*Quod ſit crimen primum & quot & qualia requiruntur, ut ad primum monitorium accedatur.* Jbid: n. 134.
Induitio. *Jnduitionis non Profeſſionis prioritas facit præcedentiam loci.* P. III. P. VIII. p. 123. n. 131.
Jnfima Schola. *Mgr. Infimæ cum noviſſimè promotis ex Parva quid agere debeat.* P. IV. P. IV. p. 22. n. 75.
*Ejusdem munia & Ordo temporis in docendo, ubi vel Infima juncta eſt cum Parva, vel non juncta, potiſſimum referendo ſe ad communes Ordinationes de Magiſtris.* P. IV. P. V. toto. p: 22. & ſeq. n. 76. & ſeq.
*Pro Schola Infimæ duo genera librorum deſtinantur nim: pro diſcenda lingua Latina*

*&*

http://rcin.org.pl

*& Hiſtoria, circa quos quid Magiſtro agendum.* Jb. p. 23. n. 80. & ſequ.
*In hac Schola Examen publicum bis in anno inſtituendum, ex quo,quomodo,& quibus temporibus.* Jb. p. 24. n. 83:
*Mgro Infimæ quibus libris utendum pro Compoſitionibus domeſticis* Jb. n. 84.
*Pro Exercitiis Scholaſticis Orbis ſenſualium pictus adhibendus.* Jb. n. 85.
*Regulæ Grammatices ab Orthographia incipiendo, conſequenter, & nullo modo è pluribus ſimul locis in Infima condiſcendæ. Diſtinctim verò ex Vocabulario,libro Grammaticæ adjuncto,vocabula quam plurima.* Jbid.
*Nec ulla vox prætereunda quæ Polonicè neſciatur.* Jbid:
*Ordo temporis tam mane quam veſpere agendorum.* Jb. p. 25. n. 86.
Jnfirmi & Valetudinarii, *quomodo à Superioribus tractandi.* P. II. P. II. p, 56. n. 62.
*De quo Provlis in Viſitatione præprimis inquirere debet, & in delinquentes hac in parte Superiores animadvertere, alias ſolus in Capitulo reſponſurus.* Jb. & n. 63.
*Jnfirmorum cubicula ſeparata eſſe debent.* Jb. n. 64. & 65.
Jnventaria rerum *Rector bis in anno, Menſe Martio & Junio, per deputatos revideri & verificari curet.* P. II. P. IV. p. 70 n. 118.
Jnutiles & inepti. *Cum Perſonis vitioſis, & qui vel omnino ſunt inepti ad quævis officia, vel infideles, quid agendum.* P. III. P. IX. p. 124. n. 135.
*Ejusmodi hominibus pluribus una Domus non eſt oneranda.* Jbidem.
Judicia de Novitiis, *ſingulis annis à quo, & quando & in quibus punctis ſcribenda* P. III. P. I. p. 90. n. 16.
Judicia de diligentia Magiſtrorum, *&c:* Studentium *&c: Vide* Teſtimonia jurata.
Juniores Noſtri, *tam Clerici quam Sacerdotes ad triennium in Concionibus dicendis aliisque perorationibus intra communem refectionem exercendi, quod præcipuæ curæ Rectorum incumbit.* P. II. P. III. p. 63. n. 89.
*Quibus themata & propoſitiones per annum à PP. Spiritualibus in Profeſſoriis, in aliis vero domibus à Profeſſoribus Rhetorices diſtribuendæ,& noſtri Juniores accommodè ſecundū numerum Perſonarum pro hujusmodi perorationibus diſponendi.* Jb. p. 63. n. 90: & p: 64. n. 91.
*Nullus Juniorum ab hac lege eximendus præter Magiſtros Humanit:* Jb. n. 92.
*Tales Exhortationes ſeu Conciones privatæ, in Refectorio benè dictæ, & correctæ, etiam publicè dici poſſunt.* Jb: n. 93.
*Ejusmodi Perorationes à Secretario Domûs in libro diſtincto annotandæ. Jn Viſitatione Provinciali producendæ. Menſe Junio Varſaviam ad Congreg: Provlem mittendæ.* Jbid.
*Rectores quomodo cum dicentibus ejusmodi perorationes procedere debeant.* Jb:
Jurata Teſtimonia. *Vide* Teſtimonia jurata.
Jus Canonicum *in Studio Theologico tractandum.* P. III. P. XVIII. p. 159. n. 275. & p. 160. n. 286.
Juvenes noſtri *ad exteras oras mittendi. vide* Fundatio.

## L. L. L.

Lectiſternium *Noſtris quale & unde eſt providendum.* P. II. P. II. p: 49. n. 33. & p. 52. n. 42.

Le-

http://rcin.org.pl

Lectorum ad Menſam *Officium à quibus & quamdiu eſt obeundum*, P. III. P. XX. p. 165. n. 308.

Legenda ad Menſam. *Libri & alia legenda ad menſam.* P. II. P. I. p. 47. n. 20. Et P. II. P. V. p. 87. n. 187.

Libri à Noſtris edendi. *Libri à Noſtris ad typum edi non poſſunt ſine expreſſa facultate Provincialium, & quidem prius in unaquaque materia integri, aut ſaltẽ ſecundum talem partem operis conſcribendi, & à Noſtris bene peritis examinati.* P. II. P. III. p. 63. n. 88.

Libri Domeſtici manuſcripti. *uti ſunt Regeſtra manualia. Liber Magiſter, Jnvẽtaria &c: PP. Rectorum & Secretariorum Domûs ſingulari curæ commendantur* P. II. P. V. p: 85. n. 179.

Libri diligentiæ. *Librorum ut vocantur diligentiæ quis finis, & ad quid in his dictandis Magiſtris eſt attendendum.* P. IV. P. III. p. 19. n. 64.

Linguarum Studia. *Linguarum & artium quarum ſtudia in ſtudio Philoſophico Noſtrorum pertractanda.* P. III P. XIV. p. 148. & ſeq: n. 236. & ſequ.

*Item in Studio Theologico* P III. P. XVIII. p. 160. n. 277. & ſeq.

Lithvana Provincia. *Lithvanæ Provinciæ Domum aliquam quoquomodo cedere, aut hac de re conventiones aliquas inire tam Provincialis ſolus, quam cum ſua Congregatione in perpetuum prohibetur, imo avulſionem injuſtam & damnoſam omnimodis præcavere tenetur.* P. V. p. 232. punct. I.

*Conventio quoque quæ ac ſi facta Romæ ſub tempus Capli Generalis.* 1742, *prætenſa ſed non probata fuit, (contra quam P. Stanislaus Konarſki pro tunc Provlis Poloniæ, ſolennem in Actis Provinciæ fecit proteſtationem) nullius valoris, imo nulla eſſe declaratur.* Jbid.

*Attamen omnis charitatis Fraternæ cum prædicta Provincia Lithvana obſervatio, & quæ eidem à nobis poſſint reddi obſequia ac officia commendantur.* Jb:

Livellus. *Livelli Noſtris permittuntur & quomodo illis utendum.* P. II. P. II. p. 48. n: 26.

*De livellis vel aliis pecuniis ſibi permiſſis, Religioſi non tenentur providere ſibi neceſſaria.* P. II. P. II. p. 48. n. 26. & ſeq.

*Poſſunt tamen ſi volunt exhibere hunc actum Charitatis.* Jbid.

*Livelli ſeu qualescumque Summæ Noſtrorum omnino in Capſa Provæ locari debent, ſub pæna &c:* P. V. p. 219. punct. XXX.

*Idque ante feſtum. S. Joannis Bapt: & quare.* Jb. p. 220. punct. XXXIV.

*Quando & quibus urgentibus neceſſitatibus ejusmodi ſummæ, à P. Procuratore Capſæ, locantibus ſunt reſtituendæ.* P. V. p. 219. punct. XXX.

*Livelli profeſſurorum aliquas Tranſactiones ſeu inſcriptiones facientium.* P. III. P. V. p. 114. n. 101.

Lucovienſis Convictus, *quæ ſit ratio regiminis.* P. V. p. 232. punct. II.

*Lucovienſis Convictus cubicula augeri poſſunt, unde, & ob quem finem.* Jbid.

*Lucov: Convictus Provincialibus juxta conventionem, penſionem certam annuam ſolvere tenetur.* Jbid.

Lumen

Lumen *tam ad cellas quam ad curritoria, Oratorium & Refectorium, commodè à Superioribus providendum.* P. II. P. II. p. 57. n. 66.

# M. M. M.

Magiſter Novitiorum. *Vide* Novitiorum Magiſter.

Magiſtri Scholarum. *Magiſtrorum negligentium pœna,* P: II. P. III. p. 60. n. 76. & ſequ:

*Magiſtri antequam doceant, prius experimentum dare debent, per explicat. Auctorũ & convenientem compoſitionem.* P. II. P. III. p. 60. n. 78.

*Jidem profeſſionem Fidei præmittere tenentur.* Jbid. n. 79.

*Magiſtri Scholarum à Rectoribus, Officiis non ſunt onerandi.* P. II. P. V. p. 76. n. 141.

*Ad Scholas extra Scholarum tempus aditus Magiſtris interdicitur.* P. II. P. III. p. 78. n. 145.

*Vide m.* Scholæ & Scholarum publicarum Profeſſores. *Item ſub ſingulis Scholis.*

Matheſis. *Matheſeos principia in Coll. Nob: audienda, & à quibus* P. I. P. VI. p. 33. n. 177. & P. V. P. V. p. 155. & ſeq. n. 91. *Jtem* P. V. P. XIV. p. 175. n. 129.

*Philoſophia non eſt tradenda abſque principiis Matheſeos.* P. III. P. XIV. p: 148. n. 235.

*Matheſeos ſtudium à B. Patre in aliquot Epiſtolis commendatum, quando præcipuè tractandum.* P. III. P. XVII. toto p. 157. n. 264. & ſeq.

*Matheſeos Profeſſor in Coll: Nob: Varſaviæ collocandus.* Jbid. n. 265.

*Sub-Præfecti Coll: Nob: ad Studia Mathematica applicandi, & in iis ſecundum capacitatem ſuam vel diutius detinendi, vel ſi animum ad illa non habent, brevius, quatenus poſt annum aliis locum cedant.* Jbid: p. 158. n. 266.

Menſa communis. *Ad Menſam communem omnes etiam Provles ſemper accedant, niſi infirmitas aut juſta neceſſitas excuſet.* P. II. P. II. p. 55. n. 60.

*Ad quam Hoſpites m. invitandi.* Jbidem.

*Menſarum noſtrarum, qualis apparatus eſſe debeat.* Jbid.

*Ad Menſam pro prandio (præter Profeſſoria) exceptis maximis Feſtivitatibus, non interrogato m. Superiore, niſi ipſe præmonuerit, horâ undecimâ ordinariè pulſandum.* P. II. P. II. p. 56. n. 61.

Ad Menſam legenda. *Vide* Legenda ad Menſam.

Miſſarum obligatio & Suffragia. *Obligationum pro Miſſis diminutio, ubi Summæ perierunt, à Loci Ordinariis petenda.* P. II. P: V. p. 83. n. 166.

*Miſſarum novæ obligationes quomodo acceptandæ.* Jbid.

*Suffragia Miſſarum pro Noſtris defunctis in quo determinato numero abſolvenda.* Jbidem n. 167.

*Suffragia item Miſſarum, Officii defunctorum pro noſtris defunctis, pro Parentibus ac Conſanguineis Noſtrorum, pro Fundatoribus, Benefactoribus, ac Protectoribus, poſt diem Commem: Defunctorum, primis Novembris abſolvenda,* Jbid. n. 168:

Monitoria. *Monitorium ad ejectionem,* *Vide* Jncorrigibiles.

Mu-

http://rcin.org.pl

Muſica, res Muſicæ, & Muſici. *Exercitium ſeu Vſus inſtrumentorum Muſicorum, quo tempore non eſt licitus.* P. II. P. V. p. 79. n. 151.
*Muſicalium rerum cura qualis incumbit Præfectis Chori.* P. II. P. V. p. 83. n. 170.
*Muſici in ſobrietate continendi:* Jbid:
*Præfecti Chori à debitis contrahendis abſtineant.* Jbid:
Mythologia. *Qui libri Mythologorum in Schola Humanitatis explicandi.* P. IV. P. VIII. p. 41. n. 129.
*Mythologiorum identidem commemorandorum & quomodo, cura Profeſſoribus Rhetorices non negligenda.* P. IV. P. IX. p. 61. n. 172.

## N. N. N.

Novitius & Novitiatus. *Ad Novitiatum Candidati, vide* Candidati ad Novitiatum.
*Novitiorum induitio omnino in Domo Probationis facienda, niſi ex juſtiſſimis Cauſis, Provincialis & ipſius Congregatio diſpenſet.* P. III. P. IV. p. 108. n. 68.
Ex *Novitiatu ſeu à prima educatione in illo, reliquæ vitæ curſus eſt metiendus.* P. III. P.I. p. 87. in Præf.
*Novitii ordinem temporis & rationem Studiorum diligentiſſime obſervent.* Jbidem. p. 88. n. 1.
*Jn Domo Probationis prandium horâ* 11. *omnino dandum.* Jbid. n. 3
*Novitii tam primi quam ſecundi anni à Vacationibus uſque ad Natalem Domini, vacare debent ſolis rebus Spiritualibus, præter unam horam pomeridianam, ab* 8*bri ad* 23. 10*bris pro explicatione Grammaticæ deſtinatam.* P. III. P. I. p. 89. n. 10.
*Quæ hoc tempore ab illis agenda. Et qui libri Spirituales legendi.* Jb. n. 12. & 13.
*Novitii à Natali Domini ad Vacationes Studia & quomodo tractare debent.* Jbid. n. 11. & p. 90. n. 15.
*Novitii primi anni à* 18. *ad* 28. 8*bris recollectiones dierum decem & Confeſſionem generalem abſolvere tenentur.* Jbid: p. 90. n. 14.
*Jnterea Novitiis ſecundi anni, ſuas ordinarias exercitationes ſub cura P. Pro-Magiſtri proſequentibus.* Jbid:
*Novitii tam primi quam ſecundi anni Exercitia Spiritualia à die* 5. *ad* 15. *Auguſti abſolvere debent.* Jbid.
*Novitii à communibus officiis, quæ in curritorio inferiori peraguntur, omnino & quare eximuntur.* Jbid: n. 17.
*Si autem ad inferius curritorium Novitio deſcendere ſit neceſſum, id non fiat ſine licentia P. Magiſtri.* Jbid. n. 18.
*Novitii m. à PP. Provinciali & Rectore evocari non poſſunt ad inferius curritorium, niſi facta denuntiatione P. Magiſtro.* Jbid. p. 91. n. 19.
*Novitii m. in aliis cubiculis collocati, de die morentur in communi Novitiatus aula, & ibi ſua officia peragant.* Jbid. n. 20,
*Ad quem m. poſt benedictionem nocturnam redire tenentur.* Jbid.
*Novitiorum cum Profeſſis nullum commercium eſſe debet, quocirca qualis clauſura adhibenda.* Jbid. p. 91. n. 21. & ſeq.
*Pœnæ violantium hanc legem.* Jbid. n. 24.

Pro-

*Profeſſorum ingreſſus ad ſuperius curritorium pœna.* Jbid. p. 91. n. 23.
*Profeſſi remanere in Oratorio curritorii ſuperioris non permittendi.* Jbid
*Quomodo autem poſſunt ingredi curritorium ſuperius* Jbidem.
*Novitii aut noviter profeſſi pro Sociis extra domum m. à P. Rectore & M. Novitiorum, multominùs ab aliis non aſſumendi.* P III P. I. p. 92. n. 26.
*Novitiorum cum profeſſis Clericis vel Sacerdotibus, & vicisſim (præter proprios Superiores) ſine P. Magiſtri licentia collocutiones, cui pœnæ ſubjacent & maximè relabentium:* P. III. P. I. p. 91. n. 24.
*Novitii ſemper in ſeparatis locis à Profeſſis converſari, & ſuas recreationes habere debent.* Jbidem. p. 92. n 25.
*Novitiorum converſatio & recreatio qualis eſſe debeat.* Jbid. n. 29.
*Novitiis ſeorſivæ collocutiones & familiaritates prohibentur.* Jbidem. n. 30.
*Novitiis recreationes, relaxationes & luſus quibus temporibus permittendi.* Jbidem n. 31. *Jtem* P. III. P. II. p. 101. n. 62.
*Novitii qualia exercitia manualia, & quo tempore habere poſſunt.* P. III. P. I. p. 93. n. 32.
*A quibus, qui diſcunt linguam Germanicam, excipiuntur.* Jbid:
*Novitiorum redditionum Conſcientiæ ordo, tempus, modus accedendi, ritus &c:* Jb: n. 33. & ſequ.
*In Novitiis Silentii fractio quomodo punienda præſertim in Sacrario & Novitiatu.* P. III. P. I. p. 93. n. 35.
*Novitiorum exterior compoſitio, modus converſandi & agendi.* Jbid. p. 94. n. 36.
*Novitii Viſitationes SSmi & Doloroſæ V. Beatiſſimæ quibus temporibus communiter inſtituere debent.* Jbidem. n. 37.
*Viſitationes privatæ tolluntur.* Jbidem.
*Novitiorum tempus Præp: & Grat: actionis poſt Commun:* Jbid:
*Novitii quas preces vocales communes recitare debent.* Jbid. n. 38.
*Aliæ tolluntur, nec novæ introducendæ.* Jbid: p. 95. n. 39.
*Novitii Miſſis cantatis dum adſunt, quanto tempore illæ durare debent.* Jb.
*Novitii Confeſſiones ſuas quo tempore abſolvere debent.* Jbid.
*In Novitiis vitia tria, & quæ maximè punienda, & ſi non reſipiſcant, m. pœnâ ejectionis.* P. III. P. I. p. 95. n. 40.
*Novitiis cauſæ ſex ejectionis eorum, identidem inculcandæ, quarum una ſufficit. Et tales omninò ad Provlem deferendi. Aliàs PP. Rector, Magiſter, & Pro-Magiſter reſponſuri.* P. III. P. I. p. 95. & 96. n. 41.
*Novitii ad quas præcipuè virtutes adhortandi & in illis inſtituendi.* Jbid. n. 42.
*Novitii & Neo-profeſſi catechiſmorum exercitium quibus temporibus, & quomodo peragere debent.* P. III. P. I. p. 97. n. 43.
*Novitiorum admonitio adinvicem fraterna, denuntiatio P. Magiſtro, & correctio quomodo ab illis ſuſcipienda:* Jbid. n. 44.
*Novitiorum Munditiès in veſtitu, ſuis cellulis, menſulis, lectulis. &c:* Jbidem p. 98. n. 45.
*Novit: filialis fiducia eſſe debet ad P. Magiſtrum in petendis ſibi neceſſariis.* Jbid.

http://rcin.org.pl

*Novitiis præſcriptæ hæ Ordinationes quo tempore legendæ.* Jbid. n. 46.

*Ordinationes præfatæ de Novit: ſeparatione a Profeſſis poſitæ* ſub n. 21. 22.&c:&c: *in primo Capitulo culparum menſe 8bri Patribus in Communitate legendæ.* Jbid.

*Novitii quibus præſidiis tueri ſe debent ad perſeverandum, & reliquam vitam Religioſam traducendam.* P. III. P. I. p. 98. n. 47.

*Novitiis quæ inſuper ſervandæ ſunt.* 1mo. *Circa perorationes bis in hebdomada dicendas.* 2do. *Circa Catechiſmum quâlibet feriâ 6tâ habendum.* 3tio. *Circa linguæ Latinæ uſum.* 4to *Fratribus Operariis tam novitiis quam Profeſſis circa catechiſmos in Eccleſia diebus Dominicis adeundos.* 5to. *Circa ceremonias & cantus præcipuè in Adventu & Quadrageſima.* Jbid. p. 104.

Novitiorum Magiſter & Pro Magiſter. *Magiſtri Novitiorum munere fungi poteſt m. non completo annis* 18. *Scholarum tempore.* P. I. P. VI. p. 38. n. 209.

*Magiſtro Novitiorum incumbit ut Novitii quam exactiſſimè conveniant ad ſigna cōmunia, ad templum, menſam, hortum.* P. III. P. I. p: 88. n. 2.

*Mgro Novitiorum, Pro-Magr omnino adjungendus, atque is qualiter ſe gerere debeat reſpectu Magiſtri & ipſorum Novitiorum.* P. III. P. I. p. 88. n. 5. & §. IV. p. 109. n. 73.

*Pro-Mag: licentiam pro diſcedendo extra clauſuram Novitiatûs, ſine declaratione Magiſtri, Novitiis dare non poteſt.* P. III. P. I. p. 89. n. 6.

*PP: Magiſter & Pro-Magiſter Novitiorum cellas quotidie, præſertim poſt benedictionem nocturnam obire debent, vel graviorem ex Novitiis aut Profeſſis ſubſtituant.* Jbid: n. 7.

*P. Magiſter conſtituat aliquem è FF. Operariis Cenſorem morum Novitiorum ſuorum.* Jbidem n. 8.

*PP. Magiſter & Pro Magiſter ſingulis annis Menſe Majo judicia de Novitiis & quidem præcipuè in tribus punctis ſcribere tenentur.* P. III. P. I. p. 90. n. 16.

*PP. Mag: & Pro-Mag: manſio in Curritorio ſuperiori & quare.* Jb. p. 91. n. 22.

*Novitium extra domum ſi neceſſitas adeſt exeuntē conducat P. Mgr. vel Pro-Mgr. aut aliquis Superiorum aut Patrum graviorum.* Jbid. p. 92. n. 27.

*Sine quorum aliquo cum nullo ſæculari converſari debet.* Jbid.

*Novitii ad omnia munia à P. Magiſtro vel Pro-Mag: deducendi, vel ſaltem frequentius adeundi.* Jb. n. 28.

*Novitiorum res in ſeparato loco conſervandæ, nec tempore Novitiatûs illis tradendæ præterquam quas ad uſum ſibi quotidianum comparaverint.* P. III. P. IV. p. 107. n. 67.

*Multominus vendendæ m. ſub prætextu neceſſitatis Novitii.* Jbidem.

*Sed poſt Profeſſionem diſcedenti ad Profeſſorium, juxta regeſtrum propriâ manu anterius ſubſcriptum reddendæ.* Jbid.

*Etiam pecunia ſigillata, deponenda apud P. Rectorem Profeſſorii, eidem Profeſſo reddenda.* Jbid.

*Rerum ſæcularium poſt Novitium Profeſſum relictarum depoſitio ac venditio ad Rectorem pertinet.* Jbid.

*Novitio dimiſſo omnia ad unguem reddenda.* Jbid.

No-

http://rcin.org.pl

*Novitio ſupellex neceſſaria, qui hanc ſecum non tulerit, è communi veſtiario providenda.* Jbidem.

*Circa Novitiorum commoditates providendas, & tempeſtivè procurandas, quomodo ſe P. Rector Domûs Prob: Mgr Novit: m. cum adlecto ſibi F. Operario gerere debeant.* P. III. P. IV. p. 108 n. 69.

*Novitiorum & Neoprofeſſorum in ſuis neceſſitatibus ad ſuos Parentes & Conſanguineos per literas recurſus non permittendus.* Jb. n. 70.

*Literæ verò ad illos ordinatæ, à P. Magiſtro Novit: cum ſcitu P. Rectoris aut ab ipſo P. Rectore prius aperiendæ & reſolvendæ.* Jbid.

*Novitiis literæ circa bona ſæcularia diſponentes non poſſunt permitti niſi juſſu P. Provlis, aut petitæ à P. Procuratore Capſæ Provæ.* Jbid.

*P. Mgr Novitiorum quomodo ſe gerere debet reſpectu P Rectoris ſui, & hic viciſſim, m: ratione mortificationum, à P. Magiſtro aſſignatarum, quod par eſt, ut & Provincialis faciat.* P. III. P: IV. p. 109. n. 73.

*P. Magiſtri arbitrio relinquitur communio Novitiorum pluribus feſtis occurrentibus* P. III. P. VI. p. 109. n. 74.

*Magiſtri Novit: locus. Privilegium. Magiſtri & Pro-Mag: domo exitus. Exemptio illorum ab officiis domeſticis impedientibus.* Jb: n. 75.

*In ſuperiori curritorio Novitiatûs, vinum nullo prætextu permittendum, niſi in ſola neceſſitate valetudinis.* Jbid n. 76.

*Cereviſia pro neceſſitate Novitiorum, non ante cubiculum, ſed in cubiculo P. Magiſtri collocanda.* Jbid.

*Capitula culparum pro Novitiis, & noviter Profeſſis.* Jb. p. 110. n: 77.

*Novitiorum mortificationes* Jbidem n. 78,

*Pæna verberationis prohibetur.* Jbidem.

*Novitii diebus feſtis quando non ſunt vocandi ad ſerviendum Sacris.* Jbid. n. 79.

*Etiam in adventu P. Provincialis quando vocandi vel non vocandi ad idem ſervitium.* Jbid. n. 80.

*Novitiis ſtrenæ ſolis PP. Rectori & Magiſtro, ſed in ſeparato loco à Cõmunitate permittuntur.* Jbid: n. 81.

*Novitiis jentacula qui egent, & antecænia cum potu aliquo, quibusdam temporibus non deneganda.* Jbid. p. 111. n. 83.

*Balneum Drużbaki bis aut ter æſtate permittitur Novitiis adeundum, jam autem balneum domeſticum omnino tollendum.* Jbid. n. 84.

*Jntra ejusmodi recreationem Drużbacenſem refectio omnium ſimul Novitiorum, ſi ab aliquo invitantur arbitrio P. Magiſtri relinquitur, potius tamen declinanda.* Jbidem.

*Novitio Sandeciam pro tranſactione facienda diſceſſuro, nunquam P. Magiſter aut Pro-Magiſter ſed aliquis Superiorum aut graviorum Patrum aſſiſtere debet.* Jbid. n: 85.

*PP. Magiſtri & Pro-Mag: continua amborum, aut cauſâ veræ infirmitatis uno abſente, alterius præſentia ſemper & omnino requiritur.* Jbid.

*Novitii pro gratulationibus aut quacunque cauſa ad Benefactores, aut Conſanguineos nunquam mittendi.* Jbid.



http://rcin.org.pl

*Novitii ad docendas Scholas abſque gravi cauſa non admittendi.* P. III. P. IV. p. 112. n. 89.
*Nec noviter Profeſſi, ſed rectà ad ſtudia & Profeſſorium remittendi.* Jbidem.
*Niſi qui fuerint incapaces ſtudiorum.* Jbid. n. 90.
*Cum Novitiis ſoli noviter Profeſſi cohabitare poſſunt, & omnia ſimul cum illis munia obire. Non item alii Clerici, qui ſunt Schol: Magiſtri, multominus qui pro correctione mitterentur Podolinium, quod nè fiat commendatur PP. Provincialibus.* P. III. P. IV. p. 112. n. 91.
Novitiorum Studii Profeſſor. *Jn Novitiatu Profeſſor Studii Rhetorici omnino diſtinctus à PP. Magiſtro & Pro-Magiſtro deſtinandus. Jllius manſio & munia.* P. III. P. I. p. 89. n. 9.
*Novitii primi anni, à Feſto Nominis Bſſimæ ad Natal: Dni tēpus impendere debent ſtudio Gramm: & quomodo? cujus P. Pro-Magr: in aliquo cubiculo ſuperioris Curritorii Profeſſorem aget.* P. III. P. II. p. 98. n. 48.
*Novitiis autem ſecundi anni hâc ipsâ horâ P. Profeſſor ſtudii Rhetorici in ipſa aula Novitiatûs explicare debet aliquas Orationes P. Paulini, Juvenalis expurgati ſatyras duas vel tres. Jtem librum Odarum Horatii.* Jb.
*Novitii ſecundi anni Grammaticæ ignari, ad ſtudium Grammatices remittendi.* Jb.
*Cum Novitiis tam primi quam ſecundi anni poſt Natalem Domini, quæ Methodus in docendo ſervanda, & qui libri illis prælegendi, tam primo quam ſecundo anno Studii Rhetorices.* p. 99. n. 49. & ſequ.
*Novitiorum ſtudium Rhetoricum in duobus conſiſtere debet, nim: in explicatione continua librorum, & in Compoſitionibus, cujus utriusque tempus aſſignatur.* Jbidem p. 100. n. 51.
*Compoſitiones ejusmodi quales & ex quo eſſe debeant.* Jbid. n. 52.
*Compoſitiones eorundem domeſticæ. Materia illarum prius ſcribenda & digerenda à Profeſſore, & ante quamvis compoſitionem prælectio alicujus libri boni.* Jb: n. 53.
*Novitiorum Studii Rhetorici Profeſſor, prius ipſe paratus, quomodo illos debeat docere componere, aliaque cum illis agere; quæ memoriter diſcenda tradere, et ex Ordinationibus Viſitationis Apoſtolicæ quid & quo tempore relegere coram illis.* P. III. P. II. p. 100. n. 54.
*Jtem cum illis Polonicè non loquatur, nec illos loqui inter ſe permittat, præſertim in recreationibus.* Jbid. p. 101. n. 55.
*Geographiæ & Hiſtoriæ Vniverſalis ſtudium ad Profeſſorium remittitur.* Jb. n. 56.
*Novitiorum peroratio, quomodo à P. Profeſſore diſponenda.* Jb. n. 57.
*A Novitiis characterum formatio & ſuper id attendentia* Jb. n. 60.
*Novitii Conciones ſeu Exhortationes quomodo ſint compoſituri.* Jbid. n. 58.
*Novitiorum Studium Linguæ Germanicæ.* Jbid. n. 59.
*Novit: Examina bis in anno ex his quæ didicerunt.* Jbid. n. 61.
*Novit: Studiū mox à Natalitiis FeſtisChriſti Dni inchoandum & 17. Julÿ finiendū.* Jb. p. 102. n. 63.
*Novitiorum Vacationes à 17. Julii ad Feſtum Nominis Mariæ.* Jbid:
*Novitiorum temporis diſpoſitio.* P. III. P. III. p. 102. n. 64.

*Diſpo-*

http://rcin.org.pl

*Diſpoſitio temporis pro Studio Scholaſtico.* Jbid: p. 104.

*Profeſſoris Studii quæ ſit Authoritas reſpectu mortificationis Novitiorum.* P. III. P. IV. p. 110. n. 78.

*Repræſentationes Theatrales quales, & ubi à Novitiis peragendæ.* Jb. n. 82.

*Novitii Scholaſticos actus extra adire non permittendi.* Jbid.

Novitiatûs Rector. Vice Rector, & alii Sacerdotes. *Rector Domûs Probationis quomodo ſe gerere debeat circa Novitiorum commoditates.* P. III. P. IV. p. 108. n. 69.

*Quomodo item reſpectu P. Magiſtri Novitiorum.* Jbid. p. 109. n. 73.

*Vide m.* Podolinenſis Rector.

*P. Vice-Rector, & alii Patres Domûs Probationis quomodo ſe gerere debeant reſpectu Novitiorum.* Jbid. p. 110. n. 77.

*Ad Novitiatûs Domum Patres exemplares, & maximè Concionator, ſunt aſſignandi.* P. III. P. IV. p. 111. & 112. n. 88.

Novitii Operarii. *Fratres Operarii Novitii prius examinati, omnino ſtatim ad Novitiatum non veſtiti habitu Noſtro remittendi.* P. III. P. VI. p. 115. n. 105.

*Tempus probationis illorum ante profeſſionem ſolennium, aut ſimplicium votorum, ut poſſint redire ad obſequia aliarum domorum, eſt bienniii.* Jbid.

*Non tamen poſſunt emittere profeſſionem ante annum* 21. *completum* Jbidem.

*Operariorum Novitiorum educationis cura ſingulariter PP. Magiſtro & Pro-Mag: commendatur.* Jbid. p. 116. n. 106.

*Præſertim P. Pro Magiſtro, cui quid ſingulis temporibus incumbat agere cum illis, imo m. cum Operariis profeſſis.* Jb. n 106. & ſeq.

*Jtem circa Portulani & Sacriſtæ Officium.* Jb. p. 117. n. 108.

*FF. Operarii omnino alicui artificio applicandi præſertim culinariæ.* Jbid: n. 109.

*Deinde eas artes exerceant, quas in ſæculo didicerunt, præſertim ſartoriam & ſutoriam, quam ſi qui minoris extractionis non nòrint, in Novitiatu condiſcant.* Jb:

*Præſertim autem qui ſunt capaces, ad œconomica applicandi, quibus Opus Polonicum Hauri de œconomicis poteſt prælegi.* Jbid.

*Monendi tamen ſe ad œconomica non applicandos, in quibus eorum obſequio maximè indigemus, ſi moribus aut fidelitati ipſorum diffidatur.* Jb. n. 110.

*Quodſi in aliqua arte excellunt, & alii adſint ad res œconomicas tractandas, à ſuis artibus non avellendi.* Jbid. p. 118. n. 111.

*FF. Operarii à Superioribus & aliis Religioſis contemptim non tractandi, aliàs pænas à Provincialibus imponendas ſubituri.* Jbid. n. 112.

*Cum FF. Operariis tam Novitiis quam Profeſſis, qui eſſent otioſi, contumaces, ebrioſi &c: quomodo procedendum.* Jbid. n. 113.

*FF. Operarii in aliis domibus, ut ſaltem unâ horâ quotidie lectioni Spirituali vacent, & ut de hac poſt cœnam aliquando interrogentur, P. Rectori & P. Spirituali eſt attendendum.* Jbid. n. 114.

*De Tertiariis vide* Tertiarii.

Novitiorum Profeſſio. *Novitii nec ſuſcipi, nec admitti ad Profeſſionem, nec dimitti, niſi ſponte voluerint, poſſunt, ſine ſcitu P. Provlis.* P. III. P. IV. p. 108. n. 71.

*Novitiorum*

*Novitiorum profeſſionis tempus abbreviari non poteſt ad unicum annum, niſi cum ſcitu Provincialis cum Congregatione illius, inſtandum videretur apud P. Generalem.* Jbid.

*Si ſeriùs quam in Auguſto, aliqui tribus aut quatuor menſibus caſu veſtiantur, tempeſtivè P. Provlis præmonendus, ut poſſit obtinere diſpenſationem à P. Generali.* Jbid p. 109. n:72.

*Novitii bis ingreſſi nunquam à pleno novo biennio diſpenſandi.* P. III. P. IV. p. 111. n. 86.

*In Novitio admittendo ad Profeſſionem, vel m. dimittendo, quoties, quot, & quorum vota requiruntur.* Jb. n. 87.

*Profeſſio contra pluralitatem nulla.* Jbid.

*Provincialis præſens non abſens poteſt dare votum.* Jbid:

*P. Magiſter Novitiorum pro iis, qui votis debitis caruerint, nec per ſe, nec per alios ſuffragia petere poteſt aut inſtare m. apud Provincialem. Quod ſi aliquem nondum dimittendum judicaverit; res per P. Rectorem examinanda, & Provli deferenda cujus deciſioni ſtandum.* Jbid. n. 87.

Novitiorum Profeſſionis ſolennis prorogatio per vota ſimplicia. *Profeſſio votorum Solennium juxta diplema Benedicti XIV. prævio conſenſu P. Generalis ob certas cauſas ad certum tempus prorogari poteſt, & duntaxat abſoluto Novitiatu, Novitius ad vota ſimplicia admittendus, deinde in quacumque domo, vel præmiſſis exercitiis Spiritualibus vota ſolennia emiſſurus, vel omnino dimittendus.* P. III. P. VIII. p. 121. n. 127.

*Quod Privilegium Congregationi non pro omnibus, ſed pro aliquibus tantum inſervit, nec illo niſi in evidenti neceſſitate & utilitate utendum.* Jbid. p. 122. n. 128.

*Talis Profeſſio nihil differt verbis & ceremoniis à ſolenni, & profitens quantum eſt in ſe, perſeverare tenetur. Sed tantum hæc conditio ad tempus votorum ſolennium, eſt ex parte Congregationis, de quo Novitius præmonendus,* Jbid. n. 129.

*Si Novitius ſuaviter perſuaſus, ita profiteri nollet, abſolute dimittendus.* Jb. n. 130.

*Jta noviter ſimplicia vota profeſſi, abſque ullis aliis formalitatibus, prævio conſenſu Generalis, à Provli & ejus Congreg: ſed juſtis omnino ex cauſis tacite dimitti poſſunt.* Jbid:

*Taliter Profeſſi ſi non dimittuntur, loco induitionis ſemper gaudent.* Jbid.

*Pluralitas ſuffragiorum PatrumDomûs Probationis ad vota ſolennia non debet præjudicare juſtæ repræſentationi Rectoris & Magiſtri Novitiorum. ſi remonſtrent talem Novitium ad vota tantum ſimplicia admittendum.* Jbid.

Novitiorum tranſactiones ante Profeſſ: *Tranſactiones & Inſcriptiones à Novitiis ante emittendam Profeſſionem, quomodo, & quibus aliis omnibus attentis circumſtantiis faciendæ vel non faciendæ.* P. III. P. V. toto p. 112 & ſequ. n. 93. & ſequ:

*Ratione ejusmodi Inſcriptionum quid agere debeant PP. Rectores domorum, ex quibus Novitii mittuntur, P: Rector Novitiatûs, P. Magiſter Novitiorum & P. Procurator Capſæ Provæ.* Jbid. p 114. n. 102 & 103.

Cum Novitiis *ut tempeſtive* reclamationi *Profeſſionis occurratur, quid agendum ante.*



http://rcin.org.pl

*te Profeſſionem, & poſt.* P. III. P. VII. toto. p. 119. & ſeq. n. 117. & ſeq. *Vide. m.* Reclamatio Profeſſionis.

## O. O. O.

Obligationes Miſſarum. *Vide:* Miſſarum Obligationes.

Officium in Oratoriis pro defunctis ſodalibus. *ſemper primo die Dominicæ in Menſe occurrentis, nunquam alio mane diei ferialis deinceps cantandum.* P. IV. P. XII. p. 77. n. 223.

Operarii. *Vide* Novitii Operarii. *ubi m. de Operariis profeſſis.*

Opolienſis Reſidentia. *In Reſidentia Opolienſi numerus Religioſorum ultra ſex Perſonas à Fundatore præſcriptas, non augendus, niſi forte fundatio pro pluribus cum tempore augeatur.* P. V. p. 218. punct. XXI.

*Capſæ Provinciæ locus perpetuus ad Reſidentiam Opolienſem & quare.* P. V. p. 218 punct: XX.

*Muſici, Confraternitates, ſeu quodcumque aliud ſimile Inſtitutum nullo modo in Reſidentiam Opolienſem inducendum, niſi acceſſerit aliqua pro hoc fundatio nova, & quare* Jb. punct: XXII.

*Si quæ deinceps Summæ præter actu exiſtentes accederent, fructus illarum non ad Domum Opolienſem, ſed ad Capſam Provæ convertendi.* Jbid. punct: XXIII.

*Obligationes tamen à Domo Opolienſi abſolvendæ.* Jbid.

*Quodſi in augmentum numeri Religioſorum vel pro alio fine à Fundatore præfixo, hujusmodi Fundatio acceſſerit, non Capſæ Provæ, ſed Domui Opolienſi fructificare debet.* Jbid.

*Aſſis trigeſimus Provinciali pendi ſolitus, m. ex propriis Reſidentiæ Opolienſis redditibus ſolvendus, Capſæ tamen Provæ redditus nihil penitus tangendo.* Jbidem. punct: XXIV.

*Opolii Scholæ & Convictus nunquam aperiendi, Schola tamen Parochialis, quam diligentiſſime exercenda.* Jbid: punct. XXVI.

*Scholæ item Opificiorum pro pauperibus pueris inſtituendæ ad inſtar Hoſpitalis Noſtri Romæ ad Ripam Grandem.* Jbid.

*Parochialia ſancte adminiſtranda, nè viſitationibus ordinariis Loci-Ordinariorum, aut eorum Commiſſariorum ulla vituperandi miniſterium noſtrû occaſio præbeatur.* Jb:

*Patres Præpoſiti Opolienſes Loci Ordinarios identidem adire, iiſdemque Præpoſituram ineundo, ſe ſe præſentandi Officium adimplere tenentur.* Jbid.

*Hoſpitale pro pauperibus loci illius, uti & erga omnes Parochiæ pauperes Chriſtiana Charitas P. Præpoſito commendatur.* Jbid: p. 219. punct: XXVII.

Orationes mentales, *quo ſitu & non diminuto tempore abſolvendæ, & quid tempore illarum agendum.* P. II. P. I. p. 43. n. 4.

Oratio de Viro honeſto & bono Cive, *quando & à quo, & ob quem finem in Coll: Nobilium legenda & explicanda.* P. V: P. VI. p. 159. n. 103. *Jtem* Jbidem. p. 164. n. 113.

*Jtem à Magiſtris Scholarum.* P. IV. P. I. p. 5. n. 12.

*Jtem in Rhetorica ad quid præcipue utendum illâ.* P. IV. p. IX. p. 55. n. 155.

Ora-

http://rcin.org.pl

Oratoria Scholarũ. *Oratoriorum pecuniæ & res quomodo ſe habeant, ſcire Rectorum intereſt. Quæ ubi reponendæ, quomodo impendendæ, conſervandæ à Præſidibus & cui reſignandæ.* P.II. P. III. p 66. n. 101. & ſequ:
*Contributiones pro candelis, aliisque Oratoriorũ neceſſitatibus, ſine extorſione (ad quod egentiores non cogendi) cum ſcitu Præfecti faciendæ.* P.IV.P.II. p.11.n.36.
*Electiones & promulgationes Præfecti & aliorum Officialium Oratorii ſemel tantum in anno abſque futilibus expenſis præter candelas & mediocrem Muſicen, ubi haberi poteſt, faciendæ.* Jbid:
*Convivia ab electis penitus prohibenda,* Jbid.
*Harum & quarumcumque Contributionum Regeſtra & Percepta Præfecto tradenda, & in Viſitatione producenda.* Jbid.
*Exactiones pro libellis, formulis &c: ſub pæna graviori prohibentur.* Jb. n. 37.
*Oratoriorũ Præſides ad quæ tenentur.* Jb. n. 38.
*Oratoria quibus diebus intermitti poſſunt.* Jbid.
*In Oratoriis Officium defunctorum, quibus diebus abſolvendum:* Jbid:
Ordin: Viſit: Aplcæ. *Ordinationum Viſitationis Aplcæ Pars 2da publicè ad Menſam à die 3. Novembris mane & veſpere legenda, & lectio hæc à Secretario Domûs in libro diſtincto annotanda.* P. II. P. V. p. 87. n. 187.
*Aliæ verò Partes legendæ privatim ab iis quorum officia concernunt.* Jbid.
*Ordinationum 2dæ Partis finitâ lectione, quæ legi debent ad menſam.* Jbid.
*Ordinationes de Novitiorum ſeparatione à Profeſſis poſitæ Parte III. Paragrapho I.* p. 91. & ſequ: ſub n. 21. 22. 23. &c: *primo Capitulo culparum Menſe 8bri Patribus in Communitate legendæ.* P. III. P. I. p. 98. n. 46.
*Ordinationes Novitiis præſcriptæ quo tempore per P. Magiſtrum Novitiorum illis legendæ.* Jbid.
*Quæ ex Ordinationibus Viſitationis Apoſtolicæ Novitiorum Studii Rhetorici Profeſſor, & quo tempore relegere debet coram illis.* P. III. P. II. p. 100. n. 54. & P. IV. p. 2. *in Præfatione.*
*Eædem in Profeſſorio Rhetorico à PP. Profeſſoribus à Menſe 7bri omnes ad calcem Scholis omnibus Matutinis diligentiſſimè explicandæ.* Jbid.
*Eædem in Studio Philoſophico anno ſecundo tribus reliquis menſibus anni, horâ pro doctrina Spirituali aſſignata iterum inculcandæ & quare.* Jbid.
*Eædem item Ordinationes de Scholis, Magiſtris, Profeſſoribus, Præfectis & Concionatoribus, omnibus per domos diſtribuendæ, & ab iis privatim legendæ.* Jbid. & P. IV. P. XII. p. 124. n. 273.
*Ordinationes de Concionatoribus, & Concionum præſcriptæ leges à Patribus Profeſſoribus in Profeſſoriis, Noſtris Junioribus, unà cum optimorum Concionatorum exẽplis legendæ & explicandæ.* P. IV. P. XIII. p. 123. ante n. 270.
*Ordinationes de Scholis publicis factæ, ſuo modo in Collegio Nobilium & privatis quibuscunque educationibus, & ſtudiis noſtrorum accõmodandæ.* P. IV. P. XIII. p. 123. n. 270.
*Ordinationes diſtinctæ pro Studiis noſtrorum, à Provincialibus intimandæ Rectoribus earum domorum ad legendum publicè poſt menſam initio anni Scholaſtici in 7bri.*

*7bri, & quidem ubi Rhetoricum pro Rhetorico, ubi Philoſophicum pro Philoſophico, utrobique vero quæ utrumque ſtudium concernunt.* P. III. P. X. p. 128. n. 151. *Quibus ſi quid cum tempore Provincialibus videbitur addendum, id non fiat ſine Congregatione Provinciali.* Jbid:

*Quæ Ordinationes, in Studio Rhetorico, primo Profeſſorii anno, à Profeſſore prælegendæ & explicandæ.* P. III P. XII. p. 41. n. 216.

*Ordinatio circa Studium Theologicum præſente P. Rectore & totâ Commun: Cracovienſi ſingulis annis die altero poſt Feſtum Nominis Mariæ publice ad menſam prælegenda,* P. III. P. XVIII p. 162. n. 298.

*Ordinatio circa diſciplinam regularem in Profeſſoriis pro Studiis Humaniorum & Philoſophico.* P. III. P. XI. toto à p. 128. ad p. 138. à n. 152. ad n. 200. *Vbi in primo Præfatio ponitur de felicitate cujusque Reipublicæ & Congregationis præcipuè conſiſtente in prudentia regentium, & diligenti Juventutis educatione, & quid illa valeat. Continetur vero ejusmodi Ordinatio punctis XLVIII. quorum I. De Ordine Temporis ſervando* &c: &c.

*Ordinationes de Scholis publicis, de Præfecto Scholarum, de Concionatoribus, Noſtris Studentibus Philoſophiæ, ut diſcant artem docendi, per mediam horam primam Scholæ pomeridianæ, menſibus toto Majo, Junio, & medio Julio, à Profeſſoribus illorum, quovis anno prælegendæ & ſeriò explicandæ, quatenus in ſpatio trium annorum Profeſſorii, ter Ordinationes dictas bene audiant & conſiderent.* P. III. P. XIV. p. 150. n. 246.

*Ordinationes hujusmodi Apoſtolicæ Viſitationis, nihil aliud ſunt quàm noſtræ Regulæ & vetera ac nova Statuta Provincialia, in memoriam revocata, collecta in unum, ad circumſtantias, caſum & praxim reducta, quæ naturâ ſuâ ut liquet obſervari debent.* P. V. p. 234. punct. VI.

*Si tamen propter juſtam, certam, ac evidentem cauſam executioni in aliquibus nunc demandari non poſſent, non ideo non obligant in futurum, imo quantocyus fieri poteſt, ſub conſcientia adimplendæ.* Jbid.

## P. P. P.

Pallia Noſtrorum *nonniſi ex materia dicta,* Kromras *aut* Rarde Rome, *nullo modo ex alia conficienda.* P. II. P. II. p. 50 n. 36.

*Palliorum longitudo,* Jbidem p: 51. n: 38.

*Pallium Religioſum in Civitatibus ſemper portandum.* Jbid. n. 40.

Pallium viale. *vulgo* Pallendron *quale eſſe debeat.* Jbidem.

Panegyricæ Orationes, *& Theſium dedicationes vix unquam & quando edi poſſunt.* P. II. P. III. p. 63. n. 88. Et P. IV. P. IX. p. 65. n. 181.

Pannus *pro veſtibus ſeu habitibus noſtrorum quo pretio comparandus.* P. II. P. II. p. 51. n. 37.

Papyrus, *uti & candelæ & atramentum à Superioribus adminiſtranda.* P: II. P. II p. 57. n. 66.

Parochiales Eccleſiæ, *vide* Eccleſiæ Parochiales.

Parvæ Schola. *In Schola Parvæ, ſi eſt ſeparata ab Infima quæ & quo ordine temporis ac modo agenda à Magiſtro.* P. IV. P. IV. p 20. n. 68 & ſeq.

*Qui legere ſciunt, quæ docendi ſunt, quomodo, & quanto tempore.* Jbid: p. 21. n. 70.

*Vocabula ex Gramm: à pag: 208. exactiſſime à Parvulis condiſcenda.* Jbid. n. 71.

*Præprimis Catechiſmum ſcire tenentur, de quo mane & veſpere mediâ ultimâ horâ ſolicitiſſi: à Mgro examinandi. Docendi item ſummo ſtudio, modum confitendi & quæ eo pertinent, ac ad Euchariſt: accedendi.* Jbid: n. 72.

*Vita Domini Noſtri Jeſu Chriſti, ex Evang: S. Lucæ in primis illis legenda tribus in hebdomada diebus, Lunæ, Mercurii, & Veneris Jtem liber Tobiæ accommodando ſe ad captum Parvulorum.* Jbid. p. 22. n. 73.

*In formandis item characteribus inſtituendi, & quæ illis ſcribenda.* Jb:

*Quando ad Infimam promovendi, & qui legere didicerunt ad ſtudium declinandi, & conjugandi transferendi.* Jbid: n. 74. & ſeq.

Pater Spiritualis. *Patres Spirituales Noſtrorum Juniorum qui ſunt deligendi.* P.I. P. II. p. 17. n. 48.

*Rector in ſua domo, primus intelligitur P. Sprituális, qui hoc nomine quid agere debeat.* P. II. P.I. p. 44. n. 6. & ſequ.

*Pater Spiritualis in ſingulis Domibus conſtituendus, & quod illius officium.* Jbid: p. 47. n. 21.

*Patrum Spiritualium in Profeſſoriis Auctoritas eadem quæ Mgri Novit: quæ omnino à Rectoribus ſuſtinenda.* P. III. P X. p. 127. n. 147.

*Quomodo cum his PP. Rectores procedere debent, & viciſſim* Jbid. n. 148.

*PP. Spiritualium Juriſdictioni ſubſunt m. Sacerdotes Studentes.* Jb.

*Pater Spiritualis Profeſſorii, ſuo jure uti poteſt in aſſignandis mortificationibus,* Jb.

*PP. Spiritualium Profeſſoriorum eſt, ſibi commiſſorum neceſſitates Superioribus præſentare.* Jbidem p. 127. n. 150.

*P. Spirit: Coll: Nobil: Vide* Collegii Nobil: P. Spiritualis.

Pauperes Studioſi *à Noſtris de Domo in domum ducendi non ſunt.* P. II. P. V. p. 77. n. 144.

Percepta & Expenſa *quomodo in libris manualibus inſcribenda.* P. II. P. IV. p. 67. n. 107.

Perorationes *Noſtr: Juniorum, vide* Juniores Noſtri.

Philoſophicum Studium Noſtr: & Jllius Profeſſor. *Philoſophico Studio abſoluto, quantum fieri poteſt rectà pro Theologico Noſtri deſtinandi.* P. I. P. VI. p. 32. n. 169. & 170.

*Philoſophicum inter & Theologicum Studium non amplius, quam tres anni in Scholis inferioribus docendis, intercedere debent.* Jbid. n. 171.

*Jn copia majori ſtudentium Philoſophiæ, pro altero anno Studii Philoſophici, poteſt alia Domus præter Reſſov: & Jnteramn: deſignari ad audiendam Phyſicam &c: ſervatis omnibus ſervandis circa Profeſſoria & ſtudia.* P. III. P. X. p. 125. n. 138.

*In Studio Philoſophico Noſtrorum, ut & Profeſſori explicandi, & Diſcipulis diſcendi amplius tempus provideatur, libris magno Provinciæ ſumptu conductis utendū eſt.* P III. P. XIV. p: 147. n. 233.

*Ex*

*Ex his maximè utendum eſt Purchotio & Noſtro Corſino, & quomodo.* Jbidem p. 148. n 234.
*Licet autem, imo & decet egregium Profeſſorem m. ex aliis Philoſophis qui ſint ſanæ omnino doctrinæ, & Religioni conformes, aliquas ſententias excerpere & compendio tradere.* Jbid.
*Philoſophia non eſt tradenda abſque principiis Matheſeos, quare compendium Mathematicorum Wolffii ab uno Profeſſorum ultimâ quâvis mediâ horâ Scholæ Matutinæ toto biennio explicandum* Jbid: n 235.
*Phyſica potiſſimum non eſt inchoanda ſine principiis Mathematicæ, Geometriæ, & Algebræ, quo fine Wolffii & P. Noſtri Paulini aut alii ſimiles libri à P. Rectore procurandi.* Jbidem.
*Jn Studio Philoſophico præter Philoſophiam quæ ſunt tractanda.* P. III. P. XIV. p. 148. & ſeq. n. 236 & ſequ. uſque ad n. 242.
*Philoſophici Circuli & Diſputationes quot poſſint expediri in anno:* Jb: p. 150. n. 243.
*Examen ex Univerſa Philoſophia finito biennio, à quibus & quo tempore expediendum.* Jbidem.
*Philoſophiæ Profeſſores ob nullam aliam rationem, niſi infirmitatis, à Schola ſua ſeſe abſentare poſſunt, aut retardare.* Jbid. n. 244.
*In Philoſophico Studio Doctrina Spiritualis diligentiſſimè tradenda.* Jb. n. 245.
*Philoſophiæ Noſtris Studentibus, ut diſcant artem docendi, &c: Quæ, à quo, quo & quanto tempore Ordinationes Viſit. Aplicæ prælegendæ.* Jbid. n. 246.
*Vide m.* Ordinationes Viſitationis Apoſtolicæ.
*Præter Philoſophiam aliæ lectiones quæ & quot ſunt.* Jbid. n. 247.
*Quibus præter Profeſſores Philoſophiæ, qui Magiſtri ſint neceſſarii.* Jbidem. n. 248. & ſequ.
*Pro Studio biennali Philoſophico Ordo temporis.* Jbid: p. 151. & ſeq. n. 256.
*Profeſſorii ſecundo & tertio anno Ratio Studiorum in Philoſophia.* P. III. P. XIV. toto p. 147. & ſeq. à n. 233. ad n. 255. *Vid: m.* Profeſſorium.
Philoſophia pro Sæcul: *Philoſophia è libro dum typo imprimetur, ediſcenda, non dictando tempus terendum.* P. IV. P. X. p. 67. n. 183.
*Sed quicumque eam dictaverint, ab inutilibus Quæſtionibus, quibus modo purgatur, abſtinere debent.* Jbid.
*Phyſicam non præmiſſis Geometriæ principiis tradere, eſt hodie ſe riſui eruditorum exponere.* Jbid.
*Philoſophia & ſi res ſit libera, quæ tamen potius eſt tradenda.* Jbid. n. 184.
*Philoſophiam tradendi Ordo & Methodus tam pro primo, quam pro ſecundo anno, & quæ tractanda ſunt in Logica, Metaphyſica, Ethica, & Phyſica, & in his, quibus libris utendum.* Jbid. p. 67. & ſeq. n. 185. & ſequ.
Philoſophici & Theologici circuli *horâ tertiâ pomeridianâ inchoandi, quibus Profeſſores & diſcipuli Rhces & inferiorum Scholarum, adeſſe non debent, & quare? niſi horâ quartâ inchoentur. Quomodo die alicujus circuli Schola Phliæ aut Thliæ ordinanda. Qui ex noſtris omnino adeſſe tenentur.* P. IV. P. XII. p. 78. n. 226.
*Phliæ & Thliæ Diſputationes quibus diebus expediendæ.* Jbidem

http://rcin.org.pl

Pileoli, Pilei *Noſtrorum vide.* Veſtiarium.

Podolinium & Podol: Rector. *Podolinium, æquè ut ad alias Scholas docendas, Magiſtri toto Profeſſorio abſoluto, mittendi.* P III. P. IV p. 112. n. 90.

*P. Rectori Podolinienſi Summæ Stadniccianæ ad Altare B. V. M. Doloroſæ, ut fructificet, cura habenda, & P. Magr intentioni ſatisfieri curet.* Jbid. n. 92.

Poeſis. *Vide* Humanitatis Schola.

Politica. *Politicarum rerum notitia Oratori Polono maximè eſt neceſſaria, & in his quibus libris in Rhetorica utendum eſt.* P. IV. P. IX. p. 63 n. 175.

*Quando Studium Politices tractandum in Coll. Nobil:* P. V. P. XI. p. 171. n. 123.

Portiones *quot, quales & quando dandæ. Vide* Victus.

Potus vini & mulſi *Vide in* Victus.

Præfectura Scholarum. *Præfecturæ Scholarum ab aliis muneribus ſeparatæ, (ſi adinſtar Collegii novi Romæ exercebitur) tempus, annis* 18. *Scholaſticis adnumerandum.* P. I. P. VI. p. 37. n. 200.

*Præfecti Scholarum munus graviſſimum, omninò ab aliis officiis quantum poſſibile, ſeparandum. Jnterim Virorum Religioſorum & proborum intereſt in primis ut eum & ubi aliter fieri non poſſit, tam aliis quam præprimis Præfecturæ muneri rite exequendo incumbant.* P. IV. P. XII p 71 n. 197. & p. 85 n. 239.

*Præf: Schol: ea penitus omnia quæ pro Scholis earumque Magiſtris præſcripta ſunt, perfecte legere oportet, & ſuâ prudentiâ & diligentiâ attendere, ut quisque juxta propriam cuique regulam ſua exequatur.* P. IV. P. XII. p 72. n. 198.

*Præfecti quæ ſunt officii partes reſpectivè quo ad Schol: Profeſſores & Magiſtros, & viciſſim horum quo ad munus Præfecti.* Jbidem n. 199.

*Præfectis invigilandum, & ſuo exemplo prælucendum ne Magiſtri munuſcula accipiant, & quid illis agendum circa contributiones & pecunias Oratoriorum.* Jbid. p 73. n. 200.

*Præf: Schol: quo ad diſcipulos inſpectio, directio, & ſumma in plurimis rebus attentio in quibus requiritur.* Jbid: n. 201.

*Præfectus quatenus bene invigilare poſſit modeſtiæ convenientium Studioſorum, ante Adventum Magiſtrorum, dato primo ſigno campanæ pro illis, mox adeſſe debet, vel quemquam alium, quod rariſſimè faciendum, loco ſui ſubſtituere.* Jb n. 202.

Præfectus *ſæpius dum ſtudentes in Scholis ſunt, ſcholas adire debet, & agere, quæ agenda præſcribuntur.* Jbid. P. IV. P. XII. p. 74. n. 203.

*Præfectus ſemel ſaltem ſingulis Menſibus & ſi fieri poteſt frequentius, non tamen ſubtrahendo tempus Scholarum, inopinate nunc ex una, nunc ex alia Schola compoſitiones Juvenum, in. Rhetorum accipere & examinare debet, & quo fine? in cohortando, collaudando & excitando animos juvenum parcum ſe non exhibendo, & reverentiam ac amorem ſui apud illos conciliando.* Jbid. n. 204.

*Quæ in re quomodo procedere debeat cum Magiſtris & viciſſim hi cum illo.* Jbid:

*Præfectis circa regulas Scholarum, regeſtra ſtudentium, pueros pauperes, quæ ſunt attendenda.* Jbid: n. 205.

*Præfectorum item eſt attendere circa Scholarum clauſuram, munditiem, reparationem & quomodo?* Jbid. n. 206.

*Præf:*

http://rcin.org.pl

*Præf. eſt animadvertere nè offenſæ Divinæ occaſio pueris detur, cum ad loca communia exeunt.* Jb n. 207.

*Præfectis circa libros tam ad pietatem pro Eccleſia & Oratorio, quam quo ad ſingulas Scholas pertinentes, item circa libros diligentiæ, characteres formandos, examina in fine Anni, Judicia de ſuis Magiſtris, qua cura eſt adhibenda.* Jbid. n. 208. Et P. IV. P. XII. p. 85. n. 237.

*Præfectis quid ſummopere attendendum circa promovendos ad Scholas Superiores.* Jbid: p. 75. n. 209.

*Quid agere debeant circa teſtimonia danda, ſi petuntur.* Jbid: n. 210.

*Præfectorum continua ſuper Scholis vigilantia, ſi vel maxima ſit, nunquam erit nimia. Jn quo adducitur ad imitandum exemplum Præfecti Coll: novi Calaſantini Romæ, aliorumque in Collegiis Italiæ Præfectorum.* Jbid n. 211.

*Præfecti munus quam multiplex eſt extra Scholas,* Jbid n. 212.

*Præfectis quid inprimis agere competat circa Directores* Jbid.

*Præfecto prudenti & diligenti curandum eſt, ut nihil quo ad fieri poteſt, in Civitate contingere inter eos poſſit, quod Exploratores taciti ei non deferant, nec ulli plenè fidendum eſt.* Jbid.

*Et quales hi eſſe & quomodo ſe gerere debeant.* Jbid p. 76. n. 214.

*Præfecti quoque munus eſt, inſperatè domos puerorum habito Socio Magiſtro graviore, identidem viſitare, ubi quomodo ſe gerere debeant.* P IV. P XII p. 75 n 213.

*Vbi m. maxima ſtultitiæ vitanda eſt, quemcumque Scholarem in juſtiſſima ex cauſa domi verberare.* Jbid.

*Præfecti in caſibus gravioribus, nunquam ſuæ prudentiæ fidere debent, ſed Superiores, Viroſque graviores è Noſtris conſulere, & quam moderatè gerere ſe illos oporteat.* Jbid. p. 76. n. 215.

*Præfectorum auctoritas ad pœnas quidem majores, aliasque in omnibus Scholis ſe extendit, ſed hac illis utendum eſt non abutendum, quapropter ea omnia quæ hac* P. IIV. P. II. p. 8. n. 24. *pro Magiſtris præſcribuntur ipſis Sacroſanctè obſervanda.* Jbid.

*Præfectorum diſpoſitio quæ fieri debeat circa recreationes tam in minoribus quam in majoribus Scholis concedendas.* P. IV. P. XII. p. 76. & ſeq. n 216. & ſequ.

*Theologis & Philoſophis Vacationum tempus die ſequenti poſt feſtum Beati Patris determinatur.* Jbid. p. 77. n. 220.

*Scholæ ante bacchanalia quo tempore ceſſare, ratione verò devotionum publicarum in Eccleſia, quanto tempore minui poſſunt.* Jbid.

*Præfectorum eſt invigilare, nè prætextu præparationis pro Sacro Studioſorum, Spiritualem lectionem Profeſſores intermittant:* Jbid. n. 221.

*Præfectorum item eſt invigilare: ut in tribus Gramm: Claſſibus, Studium Arithmetices per horam unam diebus quibusvis Recreationum non intermittatur, In Humanitatis vero Schola Studium Alphabeti, & lectionis Græcæ, aut vero Arithmeticæ.* Jbid. n. 222.

*Officium pro defunctis Sodalibus. Vide* Offic: Defunct:

*Decla-*

http://rcin.org.pl

*Declamationum & Examinum Scholaſticorum actus, ſemper diebus Recreationum mane abſolvendi, & cujus Scholæ quibus.* P. IV. P. XII. p 77. n. 224.
*Præfectis quid circa Circulos Philoſophicos & Theologicos, uti & Diſputationes publicas, & ſemipublicas obſervandum. Et qui nam ſunt, vel non ſunt vocandi pro illis. Et ne Scholæ alicujus jactura fiat, quid agendum.* Jbid. p. 78. n. 225.
*Præfectorum & Rectorum quæ vigilantia eſſe debeat circa præſcriptam temporum rationem exactiſſimè obſervandam.* Jbid. n. 226.
*Profeſſorum item quæ animadvertentia eſſe debeat circa diſcipulos aliarum Scholarum, dum Actus Scholaſticus unius expeditur.* Jbid. p. 79. n. 227.
*Præfectorum ſolicitudo præ omnibus maxima eſſe debet circa pietatem in Scholis promovendam & quibus ſeptem præcipuis modis, de quibus* P. IV. P. XII. p. 79. & & ſeq. n. 228 uſque ad n 235.
*Præfectorum ad Summam, eſt pacem Scholarum internam ac externam ſervare, honoremque illarum tueri, ſed quibus modis id fieri debeat, latiſſime* Jbidem. p. 83. & ſequ. n. 236.
*Præfecti uti & Magiſtri abſentare ſe & diſcedere extra domum; & die multoque magis pluribus, abeſſe, à Provincialibus & Rectoribus non permittendi, & ſi Præfectus infirmetur, ab aliquo ex gravioribus Sacerdotibus, partes illius ſupplendæ.* Jbid. p. 85. n. 338.
Præfectus Coll: Nob. *Vide* Collegii Nobilium Præfectus.
*Præfectura, Vice-Præfectura, Sub-Præfectura, &c: Coll: Nob: inter meritorios annos Scholaſticos octodecem numeranda.* P. I. P. VI. p. 37. n. 198.
Præmonitor *unus Officii Rectorum, & aliorum munerum annexorum in ſingulis domibus inſtituendus & per literam P. notandus. ac is qualis, & qualiter ſe gerere debeat.* P. II. P. V. p. 86. n. 180. & ſequ.
*Js in ſcripto potiùs rem ſuam agat cum Superioribus, ſibi altero Exemplari relicto, & die ac anno notato.* Jbid.
*Quod ſi deviaret, à Superiore monendus, aut Provinciali deferendus.* Jbidem p. 87. n. 184.
*Præmonitor quomodo à Superiore tractandus.* Jbid. *Si non auditur à Superiore, Provinciali deferre tenetur & in quibus punctis.* Jbid. n. 185.
*Præmonitor negligens ſuum officium, à Provli puniendus.* Jbid. n. 186.
Præſes Capli Provlis. *Vide:* Caplum Provle, & Præſes illius.
Privati voce activâ & paſſivâ *tempeſtive ante Capla localia, præcedentia Capitulum Provle, à Provlibus declarandi.* P. I. P. II. p. 18. n. 59.
Procuratores Domorum *quales ſunt conſtituendi, & in quibus domibus diſtincti à Vice-Rectoribus. Eorum munia & obligationes.* P. II. P. IV. p. 73. n. 129.
Procuratoris ærarioli Provinciæ electio. P. I. P. I. p. 11. n. 13.
*Vide in* Capſa Provæ, & Præf: ſeu *Procurator* illius.
Profeſſio Novitiorum. *Vide* Novitiorum Profeſſio.
Profeſſionis reclam: *Vide* Reclam: Profeſſionis.
Profeſſionis Solennis prorogatio *per vota ſimplicia.* *Vide* Novitiorum Profeſſionis Solennis prorogatio per vota ſimplicia.

Pro-

http://rcin.org.pl

Profeſſores Noſtrorum Juniorum, *qui à Provincialibus deligendi.* P. I. P. II. p. 16. n. 48.

*Profeſſores Studiorum Noſtrorum in Profeſſoriis, Rhetorici, unus; pro aliis tamen lectionibus alius adjungendus, qui poteſt agere adjunctum P. Spiritualis. Philoſophici, duo aſſignandi; nempe pro ſtudentibus primi & ſecundi anni.* P. III. P. X. p. 126. n. 142.

*Quibus Philoſophiæ Profeſſoribus pro tot aliis lectionibus omnino m. alii adjungendi.* Jbid. n. 143.

*Profeſſorum pro Studiis noſtrorum numerus & delectus.* P. III. P. X. p. 126. & ſeq. n. 145. & ſeq. *Vide m.* Sub ſingulis Studiis.

Profeſſores Scholarum Publicarum. *Vide* Scholarum Publicarum Profeſſores & Magiſtri.

Profeſſorium. *Profeſſorii tempus trium annorum, immediatè poſt biennalem Novitiatum inchoandum,* P. III. P. X. p. 124. n. 136.

*Qui poſſunt excipi à Profeſſorio.* Jbid.

*Profeſſorii finis eſt 2plex; videlicet profectus in virtute & in Studiis,* Jbidem. p. 125, n. 137.

*Pro Profeſſorio & Studiis, Domus Reſſovienſis & Jnteramnenſis deſignantur, niſi poſtea aliter viſum fuerit Provli & ejus Congreg.* Jbid. n. 138.

*Profeſſoriorum fabricæ, clauſuræ, feneſtræ, locus recreationum &c: quales & quo loco ac ſitu eſſe debeant.* Jbid: n. 140.

*Cubicula in Superiori Curritorio pro quibus Perſonis præter Neo-Profeſſos.* Jbidem.

*Profeſſoriorum* Rectores, *Patres Spirituales & eorum Adjuncti, Profeſſores & Magiſtri, quibus virtutibus, moribus & eruditione præſtantes, ſint deſignandi.* P. III. P. X p. 126 n. 141.

*Profeſſorio toto triennali ſtante, tam Rhetorico quam Philoſophico Studio, ſtudium linguæ Gallicæ, habito Magiſtro perito ſive noſtro, ſive quod melius eſſet, extraneo, adjungendum & quare.* P. III. P. X. p. 126. n. 144.

*Græcæ linguæ Studium biennali Philoſophiæ adjungendum & quare.* P. III. P. X p. 126. n. 145.

*Quo fine proficiſcentes ad exteras Nationes omnino & inprimis ad linguam Græcam condiſcendam ſe applicare debent.* Jbid.

*Patrum Spiritualium in Profeſſoriis auctoritas & Juriſdictio.* Jbid. p. 127. n. 147. & ſeq. *v. m.* Pater Spiritualis.

*Profeſſoriorum Rectores quâ charitate & humanitate præſtare debent in neceſſitatibus & commoditatibus Juvenum Religioſorum providendis.* Jbid. n. 150.

*Et ad quid quo ad hæc Patres Spirituales tenentur.* Jbid.

*Ordinationes diſtinctæ pro ſtudiis noſtrorum. Jtem circa diſciplinam regularem punctis XLVIII. contentæ, quando debent legi. Vide* Ordinationes Viſitationis Apoſtolicæ &c:

*Vide m.* Rhetoricum & Philoſophicum Studium.

*Profeſſoriorum utriusque tam Humaniorum quam Philoſophici Studii PP. Rectores, PP. Spirtuales eorumque Adjuncti, PP. Profeſſores, quanta & in quibus, & quæ*

i *omni*

http://rcin.org.pl

*omni loco & tempore. & in omnibus pæne actionibus, ſit adhibenda, vigilantiam (quæ omnibus aliis Juventutem bene gubernandi artibus præſtat) habere debeant.* P. III P. XVI. toto. p. 154. & ſeq, à n. 257. ad 263.

Profeſſorium finitum. *Profeſſorio finito qui excedant ad alias domos, quomodo ſe gerere debeant?* Et Primo: *Quo ad officia & obſequia domeſtica, à quibus hactenus exempti fuerant.* Secundo: *Quo ad debitum honorem & reverentiam, majoribus præſtandam, & viciſſim quomodo ab his tractandi.* Tertio: *Quo ad vitandas familiaritates tam inter ſe, quàm cum externis, præſertim Scholaribus, & ut ad eorum cubicula nunquam ingrediantur.* Quarto: *Quo ad aditus Domorum ſæcularium, & cum quibus.* Quinto: *Quo ad cellæ cuſtodiam, & continuam in eadem cum Deo ac cum libris occupationem.* Sexto: *Quo ad translationem non optandam de domo in domum.* Septimo: *Quo ad Scholas docendas ſeu majores, ſeu minores, & Officia quæcumque ſeu majora ſeu minora obeunda.* Octavo: *Quo ad fugiendam vanam de ſua Eruditione ac Scientia opinionem, ejusque oſtentationē.* Nono: *Quo ad Sacerdotium non ambiendum.* Decimo: *Quo ad ſtudia quævis altiora, cum inquietudine ſua, & Superiorum non procuranda, ſed res ſuas in manus Dei & Superiorum relinquendas.* Undecimo: *Quo ad uſum Sacramentorum nunquam penitus negligendum, ſed cum fervore proſequendum.* Duodecimo: *Quo ad meditationes frequentandas.* Decimotertio: *Quo ad licentiam excurrendi ad Conſanguineorum, Parentumq; domos, à Superioribus non extorquendam. De quibus* P. III. P. XX. p. 164. & ſeq. à n. 305. ad 319.

Pro-Magiſter Novit: *Vide* Novitiorum Pro-Magiſter.

Provincialis *regimen ſuum finit 31. Julii ante Caplum inchoandum, quod intrare poteſt, ſed tantum ut Ex Provlis.* P. I. P I. p. 10. n. 2.

*Provincialis immediatus ante Capitulum, ſeu mox factus Ex-Provincialis, in Capitulo Provinciali immediatè ſequente regimen ſuum, ad quæ munera non poteſt, & ad quæ poteſt eligi.* Jbid: p. 11. n. 7. & 9.

*Provincialis novi inauguratio, uti & Rectorum ac Aſſiſtentium & Conſultorum Promulgatio in 8bri.* Jbid. p. 13. n. 31.

*Provincialis anno Capituli Provincialis quid facere debeat ante illud.* Jbid. p. 14 n. 32. & ſequ.

*A Provincialibus Rectores & Superiores in encyclica pro Capitulo Provinciali, de ſuis reſignationibus, Jnventariis, & Regeſtris ſunt præmonendi, in qua Commiſſarii aſſignandi.* P. II. P. VI. p. 71. n. 119.

*Provinciæ diſpoſitiones quo tempore faciendæ & tranſmittendæ.* P. I. P. II. p. 16. n. 43.

*Provlibus circa mutationes Subjectorum quid obſervandum.* Jbid. n. 44.

*Quo noviter Profeſſi ab illis mittendi.* Jbid. n. 47. & ſeq.

*In abſentia longiori Provincialis, quid competat Vice-Provincialibus circa diſpoſitiones Subjectorum.* P. I. P. II. p. 16. n. 45. & ſequ.

*A Provlibus Patres Spirituales & Profeſſores Noſtrorum Juniorum, qui deligendi.* Jbid. p. 16. n. 48.

*A Provl: Directores & Theologi è noſtris, extra in domibus Magnatum difficillimè & qui, & quo pacto concedendi.* Jb. p. 17. n. 49. & ſequ.

Pro-

*Provincialis reſidentia Goræ, cui eo fine ſumma ex Studzianki levata & apud Principem Czartoryiſki Palatinum ad præſens Ruſſiæ, locata, incorporatur.* Jbidem. n. 53. & ſequ.

*Gorenſis Domus PP. Provincialium curæ ſingulari commendatur, & quomodo hæc diſponitur.* Jbid: n: 53. & ſequ.

*Provles in Caplis localibus, nullo modo ad electionem Vocalium concurrere debent.* Jbid. p. 18, n. 58.

*Jidem privatos voce activâ & paſſivâ tempeſtivè declarent.* Jbid. n. 59.

*Provincialis contributiones Romanas & poſtas ſtante ſuo triennio ſolvat, aut pecuniam paratam pro debitis relinquat.* Jbid. n. 60.

*Provincialis tam primi triennii poſt Capitulum Generale, ſummam aureorum centum decem pro itinere Romano collectam, & pro ſucceſſore relictam, quam alterius triennii altero tanto auctam, ita ut efficiat aureos ducentos viginti, cum omni alia ſpecificata pecunia, uti & currum, equos, libros, ac res omnes ad Officium pertinentes, pridie Capli Provlis, Primo Aſſiſtenti tradat, ab hoc ſucceſſuro Provli reddendas.* Jbidem à n. 61. ad n. 67.

*Provincialium, circa Statuta & Ordinationes pro Novitiatu, Profeſſoriis, Studiis, Scholis, Rectoribus, & omni Religioſa obſervantia manutenenda, executioni demandandas, ſingularis cura eſſe debet.* P. I. P. II. p. 19. n. 68.

*PP. Provinciales reſignantes quam & cui adminiſtratæ Provinciæ, Perceptorum & Expenſorum rationem, & quo tempore, reddere tenentur.* P. I. P. III. toto p. 20. & ſeq. à n: 69. ad n. 107.

*Provinciali immediatè præterito cauſam intentatam citationes præcedere debent, & in quibus cauſis dandæ.* Jbid. n. 71. & ſequ.

*Provli præterito teſtimonium bene geſtæ Provæ dandum, vel ſi demeruerit, quomodo cum illo procedendum.* Jbid. p. 22. n. 99. & ſequ.

*Provincialium Percepta & Expenſa quæ eſſe debeant.* P. I. P. IV. toto. p. 23. & ſequ. à n. 108. ad n. 141.

*Provincialibus pecunia ex commerciolis comparanda prohibetur.* Jbid. n. 113.

*Pecunia ex lucro pro impreſſis libris (niſi ſint proprii ingenii & laboris) conquiſita, ad Regeſtra Provlia, non ad Provles pertinet.* Jbid:

*Provlibus munera ſive in pecunia, ſive in rebus à quibuscumque Noſtris accipere, indignum & illicitum eſt, niſi ſit aliquid pro bono communi oblatum & Regeſtris Provlibus inſeratur.* Jbid. n. 114.

*Provlium conſcientiæ relinquuntur munera à Benefactoribus oblata, ſi Perſonæ ejus an autem muneri Provlis, præſertim ubi noſtri ſunt in obſequiis, offerri creduntur.* Jbidem. p. 24. n. 115.

*Provincialis Secretarius, unus è Congr: Provli eſſe debet. Cujus quæ ſunt munia, & præſertim in Regeſtris conſcribendis.* Jbid: n. 116.

*Provlibus Trigeſimus groſſus à floreno, à Domibus quomodo & ex quo ſolvendus, ex quo item non exigendus.* Jbid. n. 117. & ſequ.

*In quo pendendo Rectorum Conſcientia obligatur.* Jb. n. 121. & ſequ.

*Ex proventibus Capſæ Provæ non ſolvendus, niſi ex iis tantum qui preſsè ſpectant ad* Re-



http://rcin.org.pl

*ſidentiam Opolienſem.* Jbid: p. 25. n. 124. & P. V. p. 218. punct: XXIV.
*A Coll: Nobilium quomodo pendendus.* P. I. P. IV. p. 25. n. 125. & P. V. P. II. p 144. n. 57.
*A Convictu m. Lucovienſi, & ſi qui alii in aliis domibus Convictores conſervarentur, non trigeſimus aſſis, ſed certum quantum juxta conventionem ſolvendum.* P. I. P. IV. p. 25. n. 125. & P. V. p. 232. punct: II.
*Ex redditibus Reſidentiarum Sandecenſis, Lublinenſis &c: trigeſimus groſſus pendendus duntaxat Provlibus, ipſi autem redditus non ad Provles, ſed ad commoditatem illarum Reſidentiarum convertendi.* P. I. P. IV. p. 25. n. 126.
*Trigeſimi groſſi penſionem Provincialis ſine voto deciſivo ſuæ Congregat: condonare non poteſt. Jmo Superiores locales, qui illum fideliter non reddunt graviter puniendi.* Jbid: n. 127.
*Provincialium quæ ſunt legitimæ expenſæ, contra quas in ejus rationibus nihil dici oportet.* Jbid: p. 25. n. 128. & p. 26 n. 136. & ſeq.
*Quotus numerus Perſonarum alendus, equi quo pretio comparandi, conſervatio illorum tempore itineris Romani, & quod proprios equos & rhedam Provles habere non poſſint.* Jbid: p. 25. à n. 129. ad n. 134.
*Provlis ſuum Secretarium in Viſit: domorum, mittere poteſt ſuis equis & rhedâ ad luſtrationem villarum ad illas pertinentium.* P. I. P. IV. p. 26. n. 135.
*Provlibus expenſis noſtri mitti poſſunt in Jtaliam.* Jbid: n. 138.
*Provles quanto tempore morari poſſunt in Viſit: domorum aliàs ſi ultra præſcriptum tempus, ſolvere tenentur; imo hac de re præmoneri poſſunt.* Jb p. 27. n. 139.
*Extra Viſitationes nulla domus alia præter Gorenſem ſuſtentare illos obligatur. Nec id Rectores facere poſſunt m. prætextu humanitatis.* Jbid. n. 141.
*Provles ad menſam communem accedere debent. Et quæ illorum portiones.* Jbid. p. 27. n. 140.
*Provlium aurigæ in officio continendi.* Jbid.
*Provles hybernis menſibus, & extra tempus Viſitationum, Goræ reſidere debent, ex Summa ex Studzianki levata ſuſtentandi.* Jbid.
*Provlis uti auctoritatem Superiorum ſuſtinere debet, ita juſtis Subjectornm querelis præbere aurem Paternam.* P. II. P. I. p. 42. n. 2.
*Provinciales, ſi Rectores directionem ſuorum Religioſorum in via Perfectionis, uti & commoda neceſſaria, in victu, amictu, cubiculis &c: negligentibus non attendunt, graviſſimo ſuorum Judicum ſubſint judicio.* P. II. P. II. p 57. n. 67.
*Provincialis & ſua Congregatio quomodo cum teſtimoniis juratis de diligentia Magiſtrorum & Concionatorum procedere debent.* P. II. P. III. p. 59. & ſequ. n. 73. & ſequ.
*Ex his quomodo Decretum formandum.* Jbid
*Quod libris Provlis & cujusque Domûs inſcribendum.* Jbid.
*Provlis intereſt, omnium mores anno quolibet annotare & inſcribere.* P. II. P. III. p. 60. n. 77.
*Provles dare facultatem poſſunt viſitandi Parentes & Conſanguineos, ſed nonniſi ſolo*

lo

http://rcin.org.pl

*lo tempore Vacationum, cum ſocio gravi, pro tempore determinato, & cum addito:* Cum ſcitu P. Rectoris. P. II. P. V. p. 75. n. 138.
*Animadvertere autem in illos debent, qui ultra præſcriptum tempus morantur.* Jbid.
*Magis autem in illos, qui de domo in aliam domum pergentes abſque facultate ad ſuos Conſanguineos, vel aliò divertunt, & tardè adveniunt.* Jbid. n. 139.
*Provincialis præſens non abſens poteſt dare votum pro Novitii profeſſione.* P. III. P. IV. p. 111. n. 87.
*Provlibus maximè incumbit cura Bibliothecarum neceſſariis libris augendarum.* P. IV. P. XIII. p. 123. n. 272.
*Provlium quò ad Coll: Nobil: curæ maximæ intereſt, ut in ordine ad finem illius, idonearum Perſonarum, tam ad regimen, quam ad Scholas & alia officia delectus fiat.* P. V. P. I. p. 125.
*Provlis diſponere poteſt de Sacris, quæ à neceſſitatibus Coll: Nob: ſupereſſe poterunt.* P. V. P. II. p. 144. n. 57.
*PP. Provincialium quæ ſit obligatio reſpectu Capſæ Provæ.* P. V. p. 221. punct. XL.
*Provles ad quid tenentur quò ad Juvenes Noſtros extra mittendos.* P. V. p. 212. punct. XIII. & ſequ.
*Provles quæ habent inquirenda & interroganda in ſuis Viſitationibus.* P. I. P. VIII. p. 40. & ſequ. n. 217.
*Provlis quomodo ſe gerere debet reſpectivè quo ad ſuas Congreg: Provles. Vide* Congregatio Provincialis.
Provinciæ Archivum. *v.* Archivum Provinciæ.
Provinciæ Biblioth: *v.* Bibliotheca Provinciæ.
Pueri *& cujus ætatis, & quibus permittendi.* P. II. P. V. p. 77. n. 143.

## R. R. R.

Radomien: lapidea. *De Domo Radomiæ à P. Antonio Konarſki fabricata, quæ diſpoſitio competit P. Procuratori Capſæ Provæ.* P. V. p. 220. punct. XXXI.
Rationiſta. *Rationiſtæ quod eſt Officium.* P. II. P. IV. p. 66. n. 104.
Reclamatio Profeſſionis. *Reclamationibus profeſſionum ut occurratur PP. Rectoribus & Magiſtris Novitiorum, maximè eſt attendendum, nè ante ætatem præſcriptam à Concil, Trident: Novitii profeſſionem emittant, quos etiam de inductione, ſeductione & coactione ſeriò examinare tenentur.* P. III. P. VII. p. 119. n. 117.
*Quo fine Novitius ante induitionem, ſi vult liberè ſubſcribat certum documentum in certa forma conſcriptum, de quo* Jbid. n. 118.
*Quod documentum ante profeſſionem ſi vult, renovet, & in diſtincto libro ſubſcribat & præterea aliud Exemplar manu ſua ſcriptum & ſubſcriptum conficiat, ut in caſu neceſſitatis transmitti poſſit.* Jbid. p. 119. & ſeq. n. 119. & ſeq.
*De reclamantibus bulla noviſſima Benedicti XIV. quæ incipit.* Si datam *exactè obſervanda.* Jbid. p. 120. n. 121.
*Reclamantes ubi ad cor redierint, in alia forma & modo ſubmiſſionem dare tenentur, de qua.* Jbid. p. 120. n. 122.



http://rcin.org.pl

*Quæ Profeſſio renovata, ejusdem renovantis manu perſcripta,& ſubſcripta manibus Rectoris & Secretarii Domûs atteſtanda, & ſigillo Domûs communienda, ac in duobus originalibus, uno domi relinquendo, altero, Provli ad Archivum Provæ mittendo conſervanda.* Jbid. p. 121. n. 123.
*Noviter profitens ſi ante, fecit contra aliquem paſſum, authenticè ab illo ante prædictam renovationem recedere debet.* Jbidem.
*Pæna eorum qui ita noviter profitentibus exprobraverint.* Jb. n. 124.
*Reclamans lite pendente ad quæ obſervanda & facienda tenetur.* Jb. n. 125.
*Reclamans ubi decretum caſſandæ profeſſionis obtinuerit, tenetur ſolvere pro victu & educatione, cujus cura incumbit his, qui nomine Religionis cum illo in Judicio agant.* Jbid: n. 126.
*Reclamationem minantes quomodo tractandi.* Jbid.
Recollectiones *v.* Exercitia Spiritualia.
Recreationes noſtrorum. *Recreationum tempore Superiores adeſſe debent, in quibus Noſtri abſentare ſe à Communitate non permittendi.* P. II. P: V. p. 79. n. 150.
Recreat: Studioſorum. *Recreationes ne ultra præſcriptum Ordinationum dentur, minuantur, aut mutentur, Rectorum curæ eſſe debet.* P. II. P. III. p. 64. n. 94.
*Recreationum diebus actus Scholaſtici expediendi.* Jbidem & P. IV. P. XII. p. 77. n. 224.
*Præfectorum diſpoſitio quæ fieri debeat circa recreationes.* P. IV. P. XII. p. 76. & ſequ. n. 216. & ſequ.
Rector. *Rectorum Candidatio à quibus fieri debet.* P I. P. I. p. 13. n. 29. & ſequ.
*Rectorum conſcientia in trigeſimo groſſo pendendo obligatur.* P. I. P. IV. p. 24. n: 121.
*Rectorum regimen ordinariè tantum ad triennium durare debet, niſi neceſſitas aliter poſtulaverit.* P. I. P. VII. p. 40. n. 215.
*Rectorum mutatio aut confirmatio ſecretò à P. Provli cum ſua Congreg: in Junio vel Julio ante Capitulum Provinciale facienda & Primo Aſſiſtenti relinquenda, qui illam Præſidi Capli & Candidatoribus, prævio Congr: Provlis juramento ſubſcriptam reddet.* Jbid.
*Rectorum Auctoritas & directio ſuorum in rebus Spiritualibus.* P. II. P. I. toto. p. 42. & ſequ. n. 1. & ſequ.
*Rectores & Superiores quæ poſſunt corrigere, non differant ad Viſitationes Provincialium.* Jbidem. n. 2.
*Rectores habent quidem poteſtatem continendi, ſed tamen Patres ſe eſſe meminerint & quonam modo in corrigendo procedere debeant.* Jbidem.
*Rectorum non eſt unum & primum munus œconomicis invigilare, ſed præterea & in primis, Spiritualibus attendere, res Inſtituti curare, verbo & exemplo prælucere, Scholas Pias ſuſtentare, &c,* Jbid: p. 43. n. 3.
*Ad quid tenentur quo ad Orationes Vocales & Mentales &c:* Jb. n. 4.
*Rectoris intereſt ut Sacrorum Ordo pridie præſcribatur & obſervetur.* Jb. n. 5.
*Rector primus attendat Communioni, Præparationi.&c. Clericorum & Operariorum.* Jbidem.
*Rector*

http://rcin.org.pl

*Rector in ſua domo primus intelligitur Pater Spiritualis & quomodo.* Jbid. p. 44. n. 6. & ſequ.

*Rectores Conferentias diebus Dominicis non intermittant, & ſæpius quibusdam temporibus.* Jbid. n. 8.

*Jd tamen Officium aliquando per Vice-Rectorem, aut alium Virum gravem ſuppleri poteſt.* Jbid.

*A Rectoribus Capitula itidem culparum feriis ſextis non intermittenda.* Jb. n. 9.

*Rectores curam habeant proponendorum bis in hebdomada caſuum conſcientiæ.* P.II. P. I. p. 44. n 10.

*Jtem exercendarum ſtatis temporibus ceremoniarum Eccleſiaſticarum.* Jbidem. p. 45. n. 11.

*Rectoribus incumbit ut Spiritualia exercitia ab omnibus, & ab iis ipſis quovis anno abſolvantur, de quo fides in Capitulo Provinciali exhibenda.* Jbid. n. 13.

*Rector quisque librum diſtinctum habeat, in quo ſinguli actus Spirituales, Scholaſtici & œconomici à Secretario Domûs illico annotentur.* Jbid. n. 14. & ſequ.

*Rectorum curæ incumbit ut libri Spirituales à Noſtris Junioribus legantur, & ab iis ratio fructus lectionis exigatur.* Jbid. p. 46. n. 19.

*Jtidem qui libri ad menſam legendi.* Jbid. p. 47. n. 20.

*Rectorum diligentiæ aut incuriæ, obſervantia regularis, aut neglectus illius non immerito adſcribendus.* Jbid. n. 22.

*Rectorum præcipuæ m. partes ſunt, ut dum in Spiritualibus ſibi ſubjectos regunt, commoda m. neceſſaria in victu & veſtitu præſtent.* P. II. P. II. toto. p. 47. & ſequ. n. 23. & ſequ.

*Rector regeſtrum habeat in quo quilibet Religioſus inſcribat: qualem veſtitum ſingulis annis perceperit, qui liber in Viſitatione præſentandus.* Jbidem. p. 47. & ſequ. n. 24. & ſequ.

*Rector Religioſo in Viſit: conquerenti de non præſtitis ſibi neceſſariis mox à Provli reprehenſus ſatisfacere jubeatur, etiamſi aliunde poſſit provideri. Si tamen aliunde oblata male impenderit, Provli deferendus.* Jbid: p. 48. n. 25.

*Rector neceſſitates ſibi dictas, aut in ſcripto porrectas illico ſubjecto provideat, imo ſi eſt charitate plenus m. non requiſitus id faciat.* Jbid. p. 49. n. 28.

*Rector prius & potius Religioſis ſuis charitatem & commoditatem præſtare tenetur, quam ædes aut proventus ampliare.* Jb. p: 50. n. 35.

*Rector ubi neceſſaria Religioſo non providet, nihilominus Religioſus ſuis Officiis ſatisfacere tenetur, & poſt viâ debitâ cum Rectore agat.* P. II. P. II. p. 49 n. 29.

*Rector quale Veſtiarium Religioſo, vel ipſe Religioſus ſi poteſt & vult, ſibi providere debet.* Jbid. p. 49. & ſeq. n. 30. & ſeq. *v. m.* Veſtiarium.

*Quid cum veſtibus detritis agendum.* Jbidem n. 31.

*Thorax hyemalis qualis eſt providendus.* Jbid.

*Lectiſternium Noſtris quale item providendum.* Jbid. p. 49. n. 33. Et p. 52. n. 42.

*Rectores & Superiores Paterno animo præditi, m. in pauperioribus domibus victum commodum præbent, ſecus faciunt ſordidi & nullâ charitate præſtantes m. in locis melioribus.* Jbid. p. 53. n. 46.

*Victus*

http://rcin.org.pl

*Victus qualis dari debeat: Vide.* Victus.
*Rectores & Superiores cùm non ſint domorum Domini, non poſſunt præſtare ſuis Coſanguineis ex rebus ad domos pertinentibus.* Jbid. p. 55. n. 57.
*Rectores & Superiores quomodo infirmos & valetudinarios tractare debent.* P. II. P. II. p. 56. n 62. & ſequ.
*Jn Cubiculis quæ ſunt providenda.* P. II. P. II: p. 52. n. 42. *Vide m.* Cubicula Noſtrorum.
*Jn Cubiculis quas Religioſis commoditates præſtare tenentur.* Jbidem. p. 57. n. 66.
*Quò pertinet fornacum calefactio, candelarum, papyri & attramenti adminiſtratio.* Jbidem.
Rectoris munus, quò ad Scholas. *Rectorum præcipuum munus eſt, attendere ut Scholæ, quàm optimè procedant.* P. II. P. III. toto. p. 57. & ſequ. n. 68. & ſequ.
*Rector quater in anno Scholas cum Præfecto Scholarum & Scrutatore diligentiæ indiſpenſabiliter viſitare tenetur.* Jb: p. 57. n: 68.
*Quæ Viſitationes libro inſcribendæ.* Jbidem.
*Rectoribus quid agendum tempore Viſitationis Scholarum.* Jb. p. 58. n. 69.
*Rectoris primo intereſt quomodo Præfectus, Magiſtri & Diſcipuli, ſecundum præſcriptas regulas tam in literis, quàm in moribus ſe gerant.* Jb. n. 70.
*Quomodo Actus Scholaſtici & alia ad Scholas pertinentia, uti Devotiones, Confeſſiones, Conciones, Catechiſmi. Controverſiæ. &c: procedant.* Jbidem.
*Quomodo Diſcipuli tractentur.* Jbid.
*Rector teſtimonia jurata de diligentia Magiſtrorum cum quo & quomodo dare debet.* Jbid. p. 58. & ſequ. n. 71. & ſequ.
*Rectori incumbit ſcire de libris qui in Scholis explicantur.* Jb. p. 60. n. 81.
*Rectorum præcipuæ partes ſunt invigilare, ut ſolidus guſtus & melior methodus in literis tradendis conſervetur.* Jbid: p. 61. n. 82.
*Quare illi continuò Actibus Scholaſticis intereſſe tenentur cum omnibus aliis Patribus, quod ſingulis vicibus libro à Secretario Domûs inſcribendum.* Jbid.
*Rectoribus quæ cura circa Bibliothecas conſervandas & augendas, & quibus libris, competat.* Jbid. n. 83. & ſequ:
*Rectoribus quæ obligatio competat circa perorationes Noſtrorum Juniorum.* P. II. P. III p. 63. & ſequ. n. 89. & ſeq. *v. m.* Juniores noſtri.
*Ad quid tenentur quò ad recreationes Scholaſticas.* Jbid. p. 64. n. 94. *Vide m.* Recreatio.
*Rectori eſt attendendum ut domi & inter Scholaſticos, concordia vigeat, & ut Præfecto Magiſtri quò ad munus illorum obediant, & viciſſim Magiſtri à Præfecto honorificè tractentur.* Jbid: p. 65. n. 97.
*Rector primo uti & aliis ſui regiminis annis legere & noſcere debet, quæ IV Parte Ordinat: Viſit: Aplicæ circa Inſtitutum Scholarum ac methodum docendi continetur.* Jbid. n. 98.
*Rectoribus incumbit, non Præfecto aut Magiſtris, niſi honeſto modo ipſi velint juvare Rectores, Scholas materiales reparare tempore vacationum.* Jb. n. 99.
*Quam reparationem ſi monitus à Præfecto neglexerit, quid agendum.* Jbid.



http://rcin.org.pl

*Ad quid tenentur quo ad pecunias & res Oratoriorum*, Jbidem. p. 66. n. 101. & ſequ.

*Rectorum propriæ partes ſunt rebus œconomicis invigilare.* P. II. P. IV. toto. p. 66. & ſequ. n. 103. & ſequ.

*Rectores & alii Superiores locales, Summas Capitales, aut partes illarum levare, locare, mutare, bona in arendam mittere non poſſunt, abſque Capitulis localibus, & ſine conſenſu Provlis ac Congr: illius.* Jbidem.

*Rectores ſoli per ſe redditus & exitus domorum adminiſtrare non poſſunt, aliàs graviter m. privatione Officii, ac vocis activæ & paſſivæ puniendi, ſed Procurator, Depoſitarius, Expenſor, & Rationiſta, omnino conſtituendi.* Jbid. n. 104.

*Rector ſive à ſe, ſive ab alio concedere abſque ſcitu Communitatis, non debet, conceſſa vero tenetur Depoſitario reddere, & curare inſcribi regeſtris uti & repetita ab Expenſore, aliàs m verè conceſſa amiſſurus.* Jb. p. 67. n. 105.

*Si vero extra Domum exiſtens, à ſe vel ab alio pro re Domûs conceſſerit, mox ut redit, Depoſitario & Expenſori ſignificet, & inſcribi faciat.* Jb. n 106.

*Rector Regeſtra Manualia præter librum Magiſtrum in Viſit: proferre debet confrōtanda cum libro Magiſtro.* Jbid. n. 107.

*Quomodo Percepta & Expenſa in libris manualibus inſcribenda.* Jb.

*Rector equos proprios nullo prætextu habere debet.* P. II. P. IV. p. 67. n. 108.

*Rector Succeſſori rhedulam, ſeu currum & equos nullâ ratione per ſe avellendos, relinquere tenetur.* Jbid.

*Rector ex rebus, è quibus uti ex vino &c: emolumentum aliquod evenire poteſt, illud non ſibi, etiamſi proprio peculio emerit, ſed domui conquirere poteſt.* Jbidem p. 68. n. 109.

*Rectoribus & quibuscumque aliis Religioſis commerciola exercere abſurdum eſt, & propter Mercatores Sæculares injurioſum, talesque pœnâ proprietariorum puniendi.* Jbid. n 110.

Debita *Noſtri contrahentes & non ſolventes quibus pœnis ſubjiciuntur.* Jb n. 111.

*Rectores quò ad Archiva domorum ad quid tenentur.* Jbid. p 69. n. 112. & ſequ.

*Rectores ultra ducentos florenos, Vice-Rectores ultra decem abſque conſenſu Capituli localis & facultate Provincialis aliis concedere non poſſunt.* Jb. p: 72. n. 125.

*Rectores quò ad Fabricas ad quid tenentur, vel non tenentur Vide* Fabrica.

*Rectores abſceſſuri in abſentia Vice-Rectorum poſſunt quemcumque idoneum Sacerdotem ſubſtituere. Alias Sacerdos primus præſit Domui.* P. II. P. IV. p. 73. n. 131.

*Et quomodo hi ſe gerere debent.* Jbidem.

*Rectores Ordinationes Generalium & Provincialium, Statuta Capitulorum Generalium & Provincialium &c: illico publicari & obſervari curare tenentur.* P. II. P. V. p. 74. n. 132.

*Rector Decreta aut pœnas à Provli impoſitas relaxare non poteſt, nec ullos interceſſores admittere ſub pœna m. ſuſpenſionis ab officio.* Jbid.

*Rector quid agere debeat circa transmittendos Religioſos in alias domos, ut ſaltem primis Septembris in ſuis locis compareant.* Jbid. n. 113.

*Rector*

http://rcin.org.pl

*Rector quid agere debeat cum illis qui ante Feſtum Nativitatis vel Nominis B. MARIÆ Virginis in ſuis locis non comparent, multomagis ſi poſt feſtum Nominis.* Jbid n. 134.

*Rector ſcribere tenetur diem, quâ Religioſus alio proficiſcitur.* Jbid.

*Rector præcipuè & in primis illos expedire debet, qui maxime ſunt neceſſarii ratione ſuorum Officiorum uti Concionatores, Adminiſtratores Parochialium, Præfecti, Vice Præfecti, ac Sub Præfecti in Collegio Nobilium.* P. II. P. V. p. 75 n. 135.

*Rector Religioſo alio proficiſcenti quale viaticum dare tenetur.* Jbid n. 136.

*Rectores non habent poteſtatem m. pro modico tempore Scholaſticos à Schola avellendi ad negotia alia. Et quo, & pro quanto tempore & in qua diſtantia loci, & ad quem diſpenſare poſſunt, aut non poſſunt.* Jbid n. 137. & ſequ.

*Rector cujusque Domûs quò ad Candidatos ad Novitiatum, quid debeat obſervare.* P II P. V. p. 76. n. 140 *Vide m.* Candidati ad Novitiatum.

*Rectores Magiſtros Scholarum officiis onerare non debent* Jbid. n. 141.

*Rectoribus quid ſit agendum circa noſtrorum m hoſpitum exitus domo & reditus. De ſociis illorum. De tempore nè Scholis detrimentum afferatur.* Jb.

*Jiſdem quæ circa clauſuram Domûs ſunt obſervanda.* Jbid p 77. n. 142.

*J em circa fæminarum admiſſionem, & quomodo cum illis procedendum, quæ cum vendibilibus veniunt.* Jbidem.

*Quid circa familiam ſervilem, famulos communes pro commoditate Religioſorum ſuſtentandos, &c:* Jbid p 77. n. 143 & ſequ.

*Viæ Superiorum inutiles caveantur, & in hoc Viſitationis tempore à Provlibus animadvertendum.* Jbid. p 79. n. 149.

*Rectores licentiam abſolvendi à caſibus reſervatis, ſibi & nonnullis aliis obtinere tenentur.* P. II P. V: p. 82. n. 164.

*Jtem in qualibet Domo facultatem abſolvendi ab hæreſi.* Jb.

*Rectori cuique & Patri Spirituali attendendum eſt, ut FF. Operarii ſaltem unâ horâ quotidie lectioni Spirituali vacent, & de hac poſt cænam aliquando interrogentur.* P. III P. VI. p. 118. n. 114.

*FF. Operarii qui in arte aliqua excellunt, ſi alii adſint ad res œconomicas tractandas, à ſuis artibus non avellendi.* Jbid. p. 118. n. 111.

*Vide m.* Novitii Operarii. *Vbi m. & de Profeſſis.*

*Rector Domûs Probationis. Vide* Novitiatus Rector. *Jtem* Podolinenſis.

*Rector Coll: Nobilium Vide* Coll: Nobil: Rector.

Rector & Reſignatio *Rector Inventaria rerum bis in anno Menſe Martio & Junio per deputatos revideri & verificari curet* P. II. P. IV. p 70. n 118.

*Rectores reſignationes ſuas Inventaria & Regeſtra, tempeſtivè ante finem triennii Menſe Maio, & Junio, non devolvendo neglectum in deputatos à Provinciali conficere debent, in quibus Status Domûs deſcribendus, ac à Commiſſariis verificandus & ſubſcribendus.* Jbid.

*Jn quibus ſi defectus aliquis reperiatur, Succeſſor Provinciali & ejus Conſiſtorio deferat.* Jbid.

*De ejuſmodi reſignationibus, Jnventariis & Regeſtris Rectores & Superiores in*

*encycli-*

http://rcin.org.pl

*encyclica pro Capitulo Provinciali præmonendi, in qua & Commiſſarii aſſignandi.* Jbid. p. 71. n. 119.

*Quæ Reſignationes & Jnventaria à Commiſſariis ſubſcripta, ad Capitulum Provle deferenda, & ſecundo Aſſiſtenti vel Primo Conſultori Provæ, initio tradenda, ac à tribus primis Patribus hujus Congregat: quemadmodū & Regeſtra Perceptorū & Expenſorum ſubſcribenda* P. II. P. IV. p. 71. n. 120.

*Pæna Superiorum negligentium ejuſmodi reſignationes & regeſtra.* Jbid:

*Quæ poſt Reſignationem infra decurſum aliquot Menſium, donec novus Superior adſit, accedunt vel immutantur, aut decedunt, in ſeparato libro inſcribenda ac à P. Rectore & duobus ex Communitate ſubſcribenda.* Jbid. n. 121.

*Rector præteritus ſi eſt præſens per ſe ipſum, ſi abſens, per duos Patres ex Communitate, quomodo hæc omnia Succeſſori tradere debet, qui ipſe omnia per ſe verificare & ſubſcribere tenetur, non autem in fidem tantum deputatorum.* Jbid: n. 122.

*Rectores reſignaturi, debita, trigeſimum groſſum, ſalaria &c: exſolvere tenentur, nec Succeſſoribus ſolvenda relinquere.* Jbid. p. 72. n. 123.

*Vide m ſub tit:* Debita.

Repetitores. *Repetitorum in Coll. Nobilium quod ſit munus.* P. V. P. V. p. 158. n. 102.

Res & Regeſtra rerum. *Res ad uſum Religioſis Noſtris quæ & quales permitti poſſunt.* P. II. P. II. p. 52. n. 42. & ſeq.

*Rerum omnium Regeſtra à ſingulis Religioſis nemine excepto in Viſitationibus producenda.* Jbid. n. 45.

Rhetorica Schola & Profeſſor illius. *Rhetorices & Poeſeos Profeſſores tenentur lucubrationes ſuas relinquere in bibliothecis.* P. II. P. III. p. 60. n. 80.

*Jn Schola Rhetorices pro Spirituali Doctrina, cùm libri alii, tum præſertim Gobinetus, dum in linguam vulgarem traducetur, commendatur.* P. IV. P. I. p. 3. n. 5. *v. m.* Spirituales libri.

*Ad Rhetorices Profeſſores multa ſpectant, quæ de Profeſſoribus in Communi & de Schola Humanitatis dicuntur, proinde relegenda ab illis.* P. IV. P. IX. p. 42. n. 135.

*Rhetorica duobus annis tradenda & in his quæ præſcribuntur agenda.* Jbidem. *Jtē* Jbid. p. 63. n. 176.

*Rhetorices præcepta typo impreſſa bis ad tempus bacchanaliorum explicanda, deinde legendis Oratoribus, ac componendis Orationibus utiliùs immorandum.* Jbid: p. 42. n. 136.

*Quæ lectio & compoſitio potiùs ad fontes Rhetoricos reducenda, & rationes m. potiùs ex ingenio petendæ quam ex locis Topicis quærendæ.* Jbid. n. 137.

*Quorum tamen fontium, locorum ac regularum artis cognitio, omnino à Diſcipulis habenda & quare.* Jbid. n. 138.

*Argumentationū formæ ſimiliter quam optimè noſcendæ, nec quidquam diſcipuli componere ſinendi, quod non prius diſponant per formam argumentandi.* Jbidem. p. 43. n. 139.

*Similiter & partes Naturales cujuslibet Orationis, uti Exordium, Propoſitio, &c: probe intelligendæ.* Jbid.

H Quod

http://rcin.org.pl

*Quod attinet ad Elocutionem, ea quæ ad illam pertinent, præprimis curandum eſt Profeſſoribus, ut Diſcipuli quam optimè concipiant, uti naturam periodorum, amplificationis, numeri &c:* Jbid; n. 141.

*Nec cogendi ſunt Diſcipuli ut conſequenter exempla periodorum, troporum, figurarum, &c: inutili labore componant.* Jbid.

*Propoſitiones & Materiæ quæ rejiciendæ, & quæ adhibendæ.* Jbid. p. 43 & ſequ. n. 142. & ſequ.

*Quarum exempla plurima in diverſis generibus ampliſſimè præſcribuntur. Et quo fine.* Jbid. p. 44, & ſeq. n. 143.

*Subſidia ad ejusmodi propoſitiones ex quibus libris haurienda.* Jbid: p. 52. n. 144.

*Rhetorices Profeſſores ea quæ propoſituri & tractaturi ſunt, intelligere priùs ipſi curare debent, alios conſulere &c:* Jbid.

*Propoſitiones & materiæ quæ vel Reipublicæ, vel Principi, vel Proceribus vel Civibus, vel Eccleſiaſticis, vel cuicumque demum Familiæ aut Perſonæ quomodocumque nocere aut diſplicere poſſunt, omnino vitandæ.* Jbid.

*Jn quo Juvenum imprudentia à Præfecto Scholarum & Rectore magnopere coercenda.* Jbid.

*Rhetorices Profeſſores uti & alii compoſitiones & lucubrationes ſuas paratas, ad Scholam deferre tenentur.* P IV. P. IX. p. 52. n. 145.

*Rhetorices Profeſſoribus optimorum Auctorum exempla componenda tradere non modo liberum eſt, ſed & laudabile, & quare.* Jb n. 146.

*Qui & proponuntur.* Jbid. p. 53. n. 147.

*Quod tamen non obeſt ut Rhetorices Profeſſores nihil è ſuo componant, aut dictent, ſed potiùs id quàm maximè exigendum ab illis, qui eleganter, ſolidè, & ornatè dicere & ſcribere poſſunt, ut rem literariam, Patriamque illuſtrent, &c: quia aliena pro exemplo, ſua pro praxi componere & dictare debent, & ſuas lucubrationes plures aliis paucioribus opponere.* Jbid: p. 53. & ſeq. n. 148. & ſeq.

*Sed quid præcavetur Auctorum exempla componenda proponendo.* Jbid:

*Rhetorices Profeſſor Exercitia Rhetorica aliqua parva, ſæpe ſæpiùs in Schola & ſaltem bis in Septimana, bene tamen domi parata componere cum diſcipulis tenetur & quare.* Jbid. p. 54 n. 150.

*Jn Schola tam Rhetorices quam Humanitatis mediocres inprimis Orationes eſſe debent, nec tam prolixæ quam plurimæ.* Jbid. n. 151.

*Diviſio unius compoſitionis in plures dies evitanda.* Jbid.

*Præſertim verò unius Orationis in Declamatione Academica, in plures declamatores partitio, utpote res perridicula &c: omninò abolenda.* Jbidem.

*Jn Compoſitione Orationis, ſi ſit aliquanto longior, quomodo procedendum.* Jbidem.

*Præter explicationem Præceptorum Rhetorices de Inventione, Diſpoſitione, & Elocutione quibus modis ipſâ praxi diſcipuli ad inveniendum, diſponendum & eloquendum ſunt manuducendi.* P. IV. P. IX. p. 55. n. 152.

Et Primo *quò ad* Jnventionem, *quales rationes propoſitionum ex ingenio aut lectione librorum ſunt eruendæ, & quam ſæpe pro exercitio proponendæ, quarum propoſitionum copia poſita hâc* P. IV. P. IX. à p. 44. ad p. 52.

*Et*

http://rcin.org.pl

*Et plurimæ aliæ peti poſſunt ex Oratione* De Viro honeſto & bono Cive. *Et quomodo ejusmodi rationes eloquendæ ſunt à diſcipulis, quorum profectûs cupidus eſt Profeſſor.* Jbidem p. 55. n. 153. & ſequ.

Secundo: *Quò ad* Diſpoſitionem, *Quomodo diſcipuli docendi ad eruendas ex Auctoribus aut proprio ingenio efformandas argumentationes Syllogiſmi, Enthymematis, Inductionis &c: Et quales rationes primo, ſecundo, tertio, &c: loco ponendæ & diſponendæ Confutationes item adverſarum rationum &c: In Epilogo quid agendum* &c: Jbid p. 56. n 156. *&* ſeq.

*Rationes una poſt aliam ponendæ, nec permiſcendæ, & quomodo ab incipientibus, donec ipsâ praxi doceantur contegere artificium, eloquendæ.* Jbid p. 56. n. 156.

*Quæ Orationes à principio anni primi Rhetorices ad finem ſecundi tradendæ ſunt ad componendum* Jbidem. p. 57. n. 158.

*Harum Orationum Officioſarum nempe ac Deliberatoriarum partes quæ ſunt, & quomodo tractandæ.* Jbid n. 158.

*Exordia in Orationibus Officioſis ac deliberatoriis quanta & qualia eſſe debeant.* Jbid. n. 159.

*Jn quavis Oratione Juvenes clarè admonendi, quam perſonam in ea dicentem inducant, & quodammodo induant, & quare.* Jb n. 160.

Tertio: *quò ad* Elocutionem *Jnprimis relegenda ſunt, quæ dicta ſunt eâdem.* P. IV. P. VIII p. 37. n. 126 *qui incipit.* Quod concernit dicendi rationem & ſtylum. *Præterea quam ſolidam verborum amplificationem, ac ut plenæ ſint periodi, ſed nihil inutile nec affectatum &c: docendi ſint alumni Rhetorices. Jtem de exercitiis Orationum Polonicarum magis frequentandis, nec tamen Latinis negligendis. Et quibus temporibus debeant aſſignari, nec his unquam prætermitti. Jtem de exercitio Orationis ligatæ.* Jbid. P. IV. P. IX. p. 57. n. 161. & ſequ.

*Præter Orationes deliberatorias & Officioſas, quæ olim rempublicam tractaturis ſunt neceſſariæ, cum tempus biennii non ſufficiat pro Orationibus Panegyricis, Dedicationibus, Præfationibus, &c: quid tamen agendum præſertim anno ſecundo Rhetorices, & quibus Auctoribus in his utendum.* P. IV. P. IX. p. 58. n. 164.

*Maximè tamen Rhetorices Profeſſoribus animus Juvenum in epiſtolis ſcribendis perficiendorum, non eſt deponendus, quæ ex quibus præcipuè materiis componi debeant* Jbid. p. 59 n 165.

*De ſcribendis Compoſitionibus idem diſponitur quod & in Schola Humanitatis, de quo* P. IV P. VIII. p. 31. & ſeq n. 111. & ſequ.

*Hic autem Quintiliani dicta commemoranda:* Nihil perfectum ab hac ætate expectandum eſſe, *&c.* Fæcunditatem potiùs in adoleſcentibus deſiderandam eſſe. *Magiſtrorum tamen eſt quæ ſuperflua ſunt, reſcindere &c:* Jbid. P. IV. P. IX. p. 59. n. 166.

*Compoſitiones domeſticæ ad cubicula accipiendæ & corrigendæ, quot ſingulis vicibus & quomodo. Judicium de his formandum, & quibus brevibus verbis exprimendum.* Jbid. n. 167.

*Jn Schola Rhces libri, qui verſandi, explicandique ſunt tam quò ad Hiſtoriam, cujus ſtudium ſolidius in hac Schola aliis rebus connjungendum, quàm quò ad ſtyli*

*perficiendum, in quo Cicero præferendus, cujus quædam Opera pro biennio diſponuntur.* Jbid. p. 60. n. 168.

*Deinde & alii legendi, qui recenſentur.* Jbid: p. 61. n. 169.

*Quis uſus & qualis lectio hujusmodi librorum eſſe debeat, ut plurimorum Auctorum notitiam, & perfecta ſcribendi exempla diſcipuli habeant.* Jb. p. 61. n. 170.

*Geographiæ Studium in Schola Humanitatis captum, in Rhetorica, temporibus deſignatis continuandum, & quomodo?* Jbid. n. 171.

*Mythologiorum identidem commemorandorum, & quomodo cura Profeſſoribus Rhetorices non negligenda.* Jbid. n. 172.

*In Rhetorica quæ ſunt, & quo tempore memoriter ediſcenda, & quid interim in carentia librorum agendum.* Jbid: n. 173.

*Quarum lectionum recordatio m. multis à Schola finita annis, plurimùm Auditores oblectat.* Jbidem.

*Quocirca talia ſunt deligenda & aſſignanda ad mandandum memoriæ, quæ olim meminiſſe juvabit.* Jbid.

*Quintiliani quod eſt judicium de multis, eodem tempore, Adoleſcentibus, tradendis.* Jbid. p. 62. n. 174.

*Interea in Noſtris Scholis hæc docere ſufficiat, quibus publicæ Scholæ pares ſunt, quæque proxime ad perficiendam Oratoriam facultatem ſpectare videntur, pro quo quid in Profeſſoribus deſideratur.* Jbid.

*Quo fine rerum Politicarum notitia Oratori Polono maximè eſt neceſſaria, & in his, quibus libris toto biennio utendum eſt.* Jb. p. 63 n. 175.

*Rhetorices Profeſſoris boni itaque toto biennio partes ſunt: nimirum ut Eloquentiam Polonam & Latinam, ut Hiſtoriam & Politices principia ex libris tradat, deinde m. Studium Geographiæ ac Poeſeos, & Mythologiorum adjungat.* Jbid. P. IV. P. IX. p. 63. n. 176.

*Pro quo noſtri ut priùs ſe in his perficiant, ante tempus Rhetoricæ docendæ, plusquam ſatis temporis habent, quò Eloquentiam, Hiſtoriam, Geographiam condiſcant, libros rem Politicam tractantes relegant, Poetas percurrant.* Jb. n. 177.

*Declamationes in Rhetorica quot & quo tempore expediendæ, & quæ in his exhibendæ.* Jbid. p. 63. n. 178. & ſeq. & p 65. n. 180.

*Quid in illis cavendum ne nim: Comicæ Procerum, Nobilium, Comitiorum, Comitiolorum &c: repræſentationes fiant, vociferationes, abuſus* liberi vero &c: *& quare.* Jbid. p. 64. n. 179.

*Verum quomodo procedendum.* Jbid.

*In Declamationibus hujusmodi, Profeſſoribus tria inprimis cordi habenda. I. Ut recitanda diſcipuli optime memoriter condiſcant, nec ullo modo in his, illis indulgendum, & quare. II. Ut vocem quàm optime moderentur, in quo multa Præceptori animadvertenda, & quæ. III. Circa corporis decoram compoſitionem & geſtus.* Jbid. P IV. P. IX. p: 64. & ſeq. n. 179.

*Declamatio quinta in fine anni, ad libitum Profeſſoris Rhetorices expediri poteſt.* Jbid. p. 65. n. 180.

*Theatralis tamen repræſentatio nunquam abſque conſenſu P. Provlis exhibenda, nec unquam alio tempore quam Menſe Julio, in qua non alia quam Tragædia ſelecta*

http://rcin.org.pl

*ctæ pro Theatris Scholaſticicis Latinæ aut Polonicæ diligentiſſimè prius à Rectore, Præfecto, Viriſque prudentibus examinatæ, producendæ.* Jbid.

*Panegyricorum quibuscumque vel digniſſimis in Republica perſonis, & quacumque causâ ſolutè vel ligatè ſcribendorum dedicatio prohibetur & quare.* Jbid. P. IV. P. IX. p. 65. n. 181.

*Nec unquam abſque licentia Provincialis cum ſuo Conſiſtorio permittenda.* Jbid.

*Rhetorices Profeſſoribus quò ad doctrinam Spiritualem nullâ Scholâ omittendam, relegenda & obſervanda quæ præſcribuntur eâdem* P. IV. P. I. Jbid.

*Ordo temporis in Rhetorica ſervandus.* P. IV. P. IX. p. 66. n. 182.

*Rhetorices Profeſſor Collegii Nobilium. Vide* Collegii Nobilium Rhetorices Profeſſor.

Rhetoricum Studium Noſtrorum & Profeſſor illius. *Profeſſorii primo anno ratio Studiorum humaniorum.* P. III. P. XII. toto. p. 138. & ſequ. à n. 201. ad n. 231.

*Profeſſus aliquis qui bona aliqua principia Rhetorices non habuerit, potius in Novitiatu eſt relinquendus, ut cum Novitiis Rhetoricam audiat, & deinde ad Profeſſorii ſtudium aptior transferatur.* Jbid. n. 201.

*Studii Rhetorici in Profeſſorio duo fines ſunt, nim: perfici in cæptis & diſcere docere alios.* Jbid. p. 139. n. 202.

*Profeſſor Rhetorici Studii in Profeſſorio cognoſcere primum debet ex ſuis Studentibus, qui libri in Novitiatu iis explicari cæpti, quos vel repeti, vel potius continuari faciat, pro quo habet diſtinctas horas.* Jbid. n. 203.

*Jdem pro experimento ingeniorum, primis mox diebus, aliqua illis componenda abſque materia tradat, uti Epiſtolas Polonicè & Latinè, Orationem aliquam officioſam &c:* Jbid. n. 204.

*Quæ Compoſitionum genera toto anno cum illis continuanda, ſed materiâ apud ſe prius in cubiculo benè digeſtâ & ſcriptâ. Deinde m. plerumque ſine materia,* Jbidem n. 205.

*Jdem curare debet ut olim materias pro componendo, ritè formare pro futuris ſuis diſcipulis exemplo ſui Profeſſoris condiſcant.* Jbid.

*Quæ ab illo materiæ & propoſitiones tradendæ, unde deſumendæ, & quæ utilitatem & dignitatem præſeferant.* Jbid: n. 206.

*Scholas Matutinas & Veſpertinas quomodo & quidem pro diverſitate temporum impendere debeat.* Jbid. p. 140. n: 207.

*Juxta numerum diſcipulorum, tempus perorandi diſtribuat, ut quilibet quovis Menſe bis ſaltem peroret, ſemel ſacram Concionem, alterâ vice Scholaſticam lucubrationem. &c:* Jbid. n. 208.

*Jdem executioni demandet ut diſcipuli ſinguli ſuas binas lucubrationes proprio Marte factas, unam Menſe Martio, alteram Junio, P. Provli vel ad ejus Congreg: mittant.* Jbid. n. 209.

*Jdem memoriæ exercendæ causâ aliqua ex Auctoribus condiſcenda injungat, quæ ſuis lucubrationibus memoriter dictis, diſcipuli memoriter m. adjungere non intermittant, uti aliquid ex Cicerone, Saluſtio, Virgilio &c:* Jbid. p. 140. n. 210.

*Quid*

http://rcin.org.pl

*Quid agere debeat & quos libros tradere ratione Concionum dicendarum.* Jbidem n. 211.

*Quid cum compoſitionibus ſtudentium in cella & in Schola, illi agendum, quomodo corrigendæ Latinè ſemper præter Conciones, dicendæ, & invigilandum ut ſemper Latine loquantur.* P. III P XII p. 141 n. 212. & ſequ.

*Quid pro exemplo Polonicarum Orationum & Epiſtolarum proponere debeat.* Jbid: n. 214.

*Quâ ratione ipſam docendi artem docere debeat: quo fine Ordinationes præſentes de Scholis à Parva ad Rhetoricen incluſivè à Capite ad calcem prælegat & explicet. Poſt ſi tempus ſupereſt, Rollini de methodo docendi, ab infimis Scholas omnes, vel librum cui titulus:* Ars educandi Nobilem Juventutem, *vel librum Lockii, vel Juvencii, de ratione docendi & diſcendi* Jbid. p 141. n. 216.

*Et quomodo præfatis Auctoribus Rollino & Lockio utendum, cum non ſint Latinè traducti. Ac interea Juvencio Latinè ſcripto.* Jbid. n: 217.

*Quos equidem legere totos eſt impoſſibile, ſed deligendum per partes magis neceſſarias. Et quomodo his aliisque Auctoribus tempus impendendum.* Jbid. n. 218.

*Præter libros quos explicabit, & præter veteres Auctores ſupradictos, m. dare debet aliorum multorum notitiam & ideam, quorum uſus in Scholis erit ipſis neceſſarius, & qui præcipui illi ſint.* Jbid. p. 142. n. 219,

Jn Rhetorico Studio alii Magiſtri. *Jn Rhetorico ſtudio primo Profeſſorii anno quæ præter Rhetoricam ſunt tractanda.* Jbid: p. 143. & ſequ. n. 120. & ſequ.

*Quandoquidem verò tot ſunt lectiones in annuo Rhetorico Studio, uti nim.* Primo: *Doctrina Spiritualis.* Secundo: *Schola Humaniorum.* Tertio: *Lectio Hiſtoriæ.* Quarto: *Lectio Polonæ Hiſtoriæ & rerum Flori, Hartnoch, Lengnich &c.* Quinto *Lectio Geographiæ.* Sexto: *Lectio Concionum.* Septimo: *Lectio linguæ Gallicæ.* Octavo: *Lectio Linguæ Germanicæ, hinc evidens eſt, quod præter Profeſſorem Studii, aliqui alii Magiſtri diſtincti ad aliquas illarum ſunt neceſſarii. De quibus.* Jbid. p. 144. n. 226. & ſequ.

*Profeſſorii primo anno pro Studio Humaniorum Ordo temporis.* P. III. P. XIII. toto p. 145. & ſeq n 232.

*Vide m.* Profeſſorium.

## S. S. S.

Sacerdotis primi *munus in abſentia PP. Rectoris & Vice-Rectoris aut à Rectore ſubſtituti.* P. II P. IV. p. 73. n 131.

Sacra Scriptura *in Theologico Studio tradenda, ut præſcribitur.* P. III. P. XVIII. p. 160. n. 278 & ſequ.

Sacrarium *Sacrarii rerum conceſſio prohibetur, in quo ſolus Provlis cum ſua Congr: diſpenſare poteſt.* P. II. P. V. p. 81. n. 158.

*Res ejusmodi nec ad actus Scholaſticos, commodandæ.* Jbid.

*Rerum ejusmodi auctio, conſervatio, reviſio quolibet quartuali, quotannis Menſe Majo vel Junio exſiccatio &c:* Jbid. n. 159.

*Sacrario Vir aliquis gravis præficiendus, qui numerum Sacrorum quolibet Menſe à ſingulis recipiat.* P. II. P. V. p. 82. n. 165.

Sacra

http://rcin.org.pl

Sacra. *Sacrorum numeri defectus quovis anno ſupplendus.* Jbid.

*Sacrorum Ordo pridie præſcribendus.* P. II. P. I. p. 43. n. 5.

Scholæ, Scholaſtici, Sch: Profeſſores & Magiſtri. *Ad Scholas docendas m. infimas ante Profeſſorium finitum & Philoſophiam auditam Noſtri non admovendi. Niſi quis ad Scientias audiendas incapax videretur.* P. I. P. VI. p. 31. n. 168.

*Ad Scholas docendas nullomodo* Novitii *applicandi, noviter autem Profeſſi vix aliquando, idque tantum in domo Probationis.* Jbid.

*Scholarum docendarum tempus annis* 18. *præſcribitur, & niſi certis punctis excipientibus diſpenſari poteſt.* P. I. P: VI. p. 33. n. 178.

*Quo tamen finito non acquiritur jus, contra votum docendi & obedientiæ.* Jbidem. p. 34. n. 179.

*Sed quod tempore hoc exacto, intelliguntur perſonæ muniorum extra Scholas eſſe capaces.* Jbid. n. 180.

*A duobus annis docendarum Scholarum verâ neceſſitate poſtulante, Provlis cum ſua Congreg: diſpenſare poteſt.* Jbid: n. 182.

*Ante & poſt Studium Thlicum quibus Scholis docendis Noſtri applicandi.* P. I. P. VI. p. 34 & ſequ. n. 183. & ſequ.

*Scholis minoribus docendis diutiùs immorandum & quare.* Jbidem p. 35. n. 184. & ſequ.

*Ad Scholas Superiores docendas in diſponendis ſubjectis qualis Ordo eſt ſervandus.* Jbid. p. 36. n. 189.

*Nec ſaltus faciendi.* Jbidem. n. 190.

*Scholarum docendarum locus publicior non præjudicat privatiori, imo de illo ad hunc mutatio nihil cuiquam derogat.* Jbid: n. 191.

*Poſt Scholam doctam Superiorem, nulli præjudicio eſſe debet docere Scholam inferiorem & quare.* Jbid. n. 192.

*A Scholis iisdem docendis præſertim majoribus, qui apti ſunt, non facile abſtrahendi.* Jbid. n. 193.

*Ad ſcientias docendas qui apti ſunt, illico poſt Theologicum Studium applicari poſſunt, & in iis docendis detineri.* Jbid. n. 194.

*Concionatura, Præfectura Scholarum (ſi ad inſtar Coll: Nazaræni exercetur) In Coll: Nob: Præfecti, Vice-Præfecti, Sub-Præfectorum, & Magiſtrorum quarumcumque artium rite tranſactum tempus, inter meritorios annos* 18. *Scholaſticos computandū.* Jbid. p. 37. n. 197. & ſequ.

*De Sub-Præfectis Coll: Nobil: Vide* Collegii Nobilium Sub-Præfecti. *Jtem.* Sub-Præfecti Coll: Nob:

*A tempore Scholarum docendarum annis* 18. *qui in duobus annis poſſunt diſpenſari.* P. I. P. VI. p. 37. n: 199.

*Scholaſticum* 18. *annorum tempus, quomodo his qui ex obedientia privatim Magnatum filios docuerint, eſt accommodandum, & quo tempore Scholarum exacto, ad Aulas permittendi.* Jbid. n. 201.

*Scholarum Minorum Magiſtri, qui tantum his docendis vacaverint, eas ſemper doceant, aut ſaltem & omnino annos* 18. Jbid. n. 202.

*Scho-*

http://rcin.org.pl

*Scholis docendis minus idoneus, aliunde autem Vir inſignis, & de Ordine Noſtro optime meritus, quò ad officia obtinenda, ſubeſt deciſioni Congreg: Provlis.* Jbid. p. 38. n. 203.
*A Scholis docendis ſola nonniſi infirmitas excuſare poteſt, ſed tamen recuperatâ valetudine tempus* 18. *annorum complendum.* Jbid. n. 204.
*Scholarum annorum* 18. *tempus, alia officia ex obedientia rite adminiſtrata, uti œconomica, Procuratorum in Tribunalibus ſupplent, & reddunt capaces ad Magiſtratus Religionis obtinendos.* Jbid n. 205. & ſequ.
*Scholis docendis apti, qui ſe ineptos reddunt, quomodo tractandi:* Jb. n. 207.
*Qui autem verè ſunt inepti, quomodo cum illis procedendum.* Jbid. n. 208.
*Qui Scholas annis* 18. *non docuerint, aut quæ Scholas ſupplent munia non exercuerint, non ſunt capaces Superioratuum.* Jbid. n. 209.
*Attamen ſi fuerit idoneus, Magiſtri Novitii munere fungi poteſt.* Jb.
*Scholas quas, quomodo & quanto tempore quisque docuerit, & quibus ſtudiis vacaverit, in libro ſeparato Provlium patere debet.* Jb. n. 210.
*A Scholis docendis annis* 18 *(exceptis certis caſibus) præterquam in duobus, nec Provlis cum ſua Congreg: diſpenſare poteſt, alias Commiſſariis reſponſurus.* P. I. P. VI. p. 39. n. 212.
*Scholas annis* 18. *qui diligenter docuerint, Teſtimonium cum laude à Provinciali obtineant, quod in publica Communitate legendum, & deinceps ſi docuerint, non ampliùs jurata teſtimonia illis danda, quod non eſt intelligendum de illis, qui aliquo anno vel pluribus docuerint negligenter.* Jbid. n. 213.
*A Scholarum docendarum tempore annis* 18. *dummodo ſaltem annis* 12. *docuerint, pauciſſimi & ſaltem non plures in Provincia quam tres in Capitulo Provli diſpenſari poſſunt primo ad triennium, & deinde ut videbitur, & quidem ſi intra exactum ſpatium annorum* 12. *demonſtraverint opus aliquod typo à ſe edendum, Eccleſiæ aut Patriæ perutile, & à Viris doctis probatum. Qui ſi inventi fuerint ſeductores, tanquam nihil egerint, obligati ſunt ad implendum tempus Scholarum annis* 18. *Quartus tamen ad hoc Privilegium admitti non poteſt, niſi ex tribus primis aliquis conſummaverit opus ſuum. Quo tamen tempore ad annos* 18. *non completo, non ſunt capaces ad Officia in Religione obtinenda.* P. I. P. VI. p. 39. n. 214.
*Attamen propter aliquod Opus Concionum edendum, tale Privilegium obtineri non poteſt, cum in hoc munere exiſtentes ſatis habeant ſufficiens tempus.* Jbid.
*Rectores ad quid tenentur quò ad Scholas.* P. II. P. III. toto p. 57. & ſequ. n. 68. & ſequ. *Vide m.* Rector.
*Ordinationes circa Scholas quibus, quando & à quibus prælegendæ & explicandæ.* P. IV. P. I. p. 5. in præf.
*Eædem Ordinationes de Scholis, Magiſtris, Profeſſoribus, Præfectis & Concionatoribus omnibus per domos diſtribuendæ, & ab iis privatim legendæ.* Jb.
*In Scholis Noſtris Spritualis Doctrina. Vid:* Spirit: Doctrina.
*Scholarum Magiſtros & Profeſſores quæ concernunt virtutes & conſuetudines.* P. IV. P. II. toto. p. 5. & ſequ.

*Et*

http://rcin.org.pl

*Et Summatim: Quæ requiritur in illis punctualitas in adeundis Scholis.* Jbidem. p. 6. n. 14.

*Rariſſimus & quomodo egreſſus è Schola.* Jbid. n. 15.

*Colloquia adinvicem ante ingreſſum Scholæ & tempore Scholarum omnino cavenda.* Jbidem.

*Quæ pietas in recitando:* Veni Sancte Spiritus, *aliisque Orationibus.* Jbid. n. 16.

*Ordo temporis quam Sacroſanctè obſervandus, nec unius rei tractatione tempus aliis rebus tractandis eripiendum.* Jbidem. n. 17.

*Deſcripta à B. Patre Noſtro in declarationibus in capite de Caſtitate privatâ monita quam Sanctè obſervanda.* Jbid. n. 18.

*In Scholis Inſpectores nullo modo ſinendi cum ſuis Scholaribus, docendi causâ poſt tempus Scholarum in Scholis permanere.* Jbid.

*Quam arcendi diſcipuli ab ingreſſu cubiculorum.* Jbid. n. 19.

*Quam comitatem in docendo, redarguendo &c: Magiſtri Scholarum præſeferre debent.* Jbid. n. 20. & p. 9. n. 31.

*Quantum à cognominibus vilibus, ſcurrilibus &c: abſtinere debent.* Jbidem. p. 7. n. 21.

*Sobrietas ab iis colenda, nec unquam crematum ſumendum, præterquam juſſu Medicorum.* Jbid. p. 7. n. 22.

*Verberationis pœna viliſſima; in quibus caſibus vix adhibenda: de quo multa.* P. IV. P. II. p. 7. & ſequ. n. 23.

*Verberatio ad nudum omninò prohibetur.* Jbid.

*In verberatione m: juſtiſſima quot ictus infligendi, alias grandiores & in gravioribus excedentes Præfecto deferendi.* Jbid. p. 8. n. 24.

*Ferulæ, ſeu ictus manuum, percuſſiones flagro per dorſum, aliique inhumani & novi modi caſtigandi omnino prohibentur.* Jbid.

*Magiſtri qui ſcandalo aliquo publico & gravi Adoleſcentes afficerent, quomodo à Superioribus puniendi.* P. IV. P. II. p. 8. & ſequ. n. 26.

*Quàm ſummopere colenda à Magiſtris concordia inter ſe, & charitas fraterna.* Jbid. p. 9. n. 27.

*Quæ gravitas & præſertim inter diſcipulos ſervanda, & hæc in quo conſiſtit.* Jbid.

*Quam debito honore Præfectus Schol: tractandus, cujus auctoritas recognoſcenda, quod ſi neceſſe, ad Superiores recurrendum.* Jbid. n. 29.

*Magiſtri licentiam ſuis diſcipulis dare non poſſunt abſentandi ſe à Schola toto tempore matutino & veſpertino Scholarum, imò abſentantes ſe, Præfecto deferre tenentur.* Jbid. n. 30.

*Magiſtri pauperioribus, ut tempus Scholarum illis eripiatur, non debent uti ad ſua obſequia.* Jbid.

*Nec permittere, ut à dignioribus libri illorum portentur.* Jbidem.

*Quo agendi modo & quâ vivacitate, languedinem, deſidiam, putrem corporis ſitum &c: evitando, procedere in Schola debent.* Jbid. p. 9. n. 32.

*Munuſcula accipere & multò magis quoquomodo petere Magiſtris noſtris propudioſum eſt.* P. IV. P. II. p. 10. n. 33.

*Talium pœna.* Jbidem.

*Si ſponte offerantur, quo quis honeſtior, eo magis recuſanda.* Jbid.
*Eſculenta & poculenta ſponte oblata ad commune remittenda.* Jbid.
*Negotia ſordida, ſeu commerciola, modi lucelli quærendi, contractio æris alieni &c. quantum Magiſtros noſtros dedecent, & talium pænæ.* Jbid.
*Quò ad Civilitatem, quomodo ipſi Magiſtri præire, & quæ ſuos diſcipulos docere & dedocere debeant.* Jbid. p. 10. & ſeq. n. 34.
*In quo, libello cui titulus* Galateuſz *uti poſſunt.* Jbid.
*Contributiones præter conſuetas pro lignis & Calefactoribus ſub graviſſimis pænis facere prohibentur* Jbid. p 11. n. 35 & 37.
*Contributiones reſpectu Oratoriorum. Vide* Oratoria Scholarum.
*Magiſtri & Profeſſores attendere debent modeſtiæ, & ſilentio diſcipulorum in adeunda Eccleſia, in ipſa Eccleſia, & in exitu de Eccleſia.* Jb p. 11. n. 39.
*Cenſores morum à Magiſtris conſtituendi, & nihil omittendum quod ſpectat ad pietatem diſcipulorum.* Jbid.
*Vbi & de libellis precum, de cantionibus in Eccleſia, de Concionibus, de Catechiſmis &c:*
*Sacro ſervire in Claſſibus Grammatices pueri erudiendi.* Jbid:
*Ex ſingulis Scholis, diſtinctis diebus, Studioſi noſtri à Magiſtris ad ſerviendum Sacris deſtinandi* Jbidem.
*A pietate ipſorummet Magiſtrorum, pietas & ſanctitas morum diſcipulorum pendet.* Jbid p. 12. n. 40.
*Scholarum Magiſtri & Profeſſores, quò digniùs & exactiùs docere poſſint, plura ſcire, plurimos optimos libros legere, & optimè ſe ad ſuas Scholas præparare tenentur. Vbi & de modo docendi quò ad omnes Magiſtros Grammatices, & Humaniorum Profeſſores.* P.IV. P. III. toto. p. 12. & ſeq n. 41. & ſeq.
*Magiſtri & Profeſſores materias jam paratas & compoſitas in cellis, ad Scholas deferre tenentur* Jbidem p. 13. n. 42.
*Magiſtri Syntax: Gramm: & Inf: prohibentur nè quid ſuum pro exercitiis Scholaſticis & occupationibus dictent, ſed ex Auctoribus deſignatis extrahere debent ob maximas rationes.* Jbid. n 43.
*Qui excellentiam ſui ingenii aliis ſpeciminibus extra Scholam exhibere poſſunt.* Jbidem.
*Orthographiæ rectè ſcribendæ, characteribus formandis, vitiis in ſermone Latino & Patrio emendandis, quantitati obſervandæ quantopere Magiſtri invigilare tenentur.* Jbid p. 14. n. 46.
*Arithmeticæ Studium quantopere in Scholis præſertim inferioribus inſtituendum.* Jbid. n. 47.
*Poſt recitatam ab uno, qui caſu interrogetur lectionem, examinatâ breviſſimè diſcipulorum præſentia vel abſentiâ, ſervato ad cubiculum diligentiori erratorum examine, per primam mediam horam tam mane quàm veſpere in Infima, Gramm: Syntaxi & Human: Scholis. pueri in benè & correctè Latinè loquendo per colloquia à Magiſtris inceſſanter exercendi, & quomodo? & ex quibus materiis.* Jbidem. n. 48.



http://rcin.org.pl

*Vocabula quam plurima à pueris ediſcenda, nihilque in Grammatica quod Polonicè non explicetur omittendum. Vocumque proprietas, quæ latinæ, quæ barbaræ, quæ novæ &c: exponenda.* Jbid. p. 15. n. 49.

*Compoſitiones crebriùs vix quartà vice ſolos componere ſinendo, cum Diſcipulis à Ma iſtris in Scholis faciendæ* Jbid. n: 50.

*Compoſitiones domeſticæ quando & quantæ aſſignandæ, & ubi revidendæ. Voces ne in Synonymis aut Cnapio quærendo, tempus inutiliter conſumatur, à Magiſtris dictandæ, inutiles difficultates non proponendæ &c.* Jbid n. 51.

*Explicatio Grammaticæ bis in Infima & Gramm: ad Paſcha, ſemel in Syntaxi ad Natalem Domini facienda, deinde componendo & legendo Auctores, regulæ identidem commemorandæ.* Jbid. p. 16. n. 52.

*Lectio & explicatio librorum ſtatim ab infimis Scholis, & quorum, & quomodo inſtituenda.* Jbid. n. 53.

*Hiſtoriæ Studium in quibus Scholis, quomodo, & ex quibus libris &c. inſtituendũ.* P. IV P. III. p. 17. & ſequ. n: 54. & ſequ. *v. m.* Hiſtoria.

*Librorum ut vocant diligentiæ quis finis, & ad quid in his dictandis Magiſtri attendere debeant.* P. IV. P. III. p. 19. n. 64.

*Quæ memoriter diſcenda à Diſcipulis in tribus Gramm: Claſſibus.* Jbid. n. 65.

*Sententiæ ad calcem Grammaticæ poſitæ pro præmiis & laude in Infima addiſcendæ. Simili modo in Gramm: & Syntaxi aliqua ex Poetis.* Jbid.

*Modi uſitati ad excitandam æmulationem inter juvenes, uti deſtinatio æmulorum, diviſio in partes, decertatio pro loco &c: omninò non negligendi.* Jbidem. p. 20. n. 66.

*Signum linguæ Polonicæ neceſſarium, & quæ pænæ honeſtæ pro illo aſſignandæ.* Jbid.

*Modi negligentiæ corrigendæ contra decorum & prudentiam tollendi, honeſtique adhibendi, idque raro.* Jbid:

*Ex præſcripta methodo docendi & ordine temporis pro quavis Schola, nihil Magiſtri proprio arbitrio mutare permittendi.* Jbid. n. 67.

*Vide m: ſub ſingulis Scholis, uti* Jnfima, Gramm: Syntaxis: &c: &c.

Scholaſtici Actus. *v.* Actus Schol: & Recreationes.

Scientiæ. *Ad ſcientias docendas qui apti ſunt, illicò poſt Theologicum Studium applicari poſſunt & in iis docendis detineri.* P. I. P. VI. p. 36. n. 194.

*Vide m.* Philoſophia, Theologia &c: Philoſophicum, Theologicum Studium &c:

Secreta ſæcularibus revelantes. *Sæcularibus ſecreta domeſtica revelantes, aut coram illis noſtros infamantes, puniendi juxta Caplum Gnale anni 1637. & noſtra Provliæ.* P. II. P. V. p. 80. n. 156.

Secretarius Provincialis, *unus è Congregatione Provinciali eſſe debet.* P. I. P. IV. p. 24. n. 116.

*Officium illius.* Jbid. *Jtem.* Jbid. p. 26. n. 135.

Secretarius Congreg: Provlis *ab ipſa Congr: eligendus, qui libris ſeparatis acta Congregationum inſcribat.* P. I. P. V. p. 28. n. 150.

Secretarius Domûs *ſingulos actus Spirituales, Scholaſticos & œconomicos in libro diſtincto annotare tenetur.* P. II. P. I. p. 45. & ſequ. n. 14. & ſeq.



http://rcin.org.pl

*Et hunc librum Provinciali tempore Viſitationis conſcientioſè exhibere.* Jbidem. p. 46. n. 18.

*Etiam aliorum librorum domeſticorum manuſcriptorum curam habere debet.* P. II. P. V. p. 85. n. 179.

Servitorum ad Menſam *obſequio qui ſint deſtinandi.* P. III. P. XX. p. 165. n. 308. *ac ubi FF Operarii vel Tertiarii deſunt, m. Clerici & Sacerdotes Juniores.* Jb:

Socii ex Junioribus. *quibus deſtinandi.* P. III: P. XX. p. 165. n. 310.

*Rectoribus incumbit ne noſtri præſertim juvenes unquam non ſociati domo exeant.* Jbidem.

Spiritualis Doctrina *in Scholis Noſtris identidem commendatur & præcipitur.* P. IV. P. I. toto. p. 2. & ſeq. n. 1. & ſequ.

*Alias Scholarum Piarum Inſtitutum nihilo differret à Scholis Sæcularibus, imo Gētilium, ſi pueri tantum in literis, & non præprimis in pietate & Chriſtianis moribus inſtituerentur.* Jbid.

*Quare præ omnibus aliis cura major eſſe debet circa inſtitutionem in timore Dei & vita Chriſtiana ac bonis moribus.* P. IV. P. I p. 5. n. 13.

*Modi inſtituendæ Juventutis in vita Chriſtiana ſeptem proponuntur, quorum quinque ad Rectorem & Præfectum, imo m. ad Confeſſarios magnâ parte pertinent, reliqui ad Magiſtros.* P. IV. P. I. p. 2. & ſeq. n. 2. & ſequ.

*Spiritualis Doctrina ab omnibus Profeſſoribus & Magiſtris nullâ die, nullâque Scholâ, tempore præſcripto intermittenda.* Jbid: p. 3. n. 4.

*Negligentium hac in parte Magiſtrorum pœnæ.* Jbid.

*Quod & in juratis Teſtimoniis annotandum.* Jbidem

*Magiſtri præparare ſe tenentur pro Spirituali Doctrina & lectione in Schola tractāda, uti & pro virtutibus ex occaſione, illâ die inſinuandis ac horum vitiorum horrore inculcando.* P. IV. P. III. p. 13. n: 44.

Spirituales libri in Schola legendi. *Pro Spirituali Doctrina in Schola Rhetorices, cum libri alii, tùm præſertim Gobinetus dum in linguam vulgarem traducetur, commendatur.* P. IV. P. I. p. 3. n. 5.

*Spirituales item libri alii & qui legendi in Scholis.* Jbid. p. 3. & 4. n. 6. & ſeq.

*Spirituales præter libros m. Senecæ Epiſtolæ ad Lucilium, Jtem de brevitate vitæ. Epicteti Sententiæ, ſimilesque, præſertim in Rhetorica legi poſſunt, & quo fine.* Jb: p. 4. n. 7.

*Spirituales inter libros maximè Vita D. N. Jeſu Chriſti, m. in Superioribus Scholis prælegenda* Jbid. n. 8.

*Spirituales libros legendo, quid maximè curandum Magiſtris, & quo tempore maximè diſcipulis prælegendi, ac horum lectione ad quas præcipuè virtutes illi excitandi.* Jbid. n. 9.

*Spirituales ejusmodi libri à Præfecto Scholarum pro ſingulis Scholis deligendi & diſtribuendi, ac finito uſu ne deperdantur, recipiendi.* Jbid. n. 10.

*Spirituales libri ab ipſis Magiſtris non à diſcipulis (præter tempus cum in Oratoriis adventus Præſidum expectatur) legendi, & quomodo ut diſcipuli habeant profectū Spiritualem.* P. IV. P. I. p. 4. & ſequ. n. 11.

Nec

http://rcin.org.pl

*Nec ab hac lege Rhetorices Profeſſores excipiuntur ut ad finem ipſi legant, nullo habito prætextu præparationis ad Miſſam.* Jbid.

*Jtem præter Spirituales libros quo Juvenes frequentius ad virtutis ſtudium & peccati fugam, ad diſciplinam vitæ Chriſtianæ & Civilis excitentur, Oratio* de Viro honeſto, & bono Cive *pro Coll: Nob: Varſavienſi confecta, identidem à Magiſtris legenda.* Jbid: p. 5. n. 12.

*Rectorum curæ incumbit ut libri Spirituales à Noſtris Junioribus legantur, & ab iis ratio fructus lectionis exigatur.* P. II. P. I. p. 46. n. 19.

Spiritualia Exercitia. *v.* Exercitia Spiritualia.

Spiritualis Pater. *v.* Pater Spiritualis.

Status Domorum *Romam mittendus quomodo expediri debet.* P. V. p. 234. punct. V.

Studia Noſtrorum *quando, quanto tempore & quo ordine abſolvenda.* P. I. P. IV. p. 31. & ſequ. à n. 168. ad n. 177.

*Vide m. ſub ſingulis.* Rhetoricum, Philoſop: Theolog: *Jtem.* Profeſſorium. *Jtem* Ordinat: pro Studiis Noſtrorũ.

Studioſi pauperes *à Noſtris de domo in domum ducendi non ſunt.* P. II. P. V. p. 77. n. 144.

*Studioſis pauperibus calefacientibus fornaces id quod ſtudentes contribuunt, exactè ſolvendum.* Jbidem.

*Jn quibus obſequiis Magiſtri illis uti non poſſunt, nec tempus extrahere cum detrimento Scholæ eorum &c:* Jbid:

Sub Præfecti Coll: Nobil: *ad Studia Mathematica applicandi, & in iis ſecundùm capacitatem ſuam, vel diutius detinendi, vel ſi animum ad illa non habent, brevius, quatenus poſt annum aliis locum cedant.* P. III. P. XVII. p. 158. n. 266.

*Quorum Sub-Præfectorum (cum quacumque artium diſciplinam in Collegio tradere ſint ſoliti) munus, octodecem annis meriti computatur.* P. I. P. VI. p. 37. n. 198.

*Vide m.* Collegii Nobilium Sub-Præfecti.

Suffragia Miſſarum. *Vide* Miſſarum Obligationes & Suffragia.

Suffragia in Electionibus. *Suffragiorum ſecretorum modus in Caplis Provlibus & localibus.* P. I. P. I. p. 12. & ſeq. n. 16. & ſequ.

Summæ Capitales *aut partes illarum, non poſſunt, levari, locari, aut mutari à Rectoribus & Superioribus, abſque Capitulis localibus, & ſine conſenſu Provlis ac Congreg: illius.* P. II. P. IV. p. 66. n. 103.

Supellex Religioſa *quæ & qualis permittenda. Vide* Res, & Regeſtra rerum. *Et in ſerie.* P. II. P. II. p. 52. n. 42. & ſequ.

Syntaxis Schola. *Jn Syntaxeos Schola Grammatice ſemel, Proſodia bis ad Natalem Dni diligentiſſimè explicanda.* P. IV. P. VII. p. 26. n. 94.

*Qui libri præterea legendi & explicandi.* Jbid: n. 95.

*Jn Schola Syntax: Hiſtoria quatuor Monarchiarum ſpatio duorum annorum tradenda & quomodo.* Jb: p. 27. n. 96.

*Pro Compoſitionibus ex Latino in Polonicum & ex Polonico in Latinum quibus libris utendum.* Jbid. n. 97

*Pura Latinitas præſertim in hac Schola edocenda, & quomodo?* Jbid. n. 98

*Poſt*

http://rcin.org.pl

*Poſt Paſcha, præſertim ad exitum anni circa epiſtolas Authorum legendas & traducendas, ac proprias componendas immorandum.* Jbid. n. 99.
*Ad Epiſtolas m. juveniles in Gramm. & Syntaxi, ſed extra tempus ſeriis deſtinatū, verùm pro laude & notis meritorum pueri inducendi & quare?* Jbid: n. 100.
*Quæ ſint ejusmodi Epiſtolarum Materiæ.* Jbidem.
*Quas qui meliùs proprio Marte compoſuerint, in examine, aut Patri Præfecto exhibere poſſunt.* Jbid:
*Epiſtolæ inprimis Ciceronis non ſolum in Syntaxi, ſed m. in Humanitatis & Rhetorices Scholis legendæ & explicandæ commendantur, quæ & diſtinctæ deſignantur.* P. IV. P. VII. p. 28. n. 101. & ſequ.
*Jn quibus Epiſtolis errores librariorum expungendi, argumenta tamen quàm optimè explicanda, & in Commentariis perquirenda.* Jbidem. p. 29. n. 103.
*Arithmetice horis matutinis diebus Recreationum, in hac Schola diligentiſſimè docenda.* Jbid. n. 104.
*Grammatices præcepta in hac Schola jam ampliùs non refricanda, præterquam primis duobus ad plurimum menſibus.* Jbid. p. 29. n. 105.
*Sed Proſodia diſcenda, & partes Compoſitionis ex Auctoribus correctæ. Jtem aliqua Epiſtola Ciceronis, & Ovidii Elegiæ.* Jbidem.
*Jnprimis autem vocabula tricena pro meridie, quinquagena, pro nocte ex Synonymis quavis Scholâ, uti ex Auctoribus notata ad memoriter diſcendum aſſignanda & quare.* Jbid. n. 106.
*Examen in hac Schola bis in anno inſtituendum, & ex quo.* Jbid. n. 107.
*Ordo temporis in hac Schola ſervandus.* Jbid. p. 30. n. 108.

# T. T. T.

Tertiarii. *Pro Tertiariis qui admitendi.* P. III. P. IV. p. 118. n. 116.
*Non debent admitti abſque conſenſu Capituli Domûs, ſub nullitate admiſſionis.* Jbidem.
*Quæ illorum obligationes. Quæ forma ſponſionis juratæ pro uno anno. Quâ tamen non obſtante poſſunt ex juſta & Capitulariter probanda cauſa dimitti. Eorum lectiones & occupationes.* Jbid.
Teſtimonia jurata, *de quo, à quibus & quibus danda, & quo tempore ad Provlem ſive ad ejus Congreg: Provlem Varſaviam remittenda.* P. I. P: II. p. 16. n: 42. Et P. II. P. III. p. 58 & ſequ. n. 71. & ſequ.
*Judicia ſeu jurata Teſtimonia de Studentibus Noſtris qualia eſſe debeant.* P. I. P. VI. p. 32. n. 173.
*Quæ conſervanda & quare.* Jbid. p. 33. n. 174.
*Quo tempore fieri debeant, à quibus & quo tempore deſignandis.* Jbid.
*Quibus omnino inniti debent Provles ratione promovendorum ad* Theologiam *ſpeculativam, non aliis ullis rationibus.* Jbid. p. 33. n. 175.
*Provincialis & ſua Congregatio quomodo cum Teſtimoniis juratis de diligentia Magiſtrorum & Concionatorum procedere debent.* P. II. P. III. p. 59: & ſeq. n. 73. & ſequ.

*Ex*

http://rcin.org.pl

*Ex his quomodo Decretum formandum.* Jbidem.

*Quod libris Provlis & cujusque Domûs inſcribendum.* Jbid.

*Teſtimonia jurata de Studentibus Theologiæ quovis anno primis Maji à P. Rectore omnibusque Profeſſoribus ſubſcripta ad Provincialem mittenda.* P. III. P. XVIII. p. 160. n. 284.

*Teſtimonia jurata de Studentibus Theologiæ Moralis.* P. III. P. XIX. p. 164. n. 303.

Theologi ad aulas. *Theologi uti & Directores è Noſtris extra in domibus Magnatum difficillimè, & qui & quo pacto concedendi.* P. I. P. II. p. 17. n. 49. & ſequ.

Theologicum Studium. Theologia Moralis, & Theologia pro ſæcularibus.

*Philoſophico Studio abſoluto quantum fieri poteſt, recta pro Theologico Noſtri deſtinandi.* P. I. P. VI. p. 32. n. 169. & ſequ.

*Philoſophicum inter & Theologicum Studium non ampliùs quam tres anni in Scholis inferioribus docendis intercedere debent.* Jbid. n. 171.

*Theologiæ Speculativæ audiendæ qui minus ſunt capaces ad moralem applicandi & in aliam domum mandandi, uti Chełmam, Varenzum, Radomiam* Jb. n. 172.

*De quo ex Teſtimoniis Profeſſorum & Examinatorum Studii Philoſophici conſtare debet* Jbid. n. 173.

*Theologicum Studium Noſtrorum Cracoviæ collocandum.* P. III. P. XVIII. p. 158. n. 167.

*Jn Theologico Studio quatuor Profeſſores conſtituendi, nim: duo Theologiæ, tertius Juris Canonici, quartus Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, & Concil: atque unus ex iis vel ſeparatim linguæ Græcæ, Hebraicæ &c:* Jbid: n. 268.

*Theologico Studio triennium aſſignatur, quod juxta ſeparatas horas ut in ordine temporis, in prædictis ſcientiis & linguis inſumendum.* Jbid. n. 269.

*Theologia propter certas rationes, & præſertim brevitatem temporis, non ad calamũ dictanda, (niſi forte placuerit aliquas ſelectas Quæſtiones, & præcipuè de Auxiliis Divinis dictare) ſed interea donec meliùs proviſum fuerit, Tournelii operibus utẽdum. Et præterea alii qui ſpecificantur, ſimilesque Theologi Studentibus communicandi, eorumque notitia danda, maximè Theologia pro Diæceſi Petrocoricenſi conſcripta, æquè m. Sæcularibus Theologis communis reddi poſſet.* P. III. P. XVIII. p. 158. n. 270.

*Theologia Moralis non minùs quam Dogmatica Eccleſiæ neceſſaria, æquè ut Theologia Speculativo Dogmatica commendatur, imo & omnino injungitur, & præſertim per Petrum Collet compendio ex Tournelio collecta. Jtem præſtantiſſima Concinæ Theologiæ Moralis opera.* Jbid.

*PP. Profeſſores Theologiæ quos & quomodo Tractatus Theologiæ Vniverſæ Speculativo-Dogmaticæ ac Moralis, ut per triennium eos diſcipulis prælegere poſſint, inter ſe partiri debeant.* Jbid. p. 259. n. 271. & ſequ.

*A quæſtionibus multum ſubtilibus & parum utilibus, & uti dicuntur prorsùs Scholaſticis abſtinendum, niſi admodùm breviter per interrogationes & reſponſiones, illas expediendo, & ad ſolida ac Religioni Chriſtianæ neceſſaria properando. Nec m. tempus inutilibus explicationibus terendo.* Jbid. n. 274.

*Jus*

http://rcin.org.pl

*Jus Canonicum in Thlico Studio tractandum, de quo* Vide Jus Canonicum.

*Hiſtoria Eccleſiaſtica ſimiliter, de qua vide.* Hiſt: Eccleſiaſt:

*Linguarum Græcæ & Hebraicæ notitia in Theologico Studio conquirenda, quarum Studium præſcriptis in ordine temporis horis pertractandum. Vt vero Profeſſores illarum habeantur, Noſtri ad extra proficiſcentes illas linguas condiſcere debent.* P. III. P. XVIII. p. 160. n. 277.

*Profeſſor linguarum Græcæ & Hebraicæ, Sacram ſcripturam in Studio Thlico tradere debet.* Jbid. n. 278.

*Pro Thlia Specul: libri, (uti & omnes alii) à Primo Profeſſore Studentibus Thliæ tradendi, & qui, & deinde recipiendi.* Jbid. n. 279. & ſeq.

*In Studio Thlico de una Vacatione in Septimana, ſicut & de exemptione ab Officiis, idem obſervandum ac in Profeſſorio.* Jbid. n. 281.

*PP. Profeſſores & Studentes Thliæ ad nullum obſequium Eccleſiæ aut Sacrum ex Studio evocandi.* Jbid. n. 282.

*PP. Profeſſorum diligentiæ & conſcientiæ intereſt, ne ullus diſcipulorum abſentet ſe à Schola, aut aliqua alia lectione, aut retardet, & quomodo cum talibus procedendum.* Jbid. n. 283.

*Judicia Jurata de Studentibus Theologiæ: v.* Teſtimonia Jurata.

*Thlici Circuli quomodo inter Profeſſores diſtribuendi, & Diſputationes quot expediendæ.* Jbidem. n. 285.

*Experimenta Juris Canonici & Hiſt: Eccl: quoties & quando expedienda.* Jbidem. p. 160. n. 286.

*Quibus, uti & omnibus aliis Actibus Scholaſticis Rector & Communitas adeſſe tenetur, atque id ut alias, libro à Secretario Domûs inſcribendum.* Jb:

*Thliæ Studentium Examina quolibet anno primis Menſ. [illegible], à quibus & quamdiu expedienda.* P. III. P. XVIII. p. 161. n. 287.

*Thlicum Studium uti & aliarum Lectionũ, altero die poſt Feſt: Nom: B. M. V. incboandum, & 15. Julii finiendum.* Jbid. n. 288.

*Thliæ Studentes Exercitia Spiritualia octiduo ante diem Jovis Cœnæ Domini abſolvent.* Jbidem.

*Thliæ Studentium reverentia & obedientia Profeſſoribus, & viciſſim ab his Fraterna & humana tractatio Diſcipulis exhibenda.* Jbid. n. 289.

*Theologiæ Studentium Pater Spiritualis qualis eſſe debeat. Ejus munia.* Jbidem. n. 290.

*Thliæ Studentes ut continuum Concionum exercitium habeant, conſequenter juxta Vocationem tam diebus Dominicis, quam feſtis, in Noſtra Eccleſia prædicabunt ſecundum præſcriptam normam.* P. III. P. XVIII. p. 161. n. 291.

*In quibus à PP. Profeſſoribus dirigentur, & quomodo.* Jbid. n. 293.

*Proinde Concionator Domeſticus non eſt neceſſarius, niſi Domus Cracov: pro extraneis Eccleſiis ſuſtentare velit, quod eſt in arbitrio P. Rectoris.* Jb. n. 292.

*Thliæ Studentes quo tempore & quibus horis pro ſacris ad extra, & ad Moniales Viſitationis aſſignari poſſunt.* Jbid. p. [illegible]. n. 294.



http://rcin.org.pl

*Diebus autem profeſtis nonniſi unus extra tempus lectionis, ad Moniales aſſignandus.* Jbid.

*PP. Profeſſores & Studentes Tbliæ ſacra domeſtica ſemper extra tempus lectionum abſolvere tenentur.* Jbid.

*Tbliæ Studentes m. Clerici diebus profeſtis ab aſſiſtendo ſacris liberi ſunt.* Jbid: p. 262. n. 295.

*Tbliæ præſertim Studentibus tempore Meditationum ut pios aliquos libros ad contēplationem juvantes legant, in domo Studii Tblici, candelæ ſemper à PP. Rectoribus providendæ.* Jbid. n. 296.

*Jn Domo Studii Tblici, imò mul ò magis, præſcripta à communibus regulis, & tota II. Parte Ordinat: & ſignanter circa Conferentias, Caſus Conſcientiæ, Capla culparum, Cerem: Ecleſ: circa neceſſaria commoda in Victu, veſtitu, calefactione, cubiculis &c: exactiſſimè obſervanda.* P. III. P. XVIII. p. 162. n. 297.

*In Domo Studii Tblici prandium præter ſolenniſſima feſta, ſemper bora* 12. *dandum, Pulſus verò alii ut moris eſt, Recreationes Ordinariæ & totius diei ut in Profeſſorio Philoſophico.* P. III. P. XIX. p. 163. n. 300.

*Pro Studio Theologico Ordo temporis.* Jbid. n. 299.

*Ordinatio bæc circa Studium Tblicum quando & coram quibus legenda.* P. III. P XVIII.p. 162. n. 298. *Vide m.* Ordinationes.

*Tranſlato toto Studio Tblico Noſtrorum Cracoviam, nibilominus Theologia Varſaviæ pro Sæcularibus relinquenda.* P. III. P. XIX. p. 163. n. 301.

*Theologiæ Moralis apertio Reſſoviæ ut multi Sacerdotes digni exoptant & Summam Capitalem ſe collecturos promittunt, eſt in poteſtate Provincialis.* P III. P. XIX. p. 164. n. 302.

Theologia Moralis. *Theologiæ Moralis Studium, quando & ubi pro Noſtris deſtinabitur, quibus libris utendum? quot horis de die tractandum? quæ præter hoc Studium, agenda? quæ legenda, diſcenda &c: quanto tempore huic ſtudio immorandum. Quæ obſervantia in illo eſſe debeat.* Jbid. n. 303. & ſeq.

*Theologiæ Moralis Studentium circuli, examina, teſtimonia, eodem modo fieri debēt ac Studentium Theologiæ Speculativo-Dogmaticæ.* Jbid.

*Educatio eorum exacta ac ſolers non ſecùs ac in Profeſſorio Philoſophico.* Jb.n.304

Theologia pro Sæcularibus. *Theologiæ quanta ſit neceſſitas æquè Sæcularibus hominibus, ac Eccleſiaſticis.* P. IV. P. XI. p. 70. n. 193.

*In Theologia ea maximè docenda quibus præcipua fidei noſtræ Capita nituntur, & quibus facilè ea defendi poteſt, & Sophiſticæ Acatholicorum, cum quibus frequentior occurrere poteſt conſuetudo, opiniones refelli.* Jbid. n. 194.

*In Theologia à Quæſtionibus inutilibus, & merè, uti dicuntur, Scholaſticis abſtinendum.* Jbid.

*Theologiæ Profeſſores ex quibus potiſſimùm Auctoribus ſuas excerpere debent lectiones.* Jbid. p. 71. n. 195.

*Ne verò in dictando fruſtra tempus inſumatur, antequam prodibit in lucem Theologiæ compendium, optandum eſt, ſi fieri poterit, ut omnes Auditores brevem Petricoricenſem Theologiam, aut Compendium Tournelii per Petrum Collet Congre-*

*gationis Miſſionis collectum comparent ſibi, & ex eo ſtudeant.* Jbidem. p. 71. n. 195.
*In Theologia quæ ſunt à principio & ulteriùs tractanda,* Jbid. n. 196.
*In Theologia pro Sæcularibus Circuli ſex, publicæ verò Diſputationes duæ vel tres expediendæ.* Jbid.
*De Profeſſoribus Theologiæ pro ſæcularibus accommode intelligenda, quæ dicta ſunt de Studio Theologico pro Noſtris Parte tertiâ, Paragrapho Decimo Octavo.* Jbid. p. 71. n. 196.
Theſes. *Theſium dedicationes uti & Panegyricæ Orationes vix unquam, & quando edi poſſunt.* P. II. P. III. p. 63. n. 88.
Titulorum abuſus *tollendus.* P. II. P. V. p. 80. n. 155.
*Titulus Paternitatis cui tribuendus.* Jbidem.
*A quibus epithetis abſtinendum.* Jbid.
Tranſactiones Novitiorum. *Vide* Novitiorum Tranſactiones ante Prof:
Trigeſimus groſſus *à floreno, Provincialibus à Domibus ſolvendus.* P. I. P. IV. p. 24. & ſequ. n. 117 & ſequ.
*Vide m.* Provincialis. *Vbi de trigeſimo groſſo.*
Typographia, & Typographiæ Præfectus. *Bibliothecarum neceſſariis libris augendarum cura, m. Præfectis Typographiæ incumbit.* P. IV. P. XIII. p. 123. n. 272.
*Pretium Grammaticarum & aliorum librorum Scholaſticorum Varſaviæ impreſſorum, & per alias domos venditorum, quomodò à Præfectis Typographiæ repetendum.* P. II. P. III. p. 64. n. 96.
*Typographiæ Varſavienſis Ordinatio.* P. V. p. 226. & ſequ. n. 274. *contenta punctis* XXXIII.
*Typographiæ Præfecti non à Provincialibus ſed à Rectoribus deſtinandi.* Jbidem. punct. I.
*Præfecti ſi Rectori videbitur, duo conſtitui poſſunt, unus Typographiæ, alter Bibliothecæ Typographicæ.* Jbid.
*Pretium cujuslibet characteris typis imprimendum, quod taxam aliarum Typographiarum præſertim Dantiſcanæ excedere non debet.* Jbid. punct. II.
*Libri diſtincti octo ſaltem ſunt neceſſarii, à Typographiæ Præfecto in Viſitatione Provinciali producendi.* Jbid. & punctis III. IV. V. VI. VII. VIII. IX. X. XI.
*Typographicæ Bibliothecæ & librorum præſertim Voluminis legum quò ad exſtant ſingulis annis Menſe Junio reviſio à duobus Sacerdotibus per P. Rectorem deſignandis facienda, & quomodò, ac ſubſcribenda.* Jbid. p. 227. punct. XII.
*Similiter eodem tempore vel per eoſdem, vel per alios à Rectore deſignandos, reviſio rerum omnium ad Typographiam pertinentium facienda, & quomodo, nec unquam negligenda.* Jbid. punct: XIII.
*Regeſtra perceptorum & expenſorum ſeparata, ſingulis trimeſtribus, die ultimâ Menſium 9bris, Febr: Maji, Auguſti à Præfecto Typographiæ ad P. Rectorem afferenda, ac manentia in ſeparata charta Typographica deponenda, à qua Rector,*

De-

http://rcin.org.pl

*Depoſitarius & Præfectus Typographiæ diverſas tres claves habebunt.* Jbidem; punct. XIV.

*Typographiæ Præfectus quomodo manentiam hanc in ſuo libro annotare debet.* Jbid: p. 228. puncto XV.

*Quid vero ex hac manentia P. Rector vel Typogr: Præf: accipiet, Depoſitarius Domûs inſcribere debet, & quomodo.* Jbid.

*Typographiæ Præf: quomodo ſequente trimeſtri, de manentia præteriti, calculationem facturus* Jbid.

*Typographiæ Præfecto quoties ab illo urgente neceſſitate, ante finitum trimeſtrem P. Rector accipiet pecuniam, toties dabit ſchedam, juxta quas ſchedas Expenſa à Præfecto facta, Regeſtris menſtruis inducetur.* P. V. p. 228. punct. XVI.

*Typographiæ Præfecti ad impenſas alias extra tempus finiendi trimeſtris non obligandi, præſertim cum pro ipſis Typographiæ neceſſitatibus impenſa facienda.* Jbidem.

*Typographiæ neceſſitates ex Typographica pecunia prius providendæ, quàm aliæ, & quare In Majoribus tamen ſine Rectoris ſcitu non agendum. Qui ſi res neceſſarias comparandas præpediret, per Conſultores Domûs adeundus, ſique ii non audirentur, ad Provlem recurrendum* Jbid. punct. XVII.

*Typographiæ Præfectus Typographis externis, & aliis in Typographia laborantibus ſolutionem facere & inſcribere debet.* Jbidem. & p. 230. punct: XXVI.

*Pecunia ex Volumine Legum collecta pro Fabrica convertenda.* P.V.p. 229. punct: XVIII.

*Typographiæ Præfecti nè furti aut proprietatis notam incurrant, nihil m. pro ſuo veſtiario, ſine Rectoris ſcitu expendere debent, & expenſa fideliter in Regeſtris annotare.* P. V. p. 229. punct XIX.

*Typographiæ cura quanta Rectoribus Varſavienſibus in Regeſtris menſtruis, Jtem annuis totius Bibliothecæ Typographicæ, & rerum ipſius Typographiæ reviſionibus ac proviſionibus incumbat.* Jbid.

*Typographiæ Præfecti quâ induſtriâ præditi eſſe debent, non ſemper expectando novorum librorum impreſſionem, ſed m. cum conſilio Virorum doctorum rariores reimprimendo. Pro delecto aliquo libro m. anticipatas collectiones adhibendo, in quo non tantùm non præpediendi à Rectoribus, ſed m. omnino juvandi.* P. V. p. 229. punct. XX.

*Typographiæ Præfectus quâ induſtriâ, & conſcientiâ uti debet in libris vendendis.* P. V. p. 229. punct: XXI.

*Qualis taxa ad vendendum à Rectore imponenda.* Jbid.

*Grammaticæ & alii Scholaſtici libri non tantùm mediocri pretio vendendi, ſed & pauperibus exemplo Beati Patris Noſtri, gratis dandi commendantur.* Jbid.

*Typographiæ Præfectorum diligentia circa mundam impreſſionem, & papyri perfectæ, fortis, albæ procurationem, quanta eſſe debeat.* Jbid. punct. XXII.

*Typographiæ Præfectis quanta item cura adhibenda, ut libri emendatè & ſine erroribus prodeant, in quo & impenſæ non parcendum. Quare Typi Corrector debet eſſe Vir literatus & diligens.* Jbid. p. 230. punct: XXIII.



http://rcin.org.pl

*Typographiæ cura Provlibus incumbit in hoc, ut arte n* Giſſer *aliquis noſtrum edoceatur, & exerceat, unumqne aut duos è noſtris Operariis doceat.* P. V. p. 230. punct. XXIV.

*In Typographia noſtra Operarii Noſtri artes* Zycer *&* Preſſer *exerceant, quorum debitæ commoditati cum ſcitu Rectoris Præfectus provideat.* Ibid.

*De Characteribus Typographiæ quomodò diſponitur.* Ibid:

*Typographiæ Præfectus circa Officinæ integritatem, munditiem, pavimentum, feneſtras, aliaque neceſſaria quam curam & quidem tempeſtivè adhibere debet.* P.V. p. 230. punct. XXV.

*Typographiæ* Præſ: *nullas additiones Exemplarium Typographis aut aliis permittere poteſt, in quo ipſe ſuo exemplo præire debet Et hac in parte infidelis,m. amovendus. Quanta in hoc vigilantia illius requiritur* Ibidem punct. XXVII.

*Authores tamen, ſi opus externum, & Rectores, ſi domeſticum imprimitur, poſſunt peti,ut permittant certum numerum exemplarium ſeu Præfecto,ſeu aliis,Typographisque, ſecùs nihil cuiquam licet.* Ibid.

*Typogr: Præf: ut & ipſi Rectores, ſi aliquid ex ſuis operibus imprimant, ſolvere ut alii tenentur Et in caſu contrario P. Provinciali & Conſultoribus Domûs deferendi.* P. V. p. 231. punct XXVIII.

*Typographiæ Præf: libros Gramm: aliosque pro Scholis neceſſarios tempeſtivè imprimi curare debent.* Ibid. punct XXIX.

*Typographiæ Præfectis quid agendum circa conducendos aliunde libros.* Ibidem. punct. XXX.

*Typogr: Præf: incumbit ut duo exemplaria cujusque Operis ad Bibliothecam Domûs procurent.* Ibid. punct. XXXI.

*Typogr: Præfectorum præcipuum munus, & in conſcientia incumbit,circa jura hujus Typographiæ Regiæ & Reipublicæ invigilare, & omnem injuriam avertere.* Ibid. punct. XXXII.

*Typographiæ Præfecti nihil debitâ Superiorum Auctoritate non approbatum admittere debent ad imprimendum. In quo quomodò ſe gerere debeant.* P. V. p. 231. punct. XXXIII.

## V. V. V.

Vacationes. *Vacationum tempus Theologis & Philoſophis Sæcularibus die ſequenti poſt Feſtum B. Patris determinatur.* P. IV P. XII. p. 77. n. 220.

*Vacationes Novitiorum à 17. Julii ad Feſtum Nominis MARIÆ.* P. III. P. II. p. 102. n. 63.

*Vacationes Theologiæ Studentium Noſtrorum à 15. Julii ad feſtum Nominis Mariæ.* P. III. P. XVIII. p. 161. n. 288.

Valetudinarii. *Vide* Infirmi.

Varſavienſes Domus *à Reſidentia Ex-Provincialium eximuntur, & quare.* P. I. P. V. p. 27. n. 143.

Ve-

http://rcin.org.pl

Veſtiarium *Noſtris quale à Superioribus eſt providendum.* P. II. P. II. à p. 47. ad 51. & à n. 23. ad n. 40. *Vide m*: Rector.
*Veſtiarium commune cum ſuis commmoditatibus in ſeparato loco aut ſaltem in ſeparatis armariis reponendum.* P. II. P. II. p. 57. n. 66.
*V*eſtium reparationis cura *ad quem pertinet. Vide* Vice-Rector.
Viatica noſtrorum. *Viaticum Religioſo, aliò proficiſcenti quale dari debet.* P. II. P. V. p. 75. n. 136.
Viæ Noſtrorum ex Obedientia. *Rector quid agere debeat circa transmittendos Religioſos in alias domos ut ſaltem primis Septembris in ſuis locis compareant.* P. II. P. V. p. 74. n. 133
*Jtem cum illis qui ante feſtum Nativ; vel Nominis Bſſimæ, multò magis poſt feſtum non comparent.* Jbid. n. 134.
*Rector ſcribere tenetur diem quo Religioſus aliò proficiſcitur.* Jbid.
*Quos inprimis expedire tenetur.* Jbid. p. 75. n. 135.
Viæ Superiorum *inutiles caveantur, & in hoc Viſitationis tempore à Provincialibus animadvertendum.* P. II. P. V. p. 79. n. 149.
Victus *Religioſis Noſtris qualis à Superioribus providendus.* P. II. P. II. p. 53. & ſequ. à n. 46. ad 54.
Vice-Provincialis. *Jn abſentia longiori Provincialis, quid competat Vice-Provinciali circa diſpoſitiones Subjectorum.* P. I. P. II. p. 16. n. 45. & ſequ.
Vice-Rector. *Quæ reparatione in veſtitu Religioſorum egent, PP. Vice-Rectores curam habere debent, ut reparentur.* P. II. P. II. p. 49. n. 31.
*Vice-Rectorum poteſtas & munia.* P II. P. IV. p. 73. n. 130.
*Vice-Rectores & qui loco præcedunt uti & Sexagenarii, ab Hebdomadarii Officio eximuntur.* Jbid. n. 131.
*Vice-Rectores in abſentia Rectorum conferentias dicere tenentur.* P. II. P. I. p. 44 n. 8.
*Vice-Rector Novitiatûs. Vide* Novitiatûs Rector, Vice Rector. &c.
Viſitatio Domorum. *Viſitatio quanto tempore durare poteſt, aliàs ſi Provinciales ultra præſcriptum tempus morarentur, ſolvere tenentur, imo hac de re præmoneri poſſunt.* P I P. IV. p. 27. n. 139. & ſequ.
*Viſitationum tempore inquirenda & interroganda.* P. I. P. VIII. toto. p. 40. & ſequ n 217.
Viſitatio Scholarum *à Rectore quater in anno, & quomodo inſtituenda.* P. II. P. III. p. 57. & ſequ. n. 68 & ſequ.
Vitioſi. *Vide* Inutiles & inepti.
Vocales. *Vocalium Romam deputandorum electio.* P. I. P. I. p. 11. n. 13.
*Vocales Romam non debent eſſe Candidati pro Provincialatu.* Jbidem. p. 12. n: 15.
*Vocalium in Capitulo locali ad Provinciale per ſecreta ſuffragia electio quomodo expediri debeat.* P. I. P. I. p. 13. n. 26.
*In qua, nomina capacium unâ manu deſcribenda. Vide m.* Capitula localia ante Provinciale.

Vo-

http://rcin.org.pl

**Volumen Legum.** *Voluminis legum, quo ad extat, reviſio, quo tempore, à quo, & quomodo facienda.* P. V. p. 227. punct. XII.

*Pecunia ex Volumine Legum collecta pro Fabrica convertenda.* P. V. p. 229. punct. XVIII.

Vota ſimplicia. *Profeſſio votorum juxta diploma Benedicti XIV. prævio conſenſu P. Generalis ob certas cauſas ad certum tempus prorogari poteſt, & duntaxat abſoluto Novitiatu, Novitius ad vota ſimplicia admittendus, deinde in quacunque domo, vel præmiſſis exercitiis Spiritualibus vota ſolennia emiſſurus, vel omninò dimitendus.* P. III. P. VIII. p. 121. n. 127.

*Quod Privilegium Congregationi non pro omnibus, ſed pro aliquibus tantùm inſervit, nec illo niſi in evidenti neceſſitate & utilitate utendum.* Jb. p. 122. n. 128.

*Talis Profeſſio nihil differt verbis & ceremoniis à ſolenni, & profitens quantum eſt in ſe perſeverare tenetur. Sed tantùm hæc conditio ad tempus votorum ſolennium, eſt ex parte Congregationis, de quo Novitius præmonendus.* Jbid. n. 129.

*Si Novitius ſuaviter perſuaſus, ita profiteri nollet, abſolutè dimittendus.* Jb. n. 130.

*Jta noviter ſimplicia vota profeſſi, abſque ullis aliis formalitatibus, prævio conſenſu Generalis, à Provli & ejus Congreg:, ſed juſtis omninò ex cauſis, tacitè dimitti poſſunt* Jbidem.

*Taliter profeſſi ſi non dimittuntur, loco induitionis ſemper gaudent.* Jbidem.

*Pluralitas Suffragiorum Patrum Domûs Probationis ad vota ſolennia non debet præjudicare juſtæ repræſentationi Rectoris & Magiſtri Novitiorum, ſi remonſtrent talem Novitium ad vota tantùm ſimplicia admittendum.* Jbidem.

*Ad Majus Pietatis Jncrementum.*

Fundacji im. J. I. Michalskich
Ze zbiorów

http://rcin.org.pl

http://rcin.org.pl

http://rcin.org.pl

http://rcin.org.pl

2896

http://rcin.org.pl

http://rcin.org.pl

XVIII-2.33/5

http://rcin.org.pl